Con cui ſi concedono all' Eminentiſs. Sign. Card. Prefetto della Sag. Congreg. del Buon Governo le facoltà di perquirere, e di far viſitare (coll'aſſiſtenza di Perſona Eccleſiaſtica) i Luoghi immuni per rinvenir le fraudi. Coſtit.197. pag.325.

INNOCENZO XII.

Sopra l'erezzione della nuova Città di Cervia. Coſtit.50. pag.85.

Con cui eſtingue per la rata d'un groſſo uno delli due giulj della gabella del Macinato, impoſta da Urbano VIII. Coſtit.162. pag.276.

URBANO VIII.

Sopra l'eſtenzione del Monte Communità ſeconda Erezzione, in luogo di quello della terza. Coſtituzione 103. pag.186.

D'impoſizione del Quarto aggiunto al Suſſidio Triennale, impoſto da Paolo III. Coſtit.122. pag.216.

D'impoſizione del primo augumento di due quatrini per qualſivoglia libra di Sale. Coſt.126. pag.223.

D'impoſizione del ſecondo augumento di due quatrini per qualſivoglia libra di Sale. Coſt.127. pag.223.

D'impoſizione del terzo augumento di due altri quatrini per qualſivoglia libra di Sale di tutto lo Stato Eccleſiaſtico, eccettuato Bologna, e Ferrara. Coſtit.128. pag.224.

Sopra l'Appalto delle Cancellarie, e Segretarie delle Com-

Communità dello Stato Eccl. Coſt.132. p.230.
Sopra l'impoſizione d'un altro quatrino per ciaſcheduna libra di Carne, che ſi vende à minuto, colla conceſſione dell'eſigenza anche di queſto ſuſſidio alle Communità dello Stato Eccleſ. Coſt.140. pag.246.
Con cui impone in tutto lo Stato Eccleſiaſtico (eccetto Ferrara, e Bologna) il terzo quatrino per qualſivoglia libra di Carne, che ſi macella. Coſtituzione 141. pag.249.
D'impoſizione d'un giulio per qualſivoglia rubbio di grano, che ſi macina per tutto lo Stato Eccleſiaſtico, eccettuato Roma, e ſuo Diſtretto. Coſtituzione 154. pag.268.
Con cui eſime dal pagamento della gabella del primo giulio del Macinato quelli Monaſterj delle XII. Congregazioni, li quali pagarono la rata à loro tangente de 100. mil. ſcudi, pagati per l'eſenzione di detta gabella. Coſtit.155. pag.269.
Sopra l'impoſizione del ſecondo giulio per qualſivoglia rubbio di grano, che ſi macina per tutto lo Stato Eccleſiaſtico, eccetto Ferrara, e Bologna. Coſtit.157. pag.273.
Sopra l'eſenzione della gabella di due giulj per ciaſcun rubbio di grano, che ſi macina, impoſta nello Stato Eccleſiaſtico, al diſtretto di Roma. Coſt.158. p.273.
Sopra il modo, e tempi, da oſſervarſi nella riſcoſſione de'peſi Camerali. Coſtit.188. pag.311.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
NOMINUM
TRIGINTA TRIUM ROMANORUM PONTIFICUM,
QUORUM
CONSTITUTIONES, CHIROGRAPHA, ET BREVIA
In hoc Volumine continentur,

Relata.

ALPHABETICO ORDINE.

ALEXANDER IV. ex Civitate Anagniæ, Raynaldus ex Comitibus Signiæ.
ALEXANDER VI. Hiſpanus, Rodericus Lenzolius Borgia Valentinus.
ALEXANDER VII. Senenſis, Fabius Chiſius.
ALEXANDER VIII. Venetus, Petrus Otthobonus.
BENEDICTUS XIII. Romanus, Ordinis Prædicatorum, Vincentius Maria Urſinus.
BONIFACIUS VIII. Anagninus, Benedictus Cajetanus.
CLEMENS IV. Narbonenſis in Gallia, Guido Fulcon, dictus Groſſus.
CLEMENS VII. Florentinus, Julius Medices.
CLEMENS VIII. Florentinus, Hippolytus Aldobrandinus.
CLEMENS IX. Piſtorienſis, Julius Roſpiglioſius.
CLEMENS XI. Urbinas, Joannes Franciſcus Albanus.
SS. D. N. CLEMENS XII. Florentinus, Laurentius Corſinus.
GREGORIUS XI. Gallus Lemovicenſis, Petrus Rugerius Monſtrius.
GREGORIUS XIII. Italus, ex Civitate Bononiæ, Hugo de Boncompagnis.
GREGORIUS XIV. Mediolanenſis, Nicolaus Sfondratus.
GREGORIUS XV. Bononienſis, Alexander de Ludoviſiis.
INNOCENTIUS VIII. Genuenſis, Joannes Baptiſta Cybo.
INNOCENTIUS X. Romanus, Joannes Baptiſta Pamphilius.
V. S. D. INNOCENTIUS XI. Comenſis, Benedictus Livius Odeſcalchius.
INNOCENTIUS XII. Neapolitanus, Antonius Pignatellius.
JULIUS II. de Savona, Julianus de Ruvere.
JULIUS III. Aretinus, Joannes Maria de Monte.
LEO X. Florentinus, Joannes Medices.
MARCELLUS II. Picenus, Marcellus Cervinus.
PAULUS II. Venetus, Petrus Barbus.
PAULUS III. Romanus, Alexander Farneſius.
PAULUS IV. Neapolitanus, Joannes Petrus Carafa.
PAULUS V. Romanus, Camillus Burgheſius.
PIUS II. Senenſis, Æneas Silvius Piccolomineus.

JUXTA TEMPORUM SERIEM.

ALEXANDER IV. creatus anno Domini 1254. die 25. Decemb. Obiit die 25. Maii. 1261.
CLEMENS IV. creatus die 7. Februarii 1265. Obiit die 29. Novembris an. 1268.
BONIFACIUS VIII. creatus die 24. Decemb. 1294. Obiit die 11. Octobris an. 1303.
GREGORIUS XI. creatus die 30. Decembris 1370. Obiit die 27. Martii an. 1378.
PIUS II. creatus die decima nona Auguſti 1458. Obiit die ejuſdem Menſis an. 1464.
PAULUS II. creatus die trigeſima prima Aug. 1464. Obiit die 26. Julii, an. 1471.
INNOCENTIUS VIII. creatus die 29. Auguſti 1484. Obiit die 25. Julii, an. 1492.
ALEXANDER VI. creatus die 11. Auguſti 1492. Obiit die 18. ejuſdem, an. 1503.
JULIUS II. creatus die prima Novembris 1503. Obiit die 21. Februarii, an. 1513.
LEO X. creatus die undecima menſis Martii 1513. Obiit die 1. Decembris, an. 1521.
CLEMENS VII. creatus die 19. Decembris 1523. Obiit die 25. Septembris, an. 1534.
PAULUS III. creatus die nona Octobris 1534. Obiit die 10. Novembris, an. 1549.
JULIUS III. creatus die octava Februarii 1550. Obiit die 23. Martii, an. 1555.
MARCELLUS II. creatus die nona Aprilis 1555. Obiit die 29. dicti Menſis, & an. 1555.
PAULUS IV. creatus die vigeſima tertia Maii 1555. Obiit die 18. Auguſti, an. 1559.
PIUS IV. creatus die vigeſima ſexta Decemb. 1560. Obiit die 9. ejuſdem Menſis, an. 1565.
S. PIUS V. creatus die ſeptima Januarii 1566. Obiit die 1. Maii, an. 1572.
GREGORIUS XIII. creatus die duodecima Maii 1572. Obiit die 8. Aprilis, an. 1585.
SIXTUS V. creatus die vigeſima quarta Aprilis 1585. Obiit die 27. Julii, an. 1590.
GREGORIUS XIV. creatus die 5. Decembris 1590. Obiit die 15. Octobris, an. 1591.
CLEMENS VIII. creatus die 30. Januarii 1592. Obiit die 3. Martii, an. 1605.
PAULUS V. creatus die decima quinta Maii 1605. Obiit die 28. Januarii, an. 1621.
GREGORIUS XV. creatus die 8. Februarii 1621. Obiit die 8. Julii, an. 1623.

URBA-

Index Nominum Romanorum Pontificum.

PIUS IV. Mediolanenſis, Joannes Angelus Medices.
S. PIUS V. Alexandrinus, Fr. Antonius Michael, Ord. Prædicat., de Ghiſſleriis.
SIXTUS V. Picenus, Fr. Felix Perettus, Ord. S. Franciſci Conventualium.
URBANUS VIII. Florentinus, Maphæus Barberinus.

URBANUS VIII. creatus die ſexta Auguſti 1623.
Obiit die 29. Julii, an. 1644.
INNOCENTIUS X. creatus die 15. Septemb. 1644.
Obiit die 7. Januarii, an. 1655.
ALEXANDER VII. creatus die ſeptima Aprilis 1655.
Obiit die 22. Maii, an. 1667.
CLEMENS IX. creatus die decima ſeptima Jun. 1667.
Obiit die 9. Decembris, an. 1669.
V. S. D. INNOCENTIUS XI. creat. die 22. Sept. 1676.
Obiit die 11. Auguſti, an. 1689.
ALEXANDER VIII. creatus die 6. Octobris 1689.
Obiit die 1. Februarii, an. 1691.
INNOCENTIUS XII. creatus die 12. Julii 1691.
Obiit die 27. Septembris, an. 1700.
CLEMENS XI. creatus die 23. Novembris 1700.
Obiit die 19. Martii, an. 1721.
BENEDICTUS XIII. creatus die 29. Maii 1724.
Obiit die 21. Februarii, an. 1730.
SS. D. N. CLEMENS PP. XII. creat. die 12. Julii 1730.
Feliciſſimè Regnans.

COLLE-

Digitized by Google

COLLECTIO

Conſtitutionum, Chirographorum, & Brevium Diverſorum Romanorum Pontificum,

Pro bono Regimine Communitatum Status Eccleſiaſtici, & pro ejuſdem Status felici Gubernio promulgatorum.

Affidati, & Fida.

I. CONSTITUTIO

PII PP. II.

Declaratio, quod omnes teneantur ad ſolvendum fidam pro animalibus in Dohana Provinciæ Patrimonii, affidatis.

Similem declarationem fecit Alexand. VI., ùt infrà Conſtit. V., eaſque bis confirmavit, & ampliavit Gregor. XIII., ut infrà Conſtit. VIII., & IX.

Et quoad Cives Romanos habes concordan. infrà in Conſtit. Innocentii VIII. la X.

Quoad Impedientes Affidatos habes infr. in Conſt. III.

Dohanæ autem limites, qui ſint declarantur infrà in Conſt. IX.

De Privilegiis Affidatorum hab. infr. in Conſtit. IV., & ſeqq., & de illorum declaratione habes in Conſt. X., & ſeqq.

Ed. an. 1459. die 21. Martii impr. in bull. veter. la 4. pag. 76. to. 1. & in antiqu. an. 1579. la 4. pag. 15.

PIUS Ep. Ser. Ser. Dei, Ad fut. rei memor.

Exordium.

CIRCUMSPECTA Romani Pontificis providentia, ad ea libentèr intendit, per quæ indemnitati Cameræ Apoſtolicæ (cui diverſa impenſarum onera, pro Romanæ Eccleſiæ ſtatu conſervando, quotidiè incumbunt) debitè providetur.

Cauſa Conſtitutionis.

§.1. Sanè ad aures noſtras, nupèr, pervenit, quod aliqui, tàm de provincia noſtri Patrimonii Beati Petri in Tuſcia, quàm de aliis provinciis, terris, & locis, in Dohana dicti Patrimonii, alieniſque paſcuis in dicta provincia ſituatis, animalia ſua conducentes, & paſcuantes, aliquas minùs rationabiles, minùſque admiſſibiles cauſas allegantes, fidam, & id, quod ratione dictorum ſuorum animalium paſcuantium in ipſa Dohana, & paſcuis alienis prædictis, tenentur, & obligantur, juxtà morem dictæ Dohanæ, perſolvere ſubterfugiunt, & omninò ſatisfacere recuſant, in non modicum ipſius Dohanæ damnum, præjudicium, & jacturam.

Declarat omnes teneri ad ſolutionem fidæ.

§.2. Prædictis igitùr obviare volentes, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, declaramus, omnes, & ſingulos, tàm de provincia prædicti Patrimonii, quàm aliis quibuſcunque provinciis, civitatibus, & locis, quæcunque, & qualiacunque, & quoſcunque animalia ſua, tàm de præſenti, quàm in futurum in Dohana, & paſcuis alienis prædictis paſcuantes, teneri, & obligatos fore, pro animalibus prædictis, debitum Cameræ juxtà morem, & ordinem ipſius Dohanæ, integrè perſolvere.

AFFIDATI, ET FIDA.

Quoad Fidæ ſolutionem.

Præcipit officialibus ne cōtraveniāt huic Conſt. ſed faveant Miniſtris Dohanæ.

§.3. Mandantes propthereà omnibus, & ſingulis Rectoribus, Gubernatoribus, Poteſtatibus, Capitaneis, Vicariis, Baricellis, & aliis officialibus quibuſcunque, ubilibèt conſtitutis, & in poſterùm conſtituendis, necnòn Communitatibus, Univerſitatibus, Dominis, Baronibus, Comitibus, & particularibus perſonis, cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vèl conditionis exiſtant, quatenùs contrà præfatam noſtram declarationem, ſub indignationis noſtræ, aliiſque pœnis, in contrafacien. per nos arbitrio infligendis, aliquid attentare, ſeù in totum, vèl in partem contradicere, vèl venire nullatenùs audeant, vèl præſumant, immò veriùs ad omnem Dohaneriorum Dohanæ præfatæ pro tempore exiſtentium, & eorum factorum, adminiſtratorum, ſeù miniſtrorum, & procuratorum, tabellariorum, & ipſorum officialium quorumcunque, tàm pro pecuniis ipſius Dohanæ exigendis, quàm aliis indemnitatem dictæ Dohanæ concernen. voluntatem, & requiſitionem, eiſdem, & cuilibet eorum, favoribus, auxiliis, & conſiliis neceſſariis, & opportunis aſſiſtant, & intendant, ſub pœna mille ducatorum auri, & privationis officiorum ipſorum, pro quolibet contrafaciente.

Sub pœna mille duc.

Sanctio pœnalis.

§.4. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis infringere, vèl ei auſu temerario contraire. Si quis autèm hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat.

Dat. Senis, an. Dom. MCCCCLIX., xij. Kalen. Aprilis, Pont. noſt. an. II.

II. CONSTITUTIO

PII PP. II.

Prohibet Dominis Tenutarum infrà limites Dohanæ Patrimonii conſiſtentium paſcua vendere, abſquè licentia Dohaneriorum.

Confirmatur per Alexand. VI. infr. Conſt. V.

Ed. an. 1461. die 5. Januarii in bull. veter. la 7. pag. 80. to. 1. & in antiqu. ann. 1579. la 6. pagin. 19.

PIUS Ep. Ser. Ser. Dei, Ad fut. rei memor.

Exordium.

INter cæteras curas, quas (Deo auxiliante) mente revoluimus, illam præcipuam arbitramur, ùt apoſtolicæ Cameræ fructus, & introitus, quantùm fieri poſſit, præſerventur illæſa, ùt ipſa Camera quotidianas expenſas, & onera ei incumbentia, valeat faciliùs tolerare.

AFFIDATI, ET FIDA.

Quoad fidæ ſolutionem.

Narrativa.

§.1. Sanè, non ſinè animi noſtri diſplicentia percepimus, quod fructus, redditus, & introitus Dohanæ Patrimonii, quæ intèr Cameræ primarios, haberi conſueverunt, proptèr nonnulla herbatica tenimentorum conſiſtentium infrà limites Dohanæ præfatæ, quæ aliis perſonis, quàm Dohaneriis, pro tempore, exiſtentibus, aliquandò vendi, & concedi repertum eſt, præſertìm à certo tempore citrà, non modicam receperint læſionem, ex quo Cameræ præfatæ fuerunt damna plurima ſubſecuta.

Proviſio Papæ.

§.2. Præfatis igitùr obviare volentes, & quod errantes pœna temporalis in debito contineat rationis, auctoritate apoſtolica, tenore præſentium præcipimus, & mandamus omnibus, & ſingulis, Comitibus, Populis, Univerſitatibus, Baronibus, Dominis, nobilibus, particularibus perſonis, præſentibus, & futuris, cujuſcunqne ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis, aùt dignitatis fuerint, tàm clericis, quàm laicis, & Capitulis, Collegiis, & quibuſvis aliis Univerſitatibus, quatenùs sùb interdicti in Communitates, & excommunicationis in particulares perſonas, necnon mille florenorum auri de Camera, & perditionis infradictorum animalium, apoſtolicæ Cameræ applicandorum, in quemlibet

Pœnæ in contraventores.

Communitatum, Populorum, Univerſitatum, Capitulorum, & quemlibet Baronem, Comitem, Dominum, & quamcunque particularem perſonam eccleſiaſticam, vèl ſęcularem, quæ, & qui contrafecerint, pœnis (quas pœnas quamcunque præfatarum, & quemcunque præfatorum contrafacientem, totiès incurrere volumus ipſo facto, & exigi, quotiès contrà factum fuerit) de cæterò non poſſint, nequè

Prohibet omnibus alienare paſcua conſiſtentia infrà limites Dohanæ.

valeant vendere, aùt quovis modo alienare alicui perſonæ, Communi, Collegio, & Univerſitati, aliquid de paſcuis, tenutis, bannitis, & herbaticis ad ſe pertinentibus, & infrà limites Dohanæ præfatæ conſiſtentibus, nequè in eiſdem, aùt eorum aliquo introducere, aùt fidare aliquod genus animalium ad paſcuandum, & ſimilitèr ſub pœnis præfatis non ſit ex præfatis, qui paſcua, tenutas, bannitas, & herbatica præfata in toto, vèl in parte, per

Qui autè ſint limites Dohanæ vide in Gregor. XIII. Conſtit. infrà la IX.

ſe, vèl alium, ſeù alios, quovis quæſito colore, emere, aùt aliquod genus animalium in eiſdem introducere, vèl tenere audeant, aùt præſumant ſinè Dohanerii, vèl Dohaneriorum, pro tempore, exiſtentium expreſſa licentia, verùm ſub pœnis præfatis teneantur, & obligati ſint ea omnia, & ſingula paſcua, tenutas, bannitas, & herbatica vendere, & concedere Dohanerio, ſeù Dohaneriis præfatis, qui pro tempore fuerint, pro apoſtolica Camera, & in uſum, & utilitatem Dohanæ prædictæ ementibus pro juſtis, & rationabilibus preciis.

Facultas Dohanerii.

§.3. Et ut præfata ſuum debitum conſequantur effectum, ex nùnc Dohanerio, ſeù Dohaneriis præfatis, qui pro tempore fuerint, procedendi ad executionem pœnarum præfatarum, contrà omnes, & ſingulos ſupradictos, qui quomodolibèt contrafecerint, & eos, qui ſingulares fuerint, in perſonis, & bonis; clericos verò, & eccleſiaſticas perſonas, dum-

Procedendi contrà inobedientes.

taxàt in bonis, gravandi, & viis omnibus, & remediis opportunis ad ſatisfactionem pœnarum incurſarum compellendi, & aſtringendi, omniaque àlia, & ſingula in præfatis neceſſaria, & opportuna agendi, gerendi, mandandi, ordinandi, diſponendi, & exequendi, auctoritate, & tenore præfatis plenariam, & liberam concedimus facultatem.

Derogatio contrariorum cum clauſulis ampliſſimis.

§.4. Conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ſtatutis quoquè, & conſuetudinibus, ac privilegiis, indultis & exemptionibus quibuſvis Communitatibus, Populis, Univerſitatibus, Capitulis, Collegiis, Monaſteriis, & particularibus perſonis, conceſſis, & concedendis, Aùt ſi aliquibus communitèr, vèl diviſìm ab apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vèl excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, cæteriſquè in contrarium facien. non obſtantibus quibuſcumque.

Publicari mandat.

§.5. Et nè quiſquam ignorantiam de præfatis prætendere poſſit, volumus per Civitates Patrimonii, publico præconio, hæc omnia dublicari.

Et ità haberi pro intimatis.

§.6. Mandan., ac per præſentes decernen. omnes, & ſingulos ſupradictos ità aſtrictos eſſe ad obſervationem præmiſſorum, ac ſi perſonalitèr ſingulis intimatæ forent, cùm certum ſit eos de his notitiam habituros, cùm fuerint, tàm publico præconio, per dictas Civitates omnibus intimata.

Sanctio pœnalis.

§.7. Nulli ergò &c. Si quis autem &c.

Dat.

Dat. Rom. apud S. Petr., an. MCCCCLXI. Non. Januarii, Pont. noſt. an. IV.

III. CONSTITUTIO
PII PP. II.

De pœnis impedientium conducentes animalia affidata in Dohanam Patrimonii.

Hanc Conſtit. confirmarunt Paul. II., ut in ſeq., Leo X., & Jul. III. ut infr. Conſt. VI. & VII.

Ed. an. 1462. die 23. Octob. impr. in bull. veter. la 10. pag. 81. to. 1.

PIUS Ep. Ser. Ser. Dei, Ad fut. rei memor.

Exordium.

INter cæteras curas, quas Deo auxiliante, mente revoluimus, illam potiſſimam arbitramur, ut apoſtolicæ Cameræ introitus, quantùm fieri poſſit, præſerventur illæſi, ùt ipſa Camera quotidianas expenſas, & onera incumbentia, valeat faciliùs tolerare.

Narrativa.

§.1. Sanè, non ſinè animi noſtri diſplicentia, percepimus, quod introitus Dohanæ pecudum terrarum almæ Urbis, quæ intèr Cameræ primarios haberi conſueverunt, ſunt plurimùm diminuti, proptèr damna, & impedimenta plurima, quæ conducentibus animalia diverſi generis ad paſcuandum in Dohana præfata, per Communitates, Univerſitates, Comites, Barones, Dominos, & particulares perſonas in veniendo, & recedendo, in perſonis, animalibus, rebus, & bonis earum, indebitè inferuntur; undè fuerunt, ſuntque plurimi, qui animalia ſua ad ipſam Dohanam tranſmittere non velint, in grave dictæ Cameræ damnum, præjudicium, & jacturam.

§.2.

Præcipit Cōmunitatibus, & aliis ne impediant conducentes animalia in Dohanam Patrimonii ſub pœnis hic expreſſis.

§. 2. Præfatis igitùr obviare volentes, ità quòd errantes, pœna temporalis in debito contineat rationis, auctoritate apoſtolica, tenore præſentium præcipimus, & mandamus omnibus, & ſingulis Communitatibus, Populis, Univerſitatibus, Comitibus, Dominis, Baronibus, nobilibus, particularibuſque perſonis, præſentibus, & futuris, nobis, Sanctæque Romanæ Eccleſiæ mediatè, vèl immediatè ſubjectis, cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vèl conditionis, aùt dignitatis fuerint, clericis, & laicis, etiàm Capitulis, Collegiis, & quibuſcunque aliis Univerſitatibus, quatenùs, de cæterò, prætextu alicujus conſuetudinis, aùt quavis alia ratione, occaſione, vèl cauſa, directè, vèl indirectè, conducentibus animalia cujuſcunque generis ad paſcuandum in fida, in Dohanam præfatam, damnum, moleſtiam, aùt quodvis aliud impedimentum, in perſonis, animalibus, rebus, & bonis univerſis eorum, in veniendo, ſtando, & redeundo, nullatenùs inferre audeant, vèl præſumant, sèd hujuſmodi animalia conducentes, benignè recipiant, & benevolè pertractent, ac ſinè injuriâ prorsùs, aùt aliquo impedimento, reali, vèl perſonali, per eorum Civitates, terras, loca, & tenimenta, liberè tranſire, & exire permittant, ſub refectionis omnium, & ſingulorum damnorum, expenſarum, & intereſſe, partibus læſis reficiendorum, ac etiam dupli æſtimationis damnorum præfatorum illatorum, apoſtolicæ Cameræ applicandis pœnis: quas pœnas, quamcunque Communitatem, in cujus terris, & tenimentis damnum hujuſmodi ſic illatum fuerit, quotiès contrà factum, & damnum illatum fuerit, incurrere volumus, eo ipſo.

Facultas Gubernatoris, & Dohanerii procedendi contrà inobedientes.

§. 3. Et ut præmiſſa ſuum debitum conſequantur effectum, ex nùnc modernis dictæ almæ Urbis Gubernatori, & Dohanæ præfatæ Dohaneriis, aliiſquè quibuſcunque, qui pro tempore fuerint Gubernatoribus, & Dohaneriis, & cuilibet eorum, procedendi ad executionem pœnarum præfatarum, contrà Communitates ipſas, in quarum terris, locis, & tenimentis, damna præfata deincèps inferri contigerit, in perſonis, & bonis, ac viis omnibus, & remediis opportunis, ad ſatisfactionem pœnarum incurſarum compellendi, & aſtringendi, omniaque alia, & ſingula in præfatis neceſſaria, & opportuna, agendi, gerendi, mandandi, ordinandi, diſponendi, & exequendi, auctoritate, & tenore præfatis, plenam, & liberam concedimus facultatem,

Clauſulæ derogativæ.

Conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis, indultis, & exemptionibus, quibuſvis Communitatibus conceſſis, & concedendis, cæteriſque in contrarium faciendis, non obſtan. quibuſcunque.

Mandat præconizari in Urbe.

§. 4. Et nè quiſquam de præfatis ignorantiam prætendere poſſit, nèc allegare, volumus per almam Urbem hæc omnia per bannum præconizari, decernentes harum ſerie, omnes, & ſingulas Communitates præfatas,

Et ità haberi pro intimatis.

aſtrictas eſſe ad obſervationem præmiſſorum, ac ſi ſingularitèr ſingulis Communitatum prædictarum perſonis, intimata forent: cùm veriſimile ſit, eas de his notitiam habituros, quæ fuerint, tàm publico præconio, per dictam almam Urbem omnibus intimata.

AFFIDATI, AT FIDA.

§. 5. Nulli ergò &c. Si quis autèm &c.

Quoad fide ſolutionem, & Affidatorum Privilegia.

Dat. Petrioli, an. Dom. MCCCCLXII. decimo Kal. Novembris, Pont. noſt. an. V.

IV. CONSTITUTIO
PAULI PP. II.

Prohibitio aliquid exigendi à conducentibus animalia in Dohanam Patrimonii.

Concordantes notavi in præcedenti Conſtitutione.

PAULUS Epiſ. Serv. Servor. Dei,

Univerſis, & ſingulis noſtris, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Baronibus, Gubernatoribus, Rectoribus, Officialibus, Communitatibus, aliiſque quibuſcunque, mediatè, vèl immediatè, ſubditis noſtris, Salut. & Apoſtol. benedictionem.

Ed. ann. Dñi 1464. die 31. Ian. impr. in bul. vet. la 1. pag. 87. & in antiqu. ann. 1579. la 1. pag. 36.

Exordium.

QUoniàm informati fuimus, fide dignorum relatu, nonnullas graves, & exceſſivas exactiones fieri, ab his, qui animalia ſua in Dohana almæ Urbis noſtræ, & patrimonii Beati Petri ducunt, & reducunt; quæ res cùm inhoneſta, & indecens cenſeatur, tùm etiàm in præjudicium Cameræ apoſtolicæ noſcitur redundare, præſertìm, quod mercatores, vèl alii animalia ducentes hujuſmodi, proptèr dictas exactiones retrahuntur, & ea ad dictas Dohanas non conducunt.

Proviſio Papæ.

§. 1. Ea proptèr nos volentes, ſupèr hoc opportunè providere, tùm pro noſtri honoris debito, tùm pro dictæ Cameræ idemnitate conſervanda, maximè conſiderantes injuſtum eſſe, ùt mercatores, & alii, qui per dictam Cameram affidantur, & debitam fidam perſolvunt, ad alias ſolutiones compellantur.

Prohibitio ne pro animalibus affidatis aliquid exigatur per Communitates, & alios.

§. 2. Vobis univerſis, & ſingulis ſupradictis, tenore præſentium injungimus, & diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenùs ſub pœna indignationis, ac mille ducatorum pro quolibet, vice qualibet, qua contrafactum fuerit, eidem Cameræ applicandorum, non debeatis, nèc quiſquam veſtrum debeat aliquid exigere, quovis prætextu, vèl quæſito colore, prò paſſu, vèl tranſitu animalium, quæ ad dictas Dohanas conducta ſunt, vèl deincèps conducentur, tàm in adventu, quàm in reditu, sèd ea tutè, liberè, & impunè abſquè aliqua exactione cujuſcunque paſſus, vèl tranſitus, ire, & redire permittatis, ac veſtrum quilibet permittat, viſa tamèn bulletta Dohanerii, ſeù Dohaneriorum, faciente fidem, quod fuerint in eiſdem dohanis, vèl altera earundem, & quod debitum ſolverint.

Clauſulæ derogatoriæ.

§. 3. Non obſtan. privilegiis, & indultis vobis forsàn conceſſis, necnòn conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Si quis autèm ex hujuſmodi noſtro mandato ſe gravari ſenſerit, compareat in eadem Camera apoſtolica, & oſtenſa ibidèm juſta cauſa ſui gravaminis, accipiet juſtitiæ complementum.

Dat.

Dat. Romæ apùd S. Petrum, an. Dom. MCCCCLXIV. Pridiè Kal. Febr. Pontific. noſt. an. I.

Digitized by Google

Affidati, et Fida.

Quoad fidæ ſolutionem, & Affidatorum Privilegia.

V. CONSTITUTIO ALEXANDRI PP. VI.

Declaratio, quod quilibet teneatur ad ſolvendam Fidam Dohanæ Patrimonii, & quod Domini tenutarum conſiſtentium infrà limites Dohanæ Dohaneriis, & non aliis, abſquè eorum licentia, vendant paſcua &c.

Concordantes poſui ſuprà in Conſtit. Pii II. la I, & II pag. 1.

Ed. ann. Do. 1495. die 27. Octobris impreſſ. in bul. veter. in ord. la 5. pag. 137. tom. 1.

ALEX. Ep. Ser. Ser. Dei, Ad fut. rei mem.

Exordium.

Romani Pontificis providentia circumſpecta ad ea libentèr intendit, per quæ idemnitati Cameræ apoſtolicæ debitè providetur, & intèr cæteras curas, quas aſſidua mente revolvit, illa nou minùs urgens exiſtimatur, ùt ejuſdem Cameræ introitus ſerventur illæſi, ipſaque Camera apoſtolica, quotidianas impenſas, & onera grandia, pro Romanæ Eccleſiæ ſtatu conſervando, quotidiè incumbentia, habeat faciliùs tolerari.

Pii II. Conſt. habes ſup. pag. 1.

§. 1. Dudùm, ſiquidèm, fel. rec. Pius Papa II. prędeceſſor noſter volens pluribus damnis, quæ dictæ Cameræ, circà fructus, & introitus Dohanæ Patrimonii, ſubſequebantur, obviare, ipſiuſque Cameræ indemnitati providere, omnes, & ſingulos, tàm de prædicto Patrimonio, quàm aliis quibuſcunque Provinciis, Civitatibus, & locis quæcunque, & qualiacunque, & quotieſcunque animalia ſua tùnc & in futurum in Dohana hujuſmodi, aliiſque paſcuis in dicta Provincia Patrimonii conſiſtentibus paſcuantes teneri, & obligatos fore, pro animalibus prædictis, debitum dictæ Cameræ juxtà morem, & ordinem ipſius Dohanæ, integrè perſolvere, per quaſdam ejus literas declaravit; Et deindè omnibus, & ſingulis Communitatibus, Populis, Univerſitatibus, Baronibus, Comitibus, Dominis, nobilibus, & particularibus perſonis, tùnc præſentibus, & futuris, cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis, aùt dignitatis forent, tàm clericis, quàm laicis, & Capitulis, Collegiis, & quibuſvis aliis Univerſitatibus sùb interdicti in Communitates, & excommunicationis in particulares perſonas, necnòn mille florenorum auri de Camera, & perditionis animalium, dictæ Cameræ applicandorum, per quamlibet Communitatem, Populum, Univerſitatem, Collegium, Capitulum, & quemlibet Baronem, Comitem, Dominum, & quamcunque particularem perſonam Eccleſiaſticam, vèl ſæcularem, quæ, & qui contrafecerint, pœnis, quas contrafacientem, totiès ipſo facto, incurrere, & ab eo exigi voluit, quotiès contrafactum foret, & de cæterò non poſſent, nèc deberent vendere, aùt quovis modo, alienare alicui perſonæ, Communitati, Collegio, & Univerſitati aliquid de paſcuis, tenutis, bannitis, & herbaticis, ad ſe pertinentibus, & infrà limites Dohanæ prædictæ, conſiſtentibus, nèc in eiſdem, aùt eorum aliquo, introducere, aùt fidare aliquod genus animalium, ad paſcuandum.

Pius II. hoc præcepit ut ſup. Conſt. 3. Inter. pag. 2.

§. 2. Et ſimilitèr, ſub pœnis hujuſmodi, nè aliqua, ex præfatis, paſcua, tenutas, bannitas, & herbatica prædicta in toto, vèl in parte, per ſe, vèl alium, ſeu alios, quovis quæſito colore, emere, aùt aliquod genus animalium in eiſdem introducere, vèl tenere audeant, vèl præſumant ſinè Dohanerii, ſeù Dohaneriorum exiſtentium pro tempore expreſſâ licentia, sèd sùb eiſdem pœnis omnia, & ſingula paſcua, tenutas, bannitas, & herbatica hujuſmodi Dohanerio, ſeù Dohaneriis præfatis, pro Camera Apoſtolica, & in uſum, & utilitatem Dohanæ, pro juſtis, & rationabilibus preciis, vendere, & conducere deberent, & tenerentur, Necnon omnibus Communitatibus, Univerſitatibus, Populis, Baronibus, Dominis, Comitibus, particularibus perſonis, Gubernatoribus, Rectoribus, Poteſtatibus, Capitaneis, Armigeris, Conductoribus, Bariſellis, Vicariis, & aliis Officialibus, tùnc, & pro tempote, exiſtentibus cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vèl conditionis forent, ſub interdicti in Communitates, & excommunicationis hujuſmodi in particulares perſonas, & centum florenorum in quemlibet Communitatum, Baronum, Comitum, & Nobilium, ac 25. florenorum ſimilium in quemlibet Officialium prædictorum.

Pœnas in contravenientes ſtatuit.

§. 3. Qui contrafecerint, pœnis, toties quotiès, contrafactum foret, ſimilitèr, ipſo facto, incurrendis, & exigendis, ità quod per Communitates, Theſaurarios, Rectores, Camerarios, Dohanerios, & alios Officiales, ad quos pertineret, sùb ſingulis pœnis non paren. Officialium hujuſmodi pœnas, ex eorum perſolven. ſalariis, debeant omninò retinere, & ad omnem requiſitionem Dohanerii, ſeù Dohaneriorum, ſeu ſuorum factorum, & miniſtrorum, ac cujuſlibet ipſorum tenerentur, & deberent in omnibus, & ſingulis præmiſſis eis aſſiſtere conſiliis, auxiliis, & favoribus opportunis, cùm poteſtate in executionibus contrà Communitatem, & particulares perſonas cujuſcunque ſtatus, vèl conditionis forent, occaſione dictæ Dohanæ facien. in omnibus, & per omnia, tanquàm eidem Prædeceſſori parérent, & intenderent, per diverſas alias ſuas literas auctoritate Apoſtolica, intèr cætera præcepit, & mandavit.

Conſtit. hanc habes ſup.

Facultas Dohaneriis illas exigendi.

§. 4. Conceden., nihilominùs, Dohanerio, ſeù Dohaneriis, pro tempore, exiſtentibus hujuſmodi, ad executionem pœnarum prædictarum, contrà omnes, & ſingulos prædictos, qui quomodolibèt contrafecerint, proceden., & eos, ſi ſæculares forent, in perſonis, & bonis, clericos verò, & eccleſiaſticas perſonas in bonis, duntaxàt, aggravandi, & viis omnibus, ac remediis opportunis ad ſatisfactionem pęnarum incurſarum, compellen., & aſtringen., omniaque alia, & ſingula in præmiſſis neceſſaria, & opportuna agendi, gerendi, mandandi, ordinandi, diſponendi, & exequendi, auctoritate prædicta plenam, & liberam facultatem.

Pauli II. conſtit. habes ſup. pag. 3. Six. IV. Et Inn. VIII. conſt. non ſunt in Bullariis.

§. 5. Et ſucceſſivè Piæ mem. Paulus II. & Sixtus IV. ac Innocentius VIII. etiam prædeceſſores noſtri volentes præmiſſa omnia & ſingula perpetuò firmitèr obſervari, ea omnia, & ſingula per eorum literas approbarunt,

& ra-

& ratificarunt, proùt poſteà nos per alias noſtras literas in forma Brevis approbavimus, & ratificavimus, proùt in ſingulis literis prædictis pleniùs continetur.

Cauſæ iſtius conſt.

§.6. Cum autèm, ſicùt nupèr, ad aures noſtras, non ſinè gravi animi diſplicentia, pervénit, ab aliquo tempore citrà, non nulla ex paſcuis, tenutis, bannitis, & herbaticis prædictis, aliis quàm Dohaneriis, qui pro tempore fuerunt, abſquè eorum licentia, vendita, & diverſimodè alienata, & conceſſa, in mandatorum Apoſtolicorum contemptum, dictæque Cameræ præjudicium non modicum, & gravamen.

Affidatorum privilegia recenſet.

§.7. Nos attendentes exindè prædictæ Cameræ fructus, & introitus plurimùm lædi, & quod dicta Camera animalia in Dohanæ hujuſmodi limites venientia fidat, & ab omni Gabellæ paſſus, & alicujus alterius oneris ſolutione liberat, eaque per noſtra & Romanæ Eccleſiæ tenimenta, & terminos, etiàm mediantibus Officialibus noſtris, & dictæ Cameræ liberè venire, & redire facit, plura in triplum animalia, quàm aliàs ventura fuiſſent, ad Dohanæ hujuſmodi limites veniunt, & proptereà paſcuorum, tenutarum, bannitarum, & herbaticorum prædictorum domini pro illis multò majora precia, quàm aliàs conſequerentur, à præfatis Dohaneriis recipiant, juſtitiæque, & honeſtati convenire, ùt ipſi, qui ab eadem Camera, & illius medio, & opera in præmiſſis plurima commoda, & utilitates conſequuntur, eidem Cameræ ad ea commodiùs continuan., & conſervan. aliquam commoditatem afferant, mandataque, & ordinationes hujuſmodi, ne dùm in dictæ Cameræ, cujus introituum indemnitatem dictæ S.R.E.

Has literas hic non habes.

Cardinales procurare, & conſervare tenentur, ſed etiàm in communem utilitatem cedere, quodque eadem Camera ſub mandatis, & ordinationibus hujuſmodi contrariis conſuetudinibus, ac quibuſvis perſonis privilegiis conceſſis, & indultis, quæ ex tùnc revocavit, nequaquàm obſtantibus, Dohaneriorum prædictorum conceſſis, & ad eorum conſervationem obligata extitit, proùt in inſtrumento ſupèr hoc confecto, ac per alias noſtras ſub hujuſmodi forma literas confirmato pleniùs continetur, volenteſque ſupèr his opportunè providere, ac fructus, & initii ortus Cameræ hujuſmodi, quantùm juſtè, & debitè poſſumus, illæſos præſervare, ùt tenemur.

Confirmat Conſtitutiones prædeceſſorum ſupradictorum.

§.8. Motu proprio, non ad aliquorum nobis ſupèr hæc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, ac certa ſcientia omnes, & ſingulas literas prædictas, ac proùt præmiſſa omnia concernunt, & ſingula in eis contenta auctoritate prædicta tenore præſentium approbamus, & innovamus, eaque volumus inviolabilitèr obſervari.

Præcipit dominis paſcuorum exiſtentium in ſ. limites Dohanæ, ut Dohaneriis & non aliis ſine eorum licentia illa vèdant ut hic.

§.9. Mandantes omnibus, & ſingulis Communitatibus, Univerſitatibus, Populis, Baronibus, Nobilibus, Dominis, Capitaneis, Collegiis, & aliis perſonis, tàm eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus, ac paſcuorum, & tenutarum, bannitarum, & herbaticorum hujuſmodi dominis quibuſcunque præſentibus, & futuris, cujuſcunque ſtatus, ordinis, gradus, præeminentiæ, vèl conditionis exiſtant, & quacunque dignitate præfulgeant, ſub eiſdem pœnis, ùt aliqua earum, & præſertim S.Salvatoris, & Antralt, omnia della Corqueta, montis Romani, Campi majoris, ac duas Bannitellas Civitellæ Armenæ, Silvæ Communis viam, Montem Cani, & Montem Sanctæ Mariæ de Magnoratorum, Quartorum della Cariarella, Arcimonticelli, Salteveno de Monte Dolito, tracim Tertiarum montis alti, ac omnia alia, & ſingula paſcua, Tenutas, Bannitas, & herbatica in fidæ Dohanæ hujuſmodi limites conſiſtentia pro juſtis rationabilibus, & conſuetis pretiis hujuſmodi Dohanerio, ſeù Dohaneriis præfatis, juxtà Pii prædeceſſoris hujuſmodi literarum formam, & non aliis, abſquè eorum licentia vendere, & concedere.

Affidati, et Fida.

Quoad fidę ſolutionem, & Affidatorum Privilegia.

Limites Dohanæ recenſet.

Limites autè Dohanæ bene declarantur infrà per Greg. xiij. conſt ix. Romanum

§.10. Et nihilominùs, quià nonnulli ex paſcuorum, tenutarum, bannitarum, & herbaticorum dominis hujuſmodi animalia, forsàn, habent, vèl in poſterùm habebunt, quæ in eorum paſcuis, & tenutis tenere, & paſcuare, forsàn, volent, nè eis animalium, & paſcuorum ſuorum hujuſmodi induſtria interdicta videatur, volumus, & eadem auctoritate ordinamus, quod ſolvendo Dohanerio, ſeù Dohaneriis pro tempore exiſtentibus, tantùm pro ſuorum animalium hujuſmodi fida, quantum Dohanerius, ſeù Dohanerii prædicti eis pro herbis ſuorum paſcuorum, & tenutarum ſolvere velint, ità quòd, non minus pro fida, quàm pro herbis hujuſmodi, juxtà conſuetudinem dictæ Dohanæ perſolverent, prædicta eorum paſcua, & tenutas, (illis, quæ prædictæ Cameræ ſub certa annua penſione, ſeù ſolutione obligati exiſtunt, quæ ab hujuſmodi obligatione aliquomodo eximere, non intendimus, duntaxàt exceptis) ad paſcuandum eorum animalia prædicta retinere poſſint.

Inhibitio contra Animalia habentes, & introducentes abſque ſolutionem fidæ.

§.11. Inhibemus inſupèr modo, & forma præmiſſis, & ſingulis ſupradictis ſub eiſdem pœnis reſpectivè, quas contrafacientem quemcunque, quotiès id fecerit, ſimilitèr eo ipſo incurrere volumus, nè aliqua animalia per limites Dohanæ hujuſmodi abſque ſolutione dictæ fidæ conducere, aùt tranſiri facere quoquomodò præſumant.

Omnes faveant Dohaneriis, & eorum Miniſtris.

§.12. Mandantes poſtremò omnibus, & ſingulis Rectoribus, Gubernatoribus, Poteſtatibus, Capitaneis, Armigeris, Conductoribus, Bariſellis, & aliis Officialibus quibuſcunque ubilibèt conſtitutis, & in poſterùm conſtituendis, cujuſcunque ſtatus, gradus, vèl conditionis fuerint, ſub prædictis, ac ſuorum Officiorum privationis pœnis quotieſcunquè contrafactum fuerit, eo ipſo incurren., & exigen., & ex eorum ſalariis hujuſmodi retinen., ùt præfertur quantum eiſdem Dohaneriis, eorumque nunciis, rectoribus, & miniſtris, ac eorum cuilibet in omnibus, & ſingulis præmiſſis aſſiſtere, parére, & intendere procurent, juxtà literarum Pii prædeceſſoris hujuſmodi contiuentiam, & tenorem.

Sub certis hic Statutis pœnis.

Clauſulæ derogatorię ampliſſimæ.

§.13. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis quoquè, & conſuetudinibus Communitatum, Univerſitatum, Collegiorum, Capitulorum & locorum aliorum quantuncunquè juramento, confir-

Affidati, et Fida.

Quoad fidę ſolutionem,& Affidatorum Privilegia.

firmatione Apoſtolica, vèl quavis firmitate alia roboratis, necnòn quibuſvis privilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis generalibus, vèl ſpecialibus ſupradictis, & aliis omnibus,& ſingulis aliorum paſcuorum tenutarum, bannitarum, & herbaticorum hujuſmodi dominis præſentibus, & futuris, necnon Eccleſiis, monaſteriis, hoſpitalibus, religioſis, & aliis piis locis, & perſouis tàm eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus quibuſcunque, cujuſcunque ſtatus, gradus, conditionis,& præeminentiæ ipſæ perſonæ exiſtant, etiàm ſi Archiepiſcopali, Epiſcopali dignitatibus, ac Cardinalatus honore præfulgen. communitèr, vèl diviſim, quomodocunquè omni intuitu, & conſideratione,ſub quibuſcunque verborum formis,& cum derogatoriarum derogatoriis, & aliis fortioribus, & inſolitis clauſulis conceſſis, & in poſterùm concedendis, etiàm ſi in illis caveatur expreſſè, quod eorum paſcua, tenutæ, bannitæ, & herbatica, infrà limites Dohanæ hujuſmodi, conſiſten. quibuſlibet perſonis, etiàm abſquè dictorum Dohaneriorum licentia, locari, vendi, & quovis modo concedi, & per illorum conductores, emptores, & alioſ quoſcunquè recipi, & retineri, necnòn quorumcunque animalia ad eorum libitum paſcuare liberè, & licitè poſſint, quibus omnibus, etiàm ſi de illis, eorumque totis tenoribus, pro illorum ſufficienti derogatione, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, individua, ac de verbo ad verbum, non autèm per clauſulas generales, idem importantes, mentio, ſeù quævis alia expreſſio habenda foret, etiàm ſi de illis nullatenùs, aùt, niſi, ſub certis modis, formis, expreſſionibus, inibi expreſſis, & eorum, quorum intereſt, expreſſo conſenſu derogari poſſe, & etiàm ſi conſiſtorialitèr emanata fuiſſent, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, quoad præmiſſa, duntaxàt, motu, & ſcientia ſimilibus ſpecialitèr, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Huic Conſtit. non cenſeatur derogatum, niſi ſervata forma hic expreſſa.

§. 14. Decernentes præterea præſentibus, niſi de illis, eorumque totis tenoribus, ac prædeceſſorum noſtrorum nominibus, & ſingulis ab eis, ſupèr hoc emanatis literis, (quas nos pro complemento contractus conceſſionis Dohanæ hujuſmodi, ad quod dicta Camera obligata exiſtit, præmiſſa omnia, & ſingula approbamus, & innovamus) plena ſpecifica, & expreſſa, individuaque mentio, non autèm per clauſulas generales, idem importantes, mentio facta ſit, per quaſcunque literas quibuſvis perſonis,etiàm ex quibuſcunque cauſis, & conſiderationibus conceſſis,nullatenùs derogari poſſe.

Decretum irritans.

§.15. Irritum quoque & inane &c.

Sanctio pœnalis.

§.16. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis infringere, vèl ei auſu temerario contraire. Si quis autèm hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat.

Dat. Romæ apud S. Petrum, an. Dom. MCCCCXCV. vj. Kal. Novemb. Pont. noſt. ann. V.

VI. CONSTITUTIO
LEONIS PP. X.

Prohibitio impedien., moleſtan., aùt aliquid exigen. ab Affidatis conducentibus animalia in Dohanam Patrimonii ſedis Apoſtolicæ.

Concord. notavi ſuprà in Conſt. III.

Ed. an. Dom. 1519. die 16. Iunii impreſ. in bul. veter. lo 21. pag. 232 tom. 1.

LEO Epiſcopus Servus Servorum Dei, &c.
Dilecto filio N. Dilecte fi i ſalutem &c.

Exordium.

QUoniàm ex querelis Affidatorum,& Dohaneriorum, non ſinè, animi noſtri diſplicentia, percipimus animalia in Dohanam noſtram patrimonii accedentia, & affidata in pluribus, & variis in locis intercipi, paſtoreſque impediri gabellis, paſſagiis, oneribus, & quod pejùs eſt, ſæpiſſimè abactis pecoribus, & aliquandò violentèr ablatis, vexari in non parvum Dohaneriorum damnum, & Sedis, Cameræque apoſtolicæ contemptum, & detrimentum.

Deputat commiſſariū contra moleſtantes Affidatos.

§.1. Propterea, ſupèr hoc opportunè providere volentes, ſperanteſque, quod quotidiè commiſerimus, non minùs fidelitèr, quam accuratè exequèris, Te harum ſerie in Officialem, & Commiſſarium noſtrum, & Cameræ Apoſtolicæ facimus, eligimus, & deputamus.

Præcipitque conducentes animalia in Dohanā nullo modo moleſtari.

§.2. Committentes tibi expreſſè, quo ad omnia, & ſingula loca, Arces, Civitates, Oppida, Terras in quibus opus eſſe duxeris, accedas, præſenteſque noſtras literas (nè ullo unquàm tempore, ipſarum ignorantiam, quis allegare audeat) intimes, & mandes, proùt, nos harum ſerie ſub excommunicationis, interdicti, & quingentorum ducatorum auri de Camera ipſo facto incurren. reſpectivè, & Cameræ apoſtolicæ applican. pœnis, mandamus, & inhibemus, nè dicta animalia paſtores, ſeù famulos, vèl miniſtros impediant, vexent,ſeù pro ipſis gabellis, paſſagium, portorium, pedagium, ſeù aliquid aliud exigant, ſeù edulos petant, aùt accipiant, sèd liberas,& exemptas,juxtà formam, & tenorem privilegii Dohanarum,fidæ nuncupat;ire, & redire, ſtare, & pernoctari permittant.

Pœnas contravenientibus imponit.

§.3. Decernentes exnùnc, proùt extùnc, contrà omnes, & ſingulos impedientes præfata animalia, ſeù ea in Dohanam ducentes, abſquè alia declaratione, prædictas pœnas incurriſſe, etiàm per viam repreſaliarum, quas exnùnc contrà, ùt ſuprà, delinquentes perſonas, earumque Communitates res, & bona relaxamus, exigi per te, & alios S.R.Eccleſiæ Officiales debere.

Mandet Executionem præſentis.

§.4. Mandantes omnibus, & ſingulis Legatis habitatoribus, Poteſtatibus, Prioribus, Bariſellis, & aliis publicis, & privatis perſonis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ mediatè, & immediatè ſubjectis Baronibus, & Ductoribus gentium armorum, quatenùs tibi in præmiſſis omnibus opportunum favorem præſtent, & exbibeant, necnòn executionem realitèr, & perſonalilèr contrà omnes, & ſingulos contravenientes ad omnem requiſitionem tuam faciant, & fieri mandent, proùt, nos harum ſerie mandamus.

§.5.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.5. Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis provincialibus, privilegiis, indultis, conſuetudinibus quomodocunquè, & qualitercunquè introductis, Cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcunque.

Dat.

Dat. Romæ apud S. Petrum, die xvi. Junii MDXIX. Pont. noſt. an. VII.

Joan. Evangeliſta.

VII. CONSTITUTIO
JULII PP. III.

Prohibitio impediendi, aùt aliquid exigend. ab Affidatis conducentibus eorum animalia in Dohanam Patrimonii.

Concordan. habes ſuprà in Conſtit. III.

Impreſ. in bul. veter. in ord. 1457. pag. 560 tom. 1.

JULIUS Epiſcopus Serv. Servor. Dei, &c.

Motu proprio &c.

Narrativa.

Pii II. Conſt. habes ſup. pag. 2., & 3. Alexandr. VI. Conſtit. iſtam hic non hàbes, ſed habes aliam in materia ſup. In 5. pag. 4.

CUm ſicùt, nupèr, accepimus, non ſinè animi noſtri diſplicentia, licèt diverſi Romani Pontifices, & præcipuè fe. re. Pius II., & Alexander VI. Prædeceſſores noſtri providè conſiderantes, ùt fructus, & introitus Cameræ Apoſtolicæ præſervarentur illæſi, & Camera præfata quotidianas impenſas, & onera grandia, prò Romanæ Eccleſiæ ſtatu conſervando, jugitèr incumbentia, faciliùs tolerare valeat; Quoniàm introitus, & proventus Cameræ præfatæ ex Dohana pecudum Patrimonii, Maritimæ, & Campaniæ provenien., qui intèr primarios haberi conſueverunt, per damna, & impedimenta quam plurima, quæ conducentibus animalia diverſi generis ad paſculandum in Dohanam prædictam per Communitates, Univerſitates, Comites, Barones, Dominos, Caſtellanos, ac alias particulares perſonas in veniendo, & redeundo in perſonis, animalibus, bonis, ac rebus eorum inferebantur plurimùm damni contingebat, ac plurimi, in grave ipſius Cameræ damnum, & præjudicium, timentes hujuſmodi damna, eorum animalia tranſmittere nolebant, intèr cætera privilegia dictæ Dohanæ, & Affidatis conceſſa, proſpicien., quod dicti Affidati, ſub fide publica, & clypeo ipſius Cameræ, ad dictam Dohanam undiquè concurrunt, & debitum Dohanæ perſolvunt, mandaverint, & ordinaverint omnibus, & ſingulis Communitatibus, Populis, Univerſitatibus, Comitibus, Dominis, Baronibus, Nobilibus, particularibuſque perſonis, tùnc præſentibus, & futuris Sanctæ Rom. Eccleſiæ ſubjectis mediatè, & immediatè, cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vèl conditionis, aùt dignitatis eſſent, Clericis, & Laicis, etiàm, Capitulis, Collegiis, & quibuſvis aliis Univerſitatibus, quatenùs, ex tùnc, de cæterò prætextu alicujus prætenſæ conſuetudinis, aùt quavis alia ratione, occaſione, vèl cauſa, directè, vèl indirectè, conducentibus hujuſmodi animalia ad paſcuandum ſub fide in Dohanam prædictam, damnum, moleſtiam, aùt quodvis aliud impedimentum in perſonis, animalibus, rebus, & bonis eorum in veniendo, ſtando, & redeundo nullatenùs inferre auderent, aùt præſumerent, sèd hujuſmodi animalia conducentes benignè reciperent, & benevolè pertractarent, ac ſinè injuria prorsùs, vèl alio impedimento reali, vèl perſonali per eorum Civitates, Terras, loca, & tenimenta liberè tranſire permitterent, ſub refectionis omnium, & ſingulorum damnorum, expenſarum, & intereſſe, partibus læſis, reficien., ac etiàm dupli extimationis damnorum prædictorum illatorum Cameræ apoſtolicæ applican. pœnis, quas pœnas quamcunque Communitatem in cujus locis, terris, & tenimentis damnum hujuſmodi sic illatum fuerit, incurrere voluerint eo ipſo, & pro plenaria obſervatione etiàm, tùnc, & pro tempore exiſtentibus Dohaneriis facultatem amplam in præmiſſis proceden. conceſſerit, & quod exindè etiàm piæ mem. Leo X., prædeceſſor noſter, accepto ex crebris Affidatorum querelis, quod animalia hujuſmodi in Dohanam acceden., & affidata in itineribus variis in locis intercipiebantur, & paſtores impediebantur, Gabelliſque, paſſagiis, oneribus, & quod pejùs erat, abactis pecoribus, & aliquandò violentèr ablatis, verebantur, in non modicum etiàm Dohaneriorum damnum, ac ſedis Apoſtolicæ, & Cameræ contemptum, certum Commiſſarium deputaverit, ùt ad omnia, & ſingula loca, Arces, Civitates, Oppida, & Terras; in quibus opus eſſe duceret, accederet, & illius literas, ùt nullo unquàm tempore illarum ignorantiam quiſquam allegare poſſet, intimaret, ac mandaret, proùt ipſe prædeceſſor per dictas literas ſub excommunicationis, interdicti, & quingentorum Ducatorum auri de Camera ipſo facto incurrendis, & reſpectivè Camer. Apoſt. applicandis pœnis, mandabat, & inhibebat, nè dicta animalia, paſtores, & famulos, vèl miniſtros, impedirent, vexarent, ſeù prò ipſis Gabellis paſſagium, portorium, pedagium, vèl aliquid aliud exigerent, ſeù edulos peterent, aùt acciperent, ſed liberos, & exemptos, juxtà formam, & tenorem privilegii Dohanarum, fidæ nuncupatæ, ire, & redire, ſtare, & pernoctari permitterent. Decernendo ex tùnc hujuſmodi impedientes, abſquè alia declaratione, præfatas pœnas incurriſſe, quas etiàm per viam repræſaliarum illas, ex tùnc, contrà delinquentes perſonas, earumque Communitates, res, & bona relaxavit, per dictum Commiſſarium, & S.R.E. Officiales exigere debere; mandando omnibus, & ſingulis Legatis, Gubernatoribus, Poteſtatibus, Prioribus, Bariſellis, & aliis publicis, & privatis perſonis S. R. E. mediatè, vèl immediatè ſubjectis, Baronibus, & Ductoribus Gentium, & armorum, quatenùs, in præmiſſis appoſitione favorem præſtarent, ac executionem realitèr, & perſonalitèr in contravenientes facerent. Conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, etiàm provincialibus, privilegiis, indultis, conſuetudinibus quorumcunquè, & qualitercunquè introductis, cæteriſque non obſtan. quibuſcunque. Et poſtremò etiàm per Cam. apoſtolicam ſupèr indebitis hujuſmodi moleſtiis, & impedimentis, videlicèt, quod Affidati cum eorum animalibus, rebus, & bonis, juxtà formam, & ſeriem Affidæ ſolitæ ſibi pro tempore conceſſæ, privile-

Tenor Conſt. Pii II., & Alex. VI. enunciatur.

AFFIDATI, ET FIDA.

Quoad fidę ſolutionem, & Affidatorum Privilegia.

Leo X. Conſt. habes ſup. In 6. pag. 6.

Tenor d. cõſt. Leon. X. refertur.

Camera apoſtolica conceſſit Affidatis, ut in itinere per triduum paſcuare poſſent, & viæ ſtrictæ ampliarentur. Hoc declaratur per Greg. XIII. conſ. ſeq.

Affidati, at Fida.

Quoad ſi de ſolutionem, & Affidatorum Privilegia.

vilegiis, & indultis, ac immunitatibus uti, frui, & gaudere, quodque in itinere per triduum in quibuſcunque locis publicis, & privatis paſcuare poſſent, utquè viæ ſtrictæ ampliarentur, proviſum extiterit, & aliàs, proùt latiùs, in literis ſingulis, tàm ſub plumbo, quàm per breve prælibatorum Pii, Alexandri, & Leonis prædeceſſorum noſtrorum, ac patentibus Cameralibus, latiùs conſtat, & apparet.

Non obſtantibus prohibitionibus prædictis Affidati impediebantur, & moleſtabantur.

§.1. Nihilominùs nonnulli iniquitatis filii in pravum tendentes, etiàm temporibus his varias moleſtias, & gravamina in præmiſſis Affidatis inferre nõ ceſſant, & Univerſitates, etiàm Caſtellani, & Gabellarii, præſertìm, & aliæ privatæ perſonæ intèr alios contrà dictos Affidatos, adeò inſoleſcunt, prohibendo paſcua, capiendo hædos, & ciavarros, aliaque ab illis extorquendo, licèt, indebitè, ac animalia, res, & bona deprædando, & deprædata occultando, & diverſimodè damnificando, & perſonas offendendo, ùt ipſi Affidati merito pertimeſcant, niſi de opportuno remedio providcatur, ad ipſam Dohanam cum animalibus eorum accedere, ſicquè ipſius Cameræ introitus quotidiè diminuuntur.

Ideò Pontif. confirmat cõſtit. Pii II. Alexan. VI., & Leon. X. Et patentes Camer. earumq; defectus ſupplet.

§. 2. Nos itàque attendentes æquum eſſe, ùt ipſis Affidatis, qui propterea debitum Dohanæ perſolvunt, privilegia, & immunitates, ac eorum fidæ obſerventur, & in contrarium tentantes, ſi non virtutis amore, ſaltèm metu pœnæ coerceantur, Cupienteſque in præmiſſis opportunè providere, prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærendo, Motu ſimili, & ex certa noſtra ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitune, literas præfatas Pii, Alexandri, & Leonis, ac patentes Camerales, ac in eis contenta quæcuuque, & alia prædicta, de præmiſſis certam notitiam habentes, & illarum omnium, & ſingularum tenores, pro expreſſis, & inſertis habentes, approbamus, confirmamus, & noſtro, & Sedis Apoſtolicæ munimine roboramus, & innovamus, & de novo concedimus. Supplentes, quatenùs opus ſit omnes, & ſingulos, tàm juris, quàm facti defectus, ſi qui forsàn in eiſdem interveniſſent: Et nihilominùs omnibus, & ſingulis Communitatibus, Baronibus, Domicellis, Dominis, Caſtellanis, Vicariis, Poteſtatibus, & aliis quibuſvis etiàm privatis perſonis cujuſcunque ſtatus, gradus, conditionis, & dignitatis exiſtant, tàm clericis, quàm laicis, etiàm capitaneis, & aliis quibuſcunque ſub indignationis noſtræ, ac interdicti, & quingentorum ducatorum auri Cameræ apoſtolicæ applican., ipſo facto, inviolabilitèr incurren. pœnis, diſtrictiùs inhibendo, harum ſerie præcipimus, & mandamus, ùt de cæterò, non audeant, vèl præſumant, ſeù eorum aliquis audeat, vèl præſumat contrà dictos Affidatos, ſeù eorum aliquem, vèl eorum animalia, res, & bona inveniendo ad ipſam Dohanam ſtando, & redeundo, aliquam moleſtiam afferre, ſeù ſe opponere, quo minùs, juxtà præmiſſa, paſcuis cùm eorum animalibus, privilegiis, immunitatibus, & aliis præmiſſis, ac aliis in eorum fida contentis liberè uti, frui, & gaudere valeant, & præſertim, nè audeant hædulos, ciavarros, agnos, vèl quidquam aliud ab eis ratione paſſagii, gabellæ, pedagii, ſeù quavis alia cauſa, & occaſione extorquere, vèl petere, ſeù accipere: Quinimmò tutè, & liberè, abſquè aliqua moleſtia, & injuria paſcuare, tranſire, ire, & redire omninò faciant, & permittant.

Clauſula ſupplentes,

Præcipitque Affidatos non moleſtari aliquo modo, ſub pœnis hic expreſſis.

Et Executores deputat Clericos Cameræ Apoſt. & Dohaneriũ, cum facultate deputandi Cõmiſſarios.

§.3. Et, ùt præmiſſa faciliùs exequantur, & ipſi Affidati ſincero animo, & hilari mente, abſquè aliqua trepidatione ad ipſam Dohanam accedere, valeant: dilectis filiis Præſidentibus, & Clericis noſtræ Cameræ apoſtolicæ tenore præſentium committimus, & mandamus, ùt præmiſſa obſervent, & ab aliis obſervari faciant, & totiès, quotiès ſibi viſum fuerit unum ex præfatis Clericis deputent, qui unà cum moderno, & pro tempore exiſtenti Dohanerio, de rebus ipſius Dohanæ informato, unum, vèl plures Commiſſarios deputent, & tranſmittant, qui ad Civitates, Terras, Caſtra, & Arces, & loca quæcunque nobis, & S. R. E. ad quæ ſibi pro præmiſſis exequen. expedire videbitur accedant, & tàm per ſe, quàm ſubſtituendos ab eis præmiſſa, & ſingula Univerſitatibus, Baronibus, Domicellis, Poteſtatibus, Caſtellanis, Vicariis, & aliis præfatis intiment, & intimari faciant, & quatenùs aliqui culpabiles exiſtant, irremiſſibilitèr ad executionem ipſarum pœnarum per dictos Commiſſarium, ac Dohanerium, necnòn Cameram apoſtolicam, & pro tempore deputandum ab ea, & alios quoſcumque S. R. E. Officiales, tàm conjunctìm, quàm diviſim procedi volumus, etiàm per viam repræſaliarum, quas ex nùnc, etiàm contrà Univerſitates, & homines locorum, in quorum territoriis damnum dari, & in præmiſſis delinqui, ſeù contrà præmiſſa quicquam fieri, vèl attentari contingat, decernimus, & relaxamus.

Executorum facultates cõtrà inobedientes.

Quo ad damna illata, conducentibus animalia medio juramento creditur.

§.4. Decernentes conducentibus ipſa animalia, quo ad damna illata, agnoſque, ſeù alia animalia, pecuniarum ſummas, res, & bona eiſdem ablata, illorumque æſtimationem, valorem, & quantitatem, & qualitatem, vèl loca damnorum ſibi illatorum, & bonorum ablatorum, medio juramento plenam fidem adhiberi in judicio, & extrà: Ac volumus quod intimatio per dictos Commiſſarios, ſeù ſubſtituendos ab eis, vèl quos elegerint, publicos Notarios, ſeù juratos nuncios faciendo, facta in perſona alicujus ex Prioribus locorum, vèl Poteſtatis, vel Maſſarii, vèl Vicarii, aùt Caſtellani, aùt dimiſſa copia collationata, ad valvas loci, ſeù locorum, ubi homines congregari prò eorum negociis publicis ſolent, perindè afficiat, ac ſi perſonalitèr omnibus, & quibuſcunque, ac in pleno, & generali Concilio intimata foret.

Intimatio iſtius Conſtit. contra unum ex Prioribus aut Poteſtati, vel Maſſario locorum perſonalitèr, ſivè ad valvas loci dimiſſa copia, omnes ligat, proùt ſi perſonalitèr intimata foret.

Mandat Officialibus præſtare omnem aſſiſtentiam.

§.5. Mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ omnibus, & ſingulis Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Poteſtatibus quarumcumque Civitatum, Provinciarum, Terrarum, & locorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubditis mediatè, & immediatè præfatis Commiſſariis noſtris, & ſubſtituendis ab eis in præmiſſis faveant, & aſſiſtant.

Derogatio contrariorum

§.6. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, etiàm provincialibus,

libus, ſtatutis juramento, ſeù quavis alia firmitate roboratis, ac privilegiis, & indultis, aliiſque quæ in dictis literis Pii, Alexandri, & Leonis prædeceſſorum noſtrorum placuit non obſtare, cæteriſque in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcunque.

Sola Signatura ſufficit.

§. 7. Volumus, quod ſola ſignatura præſentium ſufficiat, & in judicio, & extrà plenam fidem faciat, regula contraria non obſtante, vèl ſi dicto Commiſſario videbitur, literæ, etiàm in forma brevis, expedire valeant, cùm opportuna omnium, & ſingulorum derogatione in ampliſſima forma extendenda, & aliis clauſulis opportunis, & conſuetis.

Placet Motu proprio. I.

VIII. CONSTITUTIO
GREGORII PP. XIII.

Confirmatio, & ampliatio Conſtitutionum Apoſtolicarum, & Decretorum Cameralium, contrà impedientes Affidatos, animalia in Dohanam Patrimonii conducentes, aùt aliquid ab eis exigentes, vèl Fidam Dohanæ ſolvere recuſantes,

Concordantes de Materia notavi ſuprà in Conſtit. I, & III. pag. 1., & 2.

GREG. Epiſ. Serv. Serv. Dei, Ad fut. rei mem.

Ed. an. Dom. 1577. die 28. Febr. in bull. veter. in 46. pag. 1257. n. 2

Exordium.

DECET Romanum Pontificem Cameræ Apoſtolicæ, ac cùm ea contrahentium indemnitati conſulere, & his, quæ à Romanis Pontificibus ad eum finem ſtatuta, & ordinata fuerunt, approbationis ſuæ robur adjicere, vèl aliis opportunis rationibus providere, ùt & prædicta Camera indebitè non gravetur, & contrahentes cùm ea perpetua poſſint præmiſſorum ſecuritate lætari.

Pontifices iſti (quorù Conſtit. habes ſupra) ex cauſis hic expreſſis, decreverunt, & mandarunt Fidam Dohanę quoſcunque ſolvere debere.

§. 1. Nupèr ſiquidèm non ſinè animi noſtri diſplicentia accepimus, quod licèt quamplurimi Rom. Pont. & præcipuè fel. rec. Pius II., Innocentius VIII., Alexander VI., Leo X., Paulus III., & Julius III. prædeceſſores noſtri & ipſa quoquè Camera Apoſtolica providè conſiderantes, ùt fructus, & introitus Cameræ prædictæ præſervarentur illæſi, & Camera prædicta quotidianas impenſas, & onera grandia pro Romanæ Eccleſiæ ſtatu, & illius populis conſervandis in dies incumbentia, faciliùs, tolerare valeret: Quoniam introitus & proventus Cameræ prædictæ ex Dohana pecudum paſcuorum Urbis, Campaniæ, Maritimæ, & Patrimonii provenientes, qui intèr primarios haberi conſueverunt, per multas controverſias, lites, & tergiverſationes Dohaneriis Dohanæ prædictæ in exigendo eorum Fidam ab omnibus etiàm Provincialibus dictæ Dohanæ, cùm eorum quibuſvis animalibus, etiàm porcinis in paſcuis alienis quomodocunque, & quotieſcunque paſcentibus, ac per damna vexationes, & impedimenta quamplurima, quæ conducentibus animalia diverſi generis ad paſculum in Dohanam prædictam per Communitates, Univerſitates, Comites, Barones, Dominos, Caſtellanos, & alias particulares perſonas in veniendo, & redeundo, in perſonis, animalibus, bonis, ac rebus eorum inferebantur, plurimùm damni contingebat, ac plurimi in grave damnum & præjudicium ipſius Cameræ, timentes hujuſmodi damna eorum animalia tranſmittere nolebant, intèr cætera privilegia, & capitula dictæ Dohanæ, & Affidatis conceſſa, proſpicientes quod Dohanerii prædicti, cùm Camera bona fide contrahunt, quodque Affidati ſub fide publica, & clypeo ipſius Cameræ ad dictam Dohanam, undique concurrunt, & debitum Dohanæ perſolvunt, mandaverint, & ordinaverint omnibus, & ſingulis Communitatibus, Populis, Univerſitatibus, Comitibus, Dominis, Baronibus, Nobilibus, particularibuſque perſonis præſentibus, & futuris S.R.E. mediatè, vèl immediatè ſubjectis, & tàm intrà dictæ Dohanæ provincias, quàm extrà eas exiſtentibus, cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vèl conditionis, aùt dignitatis eſſent, clericis, & laicis, etiàm Capitulis, Collegiis, & quibuſvis aliis Univerſitatibus, quatenùs ex tùnc de cætero, prætextu alicujus prætenſæ conſuetudinis, præſciptionis, non uſus, ſeù quavis alia ratione, vèl cauſa dictis pro tempore Dohaneriis fidam, prò quibuſvis eorum animalibus etiàm provincialibus, & porcinis in alienis paſcuis paſcentibus minimè ſolvere recuſarent, sèd illam ſolvere tenerentur omninò, & quatenùs etiam, ex tùnc de cætero, ſub prętenſę conſuetudinis, vèl alia quavis ratione, occaſione, vèl cauſa, directè, vèl indirectè, conducentibus hujuſmodi animalia ad paſcendum sùb fide in Dohanam prædictam, damnum, moleſtiam, aùt quodvis aliud impedimentum in perſonis, animalibus, rebus, & bonis eorum in veniendo, ſtando, & redeundo, nullatenùs inferre auderent, aùt præſumerent, sed hujuſmodi animalia conducentes benignè reciperent, & benevolè pertractarent, ſinèque injuria, vèl alio prorsùs impedimento reali, perſonali, abſquè aliqua ſolutione alicujus gabellæ, paſſagii, oneris, & corteſiæ, per eorum loca, & tenimenta liberè tranſire, & immunes per triduum in quolibèt territorio, in ipſo eorum itinere, permanere, ſeù moram trahere permitterent, sùb refectionis omnium, & ſingulorum damnorum, expenſarum, & intereſſe dictis Dohaneriis, ac partibus læſis reſpectivè reficiendis, ac excommunicationis, interdidicti, & 500. duc. aur. de Camera ipſo facto incurren., & reſpectivè Cameræ Apoſtolicæ applicandis pœnis, supèr præmiſſis etiàm certum Commiſſarium deputandum, cùm facultate, etiàm per viam repræſaliarum, contrà delinquentes hujuſmodi, & eorum Communitates procedendi, & pœnas exigendi, Mandando omnibus, & ſingulis Legatis, Gubernatoribus, Poteſtatibus, cæteriſque juſtitiæ miniſtris, & executoribus, necnòn Baronibus, & Ductoribus gentium armorum, quatenùs prædictis Dohaneriis, & Affidatis in præmiſſis omnibus opportunè faverent, ac executionem realitèr, & perſonalitèr in recuſantes, & contravenientes reſpectivè facerent, Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, etiàm in provincialibus, privilegiis, indultis, conſuetudinibus, quomodocunquè, & qualitercunquè introductis, cæteriſque contra-

AFFIDATI, ET FIDA.

Quoad fidę ſolutionem, & Affidatorum Privilegia.

Affidatoſque conducentes animalia in Dohanā nullo pacto etiam moleſtari, aut aliquid ab eis exigi poſſe.

AFFIDATI, ET FIDA.

Quoad fide ſolutionem, & Affidatorum Privilegia.

trariis non obſtantibus quibuſcunque.

Idem proviſum fuit per decreta Cameralia.

§.2. Et poſtremò etiàm per Cameram Apoſtolicam, ſupèr hujuſmodi indebitis moleſtiis, impedimentis, & angariis contrà formam eorum Fidæ eis illatis proviſum extiterit, & aliàs proùt latiùs in literis ſingulis tàm ſub plumbo, quàm per Breve prælibatorum Pii II., Pauli II., Innocentii VIII., Alexandri VI., Leonis X., Pauli III., & Julii III. prædeceſs. noſtror., ac patentibus Cameralibus, latiùs conſtat, & apparet.

Multi tamen contraveniebant conſtitutionib. & decretis præfatis.

§.3. Nihilominus quamplurimæ Communitates, & particulares homines in provinciis Dohanæ prædictæ ſubjectis, ſe ab hujuſmodi ſolutione Fidæ eximere, illamque excutere anhelantes, ac variis litibus, & tergiverſationibus Dohanam prædictam fatigare procurantes, etiàm uſquè in præſentem diem, Fidam hujuſmodi pro eorum quibuſcunque animalibus in alienis paſcuis paſcentibus ſolvere recuſant, & nonnulli alii iniquitatis filii, adhùc varias moleſtias, angarias, & gravamina in prædictis Affidatis inferre non ceſſant, ac adeò Communitates, Univerſitates, Duces, Comites, Barones, Domini, Poteſtates, Caſtellani, Gabellarii, paſſuum Cuſtodes, & aliæ privatæ perſonæ contrà dictos Affidatos inſoleſcunt, prohibendo paſcua, capiendo agnos, hœdos, ciavarros, caſtratos, & pecudes, pœnas pro prætenſis damnis, aliaque ab illis extorquendo, licèt indebitè, ac animalia, res, & bona deprædando, & deprædata occultando, & diverſimodè damnificando, perſonaſque offendendo, ùt ipſi Dohanerii in magna parte introitus Dohanæ prædictæ defraudentur, & ipſi affidati meritò, niſi de opportuno remedio provideatur, cùm eorum animalibus ad ipſam Dohanam accedere pertimeſcant, ſicquè prædictæ Cameræ introitus diminuuntur.

§.4. Nos itaquè attendentes æquum eſſe, ùt prædictis Dohaneriis, & Affidatis, qui proptereà cenſum conventum, ac debitum Dohanæ perſolvunt, capitula, inſtrumenta, conventiones, exigentia, privilegia, & immunitates, ac eorum Fidæ reſpectivè obſerventur, & in contrarium tentantes, ſi non virtutis amore, ſaltèm metu pœnæ, coerceantur; cupienteſque in præmiſſis opportunè providere, prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærendo.

Ideo hic Pontif. præfatas conſt. confirmat, & innovat.

§.5. Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Pii II., Pauli II., Innocentii VIII., Alexandri VI., Leonis X., Pauli III., & Julii III. literas Apoſtolicas, ac patentes, decreta, inſtrumenta, capitula, & declarationes Camerales, & in eis contenta quæcunque, & alia prædicta, de præmiſſis certam notitiam habentes, ac illorum omnium, & ſingulorum tenores pro expreſſis, & inſertis habentes, Apoſt. auctoritate tenore præſentium approbamus, confirmamus, & noſtræ, Sediſque Apoſt. auctoritatis munimine roboramus, & innovamus, ac de novo concedimus, ſupplentes, quatenùs opus ſit, omnes, & ſingulos tàm juris, quàm facti defectus, ſi qui forsàn in eiſdem interveniſſent.

Etiàm cum clauſula ſupplentes.

Declarat etiã quoſcunque teneri ad ſolutionem fidæ

§.6. Declarantes quòd non ſolùm forenſes, & qui extrà provincias Dohanæ prædictæ ſubjectas degunt, Fidam prædictam prælibatis Dohaneriis ſolvere teneantur, & obligati ſint, sèd etiàm omnes, & ſinguli provinciales in prædictis provinciis paſcuorum Urbis, campaniæ, maritimæ, & patrimonii quomodolibèt ſubjectis, tàm intrà ſtangam, quàm extrà ſtangam, & tàm ſi bullectam ſibi dari fecerint, quàm non, prò quibuſvis eorum animalibus etiàm porcis in paſcuis alienis paſcentibus, ità, & talitèr, quod nemo ſivè ſit Romanus, ſivè forenſis, ſivè diſtrictualis, vèl provincialis ex prædictis provinciis Dohanæ prædictæ ſubjectis, ſivè intrà ſtangam, ſivè extrà eam, ab hujuſmodi ſolutione fidæ, sùb quovis prætextu cujuſvis conſuetudinis, præſcriptionis, non uſus, permiſſionis, ſeù quavis alia ratione, occaſione, vèl cauſa (exceptis his, qui eorum privilegia, & immunitates in ſcriptis habent, & de illis in actis Cameræ Apoſtolicè legitimè docuerint) nullatenùs liber, & exemptus ſit, vèl cenſeatur, sèd ad illius ſolutionem, omni mora, & appellatione remota, cogi, & compelli valeat.

Quoad Cives Romanos habes ſpeciales Conſt. infr. la X. & XI.

Moleſtantibuſque dictos Affidatos pœnas hîc expreſſas imponit.

§.7. Et nihilominùs omnibus, & ſingulis Communitatibus, Univerſitatibus, Ducibus, Baronibus, Comitibus, Dominis, Caſtellanis, Vicariis, Poteſtatibus, Commiſſariis, Locatenentibus, Gabellariis, paſſuum Cuſtodibus, Bariſelis, Capitaneis, & aliis quibuſvis, etiàm privatis perſonis, cujuſcunque ſtatus, gradus, conditionis, dignitatis, honoris, & præeminentiæ exiſtant, etiàm ſi Cardinalatus dignitate præfulgeant, tàm clericis, quàm laicis, etiàm Capitulis, & aliis quibuſcunque sùb indignationis noſtræ, ac excommunicationis, interdicti, & mille duc. aur. Cameræ Apoſtolicæ applicandorum ipſo facto, inviolabilitèr, incurrendis pœnis, diſtrictiùs inhibendo, harum ſerie præcipimus, & mandamus, nè de cæterò audeant, vèl præſumant, contrà dictos Affidatos, ſeù eorum aliquem, vèl eorum paſtores, famulos, animalia, res, & bona, in veniendo ad ipſam Dohanam, ſtando, toto tempore eorum fidæ, & redeundo, damnum, moleſtiam, aùt quodvis aliud impedimentum, afferre, ſeù ſe quomodolibèt opponere, & quominùs juxtà præmiſſa paſcuis, cùm eorum animalibus, ac privilegiis, immunitatibus, & aliis præmiſſis, aliiſque in eorum fida contentis liberè uti, frui, & gaudere valeant, & præſertìm nè hædulos, agnos, ciavarros, caſtratos, pecudes, pecuniam, vèl quidquam aliud ab eis prætextu, vèl ratione paſſagii, gabellæ, pedagii, corteſiæ, ſeù quavis alia cauſa, & occaſione extorquere, petere, ſeù etiàm, ab ultrò dantibus accipere, quinimmò tutè, liberè, ac ſecurè abſquè aliqua moleſtia, injuria, vèl impedimento paſcere, tranſire, ire, & per triduum in quolibèt territorio, quandò ſunt in itinere, ſtare, pernoctare, ac redire, omninò faciant, & permittant, nèc pro damnis per eos datis toto tempore eorum fidæ quibuſvis provinciis, terris, & locis ſtatus eccleſiaſtici, etiàm propriis, ad aliquam pœnam, sèd tantùm ad damni emendam teneantur, excepto quandò in itinere per triduum in quolibèt territo-

rito-

ritorio pernoctari, & morari contigerit, quià tùnc, ad aliquam damni emendam, niſi in ſeminatis, vineis, & ſimilibus damnum dederint, nòn tenentur.

Executores deputat cum ampliſſimis facultatibus,

§.8. Et, ùt præmiſſa, faciliùs exequantur, & ipſi Dohanerii ampliùs litibus, & moleſtiis non fatigentur, & Affidati ſincero animo, & hilari mente, abſquè aliqua trepidatione, vèl timore ad ipſam Dohanam accedere, & in illa ſtare valeant, Dilectis filiis Præſidentibus Clericis noſtræ Cameræ Apoſtolicæ, tenore præſentium, committimus, & mandamus, ùt præmiſſa obſervent, & ab aliis ad unguèm obſervari faciant, & præſertìm Clerico Dohanarum Præſidenti, qui, unà cum moderno, & prò tempore exiſtenti Dohanerio de rebus ipſius Dohanæ informato præmiſſa omnia, & ſingula prædictis omnibus, & ſingulis, ac quibus opus fuerit, & eis viſum fuerit intiment, & intimari faciant, & quatenùs, aliqui culpabiles exiſtant, irremiſſibilitèr ad executionem dictarum pœnarum per dictum Dohanerium, necnòn Cameram Apoſtolicam, & Clericum pro tempore Præſidentem deputatum, ſeù deputandum ab ea, & alios quoſcunque Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Officiales, tàm conjunctìm, quàm diviſìm procedi volumus, etiàm per viam repræſaliarum, quas, ex nùnc etiàm, contrà Univerſitates, Communitates, & Dominos locorum, in quorum territorium damnum, moleſtiam, & impedimentum dari, & in præmiſſis delinqui, ſeù contrà præmiſſa quidquam fieri, vèl quomodolibèt attentari contingat, decernimus, & relaxamus.

Et quoad damna illata decernit credi debere medio juramento conducentib. animalia. Hoc idē voluit Jul. III. in d. ejus conſtit. la 7. ſupra.

§.9. Statuentes conducentibus ipſa animalia, quoad damna illata, agnoſque, ſeù alia animalia, pecuniarum ſumma, res, & bona eiſdem, ſivè eorum famulis, & paſtoribus ablata, illorumque exiſtimationem, & valorem, ac quantitatem, & qualitatem, & loca damnorum ſibi illatorum, & bonorum ablatorum, & nomina, perſonaſque auferentium, & inferentium medio juramento plenam ſidem adhiberi in judicio, & extrà.

Intimationēque faciendā uni ex Dominis, & Prioribus locorum, omnes ligare debere.

§.10. Ac volumus, quod intimatio de prædictis facienda, facta in perſonam Dominorum locorum etiàm domi dimiſſa copia, vèl in perſona alicujus ex Prioribus locorum, vèl Poteſtatis, vèl Maſſarii, aùt Vicarii, ſivè Caſtellani, Gabellarii, vèl Cuſtodis paſſuum, aùt dimiſſa copia collationata ad valvas loci, ſeù locorum, ubi homines congregari pro eorum negotiis publicis ſolent, perindè afficiat, ac ſi perſonalitèr omnibus, & quibuſcunque, & in pleno, & generali Conſilio intimata forent.

Mandat obſervari per Officiales, & obſervari facere ab aliis.

§.11. Mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ omnibus, & ſingulis Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Locatenentibus, Auditoribus, Vicariis, Poteſtatibus, cæteriſque juſtitiæ miniſtris quarumcunque Civitatum, Provinciarum, Terrarum, & locorum S. R. E. mediatè, vèl immediatè ſubjectis, ùt præmiſſa omnia obſervent, & ab aliis obſervari faciant, prædictiſque Dohanerio, & Affidatis, vèl in præmiſſis deputandis ab eo, faveant, & aſſiſtant, nèc ab aliquo eiſdem contraveniri impunè, permittant.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.12. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, etiàm provincialibus, ſtatutis juramento, ſeù quavis firmitate alia roboratis, privilegiis, conceſſionibus, conſuetudinibus, præſcriptionibus, uſibus, promiſſionibus, immunitatibus, & indultis, ac aliis, quæ etiàm in dictis literis Pii II., Pauli II., Innocentii VIII., Alexandri VI., Leonis X., Pauli III., & Julii III. prædeceſs. noſtror. decreta fuerunt, nòn obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Affidati, et Fida.

Quoad fidæ ſolutionem, & Affidatorum Privilegia.

Dat.

Dat. Romæ apud S. Petrum die 18. Februarii MDLXXVII., Pontif. noſt. An. V.

Cæ. Glorierius.

IX. CONSTITUTIO

GREGORII PP. XIII.

Confirmatio, Declaratio, & Ampliatio Conſtitutionum Apoſtolicarum ſupèr Dohana, & Paſcuis Patrimonii editarum.

GREG. Ep. Ser. Ser. Dei, Ad fut. rei mem.

Ed. an. Do. 1580. die 1. Februar. impreſſ. in bul. veter. la 69. pag. 1297. tom. 2.

Exordium.

ROMANUM decet Pontificem pòſt multiplices paſtoralis muneris ſui curas, ea minimè negligere, quæ ad proprietatem tuenda, & revocanda Cam. Apoſt. jura, pertinere noſcuntur, eademque opera præcavere, nè quid, vèl negligentia depereat, vèl fraude occupetur: ac etiàm conſulere, ùt, tàm Camera prædicta, quàm, qui cùm ea contrahunt, à noxis, quantùm poteſt, præſerventur.

Iſtorum Pontif. conſtitut. præter illam Inn. VIII. habes ſupra.

§.1. Cum igitur intèr alios ejuſdem Cameræ redditus, diverſis etiàm Rom. Curiæ Officialium Collegiis aſſignatos, illi ſint, qui ex noſtra Dohana Patrimonii percipiuntur, nèc ſolùm Officialium prædictorum, sèd ipſius Cameræ, quæ illis obligata exiſtit, magnoperè interſit eadem conſervari, ac quantùm honeſtè fieri poſſit augeri; Ac propterea fel. recor. Pius II., Paulus etiàm II., Sixtus IV., Innocentius VIII., Alexander VI., Julius III., & forsàn, alii Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, ac ipſa quoquè Camera editis conſtitutionibus, & literis multa, & varia privilegia, juriſdictiones, actiones, facultates, exemptiones, immunitates, & jura Dohaneriis dictæ Dohanæ, & Affidatis ejuſdem, præteritis temporibus, etiàm in vim contractus, & ex cauſa oneroſa conceſſerint, & intèr alia, quod de cætero omnes, & ſinguli Populi, Communitates, Univerſitates, Domicelli, Comites, alii Domini temporales, ac Nobiles, particulareſque perſonæ, necnon Eccleſiæ, Monaſteria, Hoſpitalia, Capitula, Collegia, aliaque religioſa, & pia loca quæcunque, ſub pœnis interdicti, & excommunicationis, ac mille ducatorum auri ipſi Cameræ applican., ne quidquam de paſcuis, poſſeſſionibus, tenutis, bannitis, & herbaticis ad ſe pertinentibus, & intrà limites Dohanæ prædictæ conſiſtentibus, alicui perſonæ, ſeù Communitati, vèl Univerſitati ullo modo vendere, vèl alienare, nève in eiſdem, aùt quodvis eorum aliquod animalium genus introducere, locumve certum paſcendi attribuere, & aſſignare (quod fidare dicitur) nec etiàm paſcua,

Fidare quid dicatur.

poſ-

AFFIDATI, ET FIDA.

Quoad ſide ſolutionem, & Affidatorum Privilegia.

Prohibitio ſimilis habetur ſuprà in Pii II. conſt. 2. pag. 1.

poſſeſſiones, tenutas, bannitas, & herbatica prædicta in toto, vèl in parte, per ſe, vèl alium, quovis quæſito colore ab aliis emere, aùt animalia in eiſdem habere auderent, ſinè Dohaneriorum pro tempore exiſtentium expreſſa licentia, ſed sùb eiſdem pœnis omnia, & ſingula paſcua, poſſeſſiones, bannitas, & herbatica bujuſmodi, Dohaneriis pro eadem Camera, ac in uſum, & utilitatem Dohanæ pro preciis, & conditionibus eiſdem literis expreſſis, ſeù aliis juſtis, & æqualibus vendere, & concedere deberent.

Hæc conſtitutio Inn. VIII. non eſt in Bullario, ſed eam vidiſſe apud Dohanerium teſtatur hic Laderchius.

§.2. Et propterea idem Innocentius Papa animadverſo, quod cum Dohana Provinciæ Patrimonii bujuſmodi ſuperioribus temporibus ampla eſſet, latèque pateret, acciderat, ùt uſurpationibus, & prætenſis conceſſionibus, ac tolerantia, negligentia, & incuria multorum ad anguſtiam, exiguitatemque eſſet redacta, in non modicam præfatæ Cameræ jacturam.

§.3. Idcircò volens illius indemnitati, ùt debebat, conſulere, ac jura ejuſdem recognoſci, & recuperari, quodam tùnc Dohanerio dictæ Provinciæ, proprio nomine expreſſo, dedit in mandatis, ùt omnes, & ſingulas tenutas, agros, ſivè territoria, quæ tempore piæ mem. Nicolai Papæ V. dicta Dohana debebat, ejuſque dominio, & juriſdictioni ſuberant, ac per Dohanerios illius temporis regi, & gubernari, ſivè de eis diſponi conſueverat, in pristinum, & eo, in quo erant tùnc, ſtatum reſtituere, & sùb ejus, aliorumque Dohaneriorum, pro tempore, exiſtentium regimine, diſpoſitione, & gubernio pro eadem Camera, intrà ſpatium octo dierum, à præſentatione ſuarum literarum, deſupèr confectarum, ipſi tùnc Dohanerio, facienda, computandorum, recipere, & reducere curaret, amoto indè, quolibèt illicito detentore, & ſi qui in præfatis tenutis, agris, & territoriis jus, & intereſſe prætenderent, eos moneret, ùt intrà ſimilem terminum octo dierum, comparerent cum ſuis juribus coram Præſidentibus ejuſdem Cameræ, recepturi deſuper juſtitiæ complementum.

Hæc Conſtitutio eſt præcedens.

§.4. Cumquè deindè omnia privilegia, ſtatuta, juriſdictiones, jura, actiones, facultates, exemptiones, & immunitates, & litteras in favorem dictæ Dohanæ, illiuſque conductorum, & perſonarum, anteà factas, & emanatas, cùm omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, & decretis, Sub dat. videlicèt duodecimo Kal. Martii, Pont. Noſt. an. V., approbaverimus, & confirmaverimus, & nihilominùs complures Communitates, & alii ex prænominatis, ac particulares perſonæ, quæ intrà limites, & loca Dohanæ præfatæ paſcua, poſſeſſiones, tenutas, bannitas, & herbatica habent, & poſſident, vèl detinent, ſe à præmiſſis Cameræ juribus, & privilegiis Dohanæ prædictæ conceſſis, eximere, & ſubtrahere quærentes, & eandem Cameram, illiuſque Dohanerios deſupèr diverſimodè impedientes, & moleſtantes, eo prætextu, quod dictorum prædeceſſorum litteræ vim legis, ſeù conſtitutionis perpetuæ non habuerint, nec habeant, ſeù quòd nunquàm in uſu fuerint, aùt jàm eſſe deſierint, quodque ipſi notitiam illarum, nunquàm habuerint, & quod expreſsè in eiſdem Conſtitutionibus, & literis nominati non fuerint, ſicque his, & aliis ſubterfugiis, & cavillationibus, Cameram, & illius Dohanerium præfatos, in dies litibus fatigare conati ſunt, & conantur, in maximum Cameræ præfatæ præjudicium.

Papa providere intendit abuſibus.

§.5. Idcircò, nos, quantùm cùm Deo poſſumus, Dohanæ præfatæ manutentioni, Officialiumque, & Cameræ Apoſtolicæ indemnitati providere, & præmiſſa, ac alia dubia quæcunque de medio tollere, & tàm eorum, qui nùnc ſunt, quàm, qui, prò tempore erunt, ejuſdem Dohanæ Dohaneriorum quieti conſulere, aliiſque præmiſſis opportunum remedium adhibere cupientes, graviſſimis etiàm rationibus moti, & intèr alias, quod dicta Camera dùm animalia, intrà limites Dohanæ bujuſmodi venientia fidat, omni gabellæ paſſus, & cujuſlibèt alterius oneris ſolutione ea liberat, àc per totam Romanæ Eccleſiæ ditionem tutò venire ſtare, & redire facit, atquè in privatis, & publicis locis uſum herbarum pro itineris neceſſitate ſecurum præſtat, idquè magna cùm ipſius impenſa, & Miniſtrorum ei rei ſervientium cura, opera, & labore, àc littereà quod triplo major animalium numerus ad ipſos Dohanæ limites veniat, quàm veniret ſi hæc ipſa commoda deeſſent, quo ſit, ùt Domini longè majores mercedes, & precia ex ſuis poſſeſſionibus tenutis, & paſcuis accipiant.

Affidatorum Privilegia refert.

Papæ Proviſio

§.6. Quibus, àc aliis rationibus, & cauſis æquum, maximè videtur, ùt, qui ab ipſa Camera tot commoda conſequuntur, eidem non nihil etiàm utilitatis, & ſubſidii rependant, quo meliùs onera prædicta ſuſtineri poſſint, tantò magis cùm hæc omnia, non ſolùm ad ipſius Cameræ, & Romanæ Curiæ Officialium, sèd etiàm ad totius ſtatus eccleſiaſtici, ac publicam omnium nationum in Urbe degentium, cedant utilitatem.

Confirmat conſtitution. Apoſtolicas editas ſupèr Dohana & paſcuis patrimonii.

§.7. De apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, certaque ſcientia noſtra, etiàm prædeceſſorum noſtrorum prædictorum veſtigiis inhærendo, eaſdem Pii, Pauli, Sixti, Innocentii, Alexandri, & Julii, cæterorumque omnium prædeceſſorum noſtrorum, necnòn Cameræ prædictorum conſtitutiones ſupèr præmiſſis, & illorum occaſione, vèl cauſa quomodolibèt editas, ac earum ſingulas, & deſupèr confectas literas, ac in eis contenta quæcunque, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro ſufficientèr expreſſis, habentes, cùm omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, & decretis, tenore præſentium, approbamus, confirmamus, & innovamus, àc ab omnibus, & quibuſcunque Communitatibus, Populis, Univerſitatibus, Domicellis, Comitibus, Dominis, Nobilibus, & particularibus perſonis cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vèl præeminentiæ Eccleſiaſticæ, vèl laicalis fuerint, & ſint, etiàm ſi Cardinalatus honore, ſeù Ducali, vèl etiàm majori dignitate, & auctoritate præfulſerint, & præfulgeant, necnòn Eccleſiis, Monaſteriis, Hoſpitalibus, Capitulis, Collegiis, Religioſis, & piis locis prædictis, nullis prorsùs exceptis,

etiàm

etiàm quoad quaſcunque venditiones, alienationeſve dictarum poſſeſſionum, tenutarum, & aliorum locorum prædictorum, aùt alicujus partis illorum, tùm reſpectu proprietatis, quàm utilis dominii inviolabilitèr obſervari debere, volumus, & mandamus.

Et declarat illas habuiſſe vim legis.

§.8. Declarantes illa omnia perpetua fuiſſe, eſſe, & fore, vimque & robur perpetuarum legum obtinuiſſe, & obtinere, & ſic omnes, & ſingulos præteritos, præſentes, & futuros quoslibèt dominos paſcuorum, poſſeſſionum, tenutarum, caſalium, bannitarum, & herbaticorum, infrà deſcriptorum, ac aliorum quorumcunque intrà limites dictæ Dohanæ exiſtentium, etiàm ſi cenſuaria, vèl feudalia, aùt aliàs quomodolibèt Cameræ prædictæ, ſeù Romanæ, vèl alteri Eccleſiæ, Monaſterio, Hoſpitali, vèl alij cuicunque pio, vel religioſo loco ſubjecta, & obligata fuerint, & ſint, in eiſdem comprehenſos fuiſſe, & eſſe, àc fore omni, & quacunque appellatione, reclamatione, ſeù recurſu, penitùs, & omninò, remotis.

Declaratio limitum, & cófinium Dohanæ Provinciæ Patrimonii.

§.9. Et nihilominùs omne, prorsùs, dubium, ac lites, quæ oriri poſſent, extinguere volentes, de poteſtate, & ſcientia prædictis perpetuò ſtatuimus, decernimus, & declaramus, omnia, & ſingula paſcua, poſſeſſiones, tenutas, Caſalia, bannitas, & herbatica prædicta, & infrà nominatim deſcripta, ac omnia, & quæcunque alia, intrà dictos limites exiſtentia, perpetuò fuiſſe, & eſſe, ac fore de comprehenſis intrà limites dictæ Dohanæ, & sic vigore Conſtitutionum, & literarum prædictarum fuiſſe, foreque, & eſſe illi, ùt ſuprà, obnoxia, & obligata, nempè in Territorio Cornetano, tenutas dictas Pian di S.Matteo, la Pietrara, Monteviccio, Bannitella, Montequagliere, li Bagnuoli, Fontana della Torre, la Roccaccia, Forca di Palma, la Selvaccia, Bulignano, la Fucina, Montecempoli, Pian di Spillo, Vicarano, Partano, tenuta Alexandri de Attis, Doganella di qua dal Migone, il Terzuolo di Aleſſandro Vitelleſcho, Santa Maria del Migone, Montiſcianella, ſancta Anſinella: in Territorio verò Terræ Bledæ, tenutas vulgaritèr nuncupatas il Terzuolo, il Pontone delle vigne, Pian gagliardo, li Piani; in Territorio autèm Barbarani, tenutas nuncupatas le Giunte, le Corqueta, le Caſaline, le Cannuccie: In Territorio Terræ Capranicæ, la Prata di Capranica: In Territorio Vetrallæ, tenutas vulgaritèr nuncupatas, Capoacqua, Montecalvo, Montefogliano: In Territorio Civitellæ Cæſis, tenutas nuncupatas, le Riverſe del Mignone, la Vaccaroccia, la Bannitella, Montegroſſo, Montecaſella, Poggio delle Fratte, le Croqualeta Chiuſia de chiuſia, Civitella Ugolini, de Anguillaria de Sutrio, Tenutas Georgii de Sanctacruce, vulgaritèr nuncupatas, Valditroia, le Grete, Fronte alloro, il Quarto di San Pietro, le Pantane; in Territorio Viterbien. tènutas vulgaritèr nuncupatas, il Piano di Mogognano, Monteliano, Petrignano, Caſtel Cardinale: In Territorio Suriani, la Selva di Suriano, Tenutas Hoſpitalis Sancti Spiritus in Saxia de Urbe, vulgaritèr nuncupatas, Campo Maggiore, la Selvotta, Bannitella delle Larghe, Santa Pupa, Monteſaſſano, Santa Marinella, Pian di San Lorenzo, Carcari, il Pian di S. Severa, S.Anſina, le Pietricelle, Lajola, Conventus S. Mariæ de Quercu Viterb. le Prata: Terræ Baſſiani de Sutrio nuncupatæ: In Territorio Sutrino, li Quattro quarti de la Communità de Sutri nuncupati Caſale, & Conventus S. Mariæ in Gradi Viterbien., Uſum Civitatis Caſtellanæ, Uſum Burghetti, In Territorio Tuſcanellæ, tenutas, vulgaritèr nuncupatas, & ad commune receptaculum animalium venientium ad utramque Dohanam, proùt per litteras Pii II., sùb Dat. Romæ, An. MCCCCLXI., Non. Januarii An. ejus IV., & per litteras patentes Camerales sùb Dat. Romæ An. MCCCCLXXXI., tempore Pontificatus dicti Papæ Quarti, Anno ejus Undecimo, die undecima Menſis Septembris, deputatas, & obligatas, ſcilicèt Campovillano, Pian di San Lazaro, Pian di San Giuſto, Valle Guidone, Communella, Petrella, Pontone di Pian di Vico, Pantalla, Formicone, nùnc Sfortiæ de Martha, Fonte de Ficuna ejuſdem Sfortiæ, la Sugarella equitis Thomaſii de Ancona, Sanctus Julianus Menſæ Epiſcopalis Tuſcanen. Sanctus Petrus Ruttus; In Territorio Montis Faliſci, tenutas, vulgaritèr nuncupatas, il Fuſerbo, la Bannita de prati, la Riguardata, la Selva di San Giovanni: In Territorio Balneoregien. tenutas, vulgaritèr nuncupatas, le Carbonare, Ficuale, Contulla, Selva della rocca del veccio, Selva di Calleno, Selva di Caſtel di Piero, Caſtel vecchio de Mugnano, Selva Bonmartii, Pian della Colonna, Pian de le Troſcie, Pian de la nave di Viano: In Territorio Montiſalti tenutas dictæ Communitatis, vulgaritèr nuncupatas, la Bannitella, la Macchia: In Territorio Vitorchiani, Bannitellam Vitorchiani, Planum della Colonna, Montaneam Suriani, Silvam Canapinæ; In Territorio Tulphæ, tenutas dictæ Communitatis, vulgaritèr nuucupatas, il Piano delle Ciſterne, le Prata, il Pian del ſanto, il Poggio de la ſtella, necnòn tenutas, Fabii de Sancta Cruce, vulgaritèr nuncupatas, il Pereto, Rota poggio, Seccareccio, Radicata, Grotte ſalara, Campetto, Pizzotufo de Montarano; Itèm omnes tenutas Cameræ Apoſtolicæ, nùnc per Dohanerium poſſeſſas, vulgaritèr nuncupatas, Montebello, Monteromano, la Tarquiuia, la Carcarella, San Salvatore, Orchi Sanſavino, Poggio Martino, Mignattara, & Paglietto, Pian d'Arcione di ſopra, & Pian d'Arcione di ſotto, nupèr per nos, & Cameram noſtram à dilecto filio Paride de Philippenſis emptam, Campomorto, Terzo di mezo, Santo Agoſtino, Peſcia da pecore, Peſcia da Vacche, Sanſalvatore Sancti Petri de Urbe, uſum Territorii Civitatis Vetulæ, Ferrara da vacche, Ferrara da pecore, Rocchette, Fontana Anverſa, il Quarticciolo, il Maragone, Prato Cipo'loſo, Chiaruccia, Camporoſſo, Caſtrica, Caſtel ſecco, Pietra arrotatoro, Montecupellaro, Caſa'e Freddara, & Freddatoria, Valle Cardoſa, Monte Santa Catarina, Fontana de la corte, Salciata Spaglioſo, Campolongo,

Affidati, et Fida.

Quoad fide ſolutionem, & Affidatorum Privilegia.

Affidati, et Fida,

Quoad fide ſolutionem, & Affidatorum Privilegia.

longo, le Granciale, Colle di mezzo, Pantanelle, Sconfitta, Monte Acquatoſta, Vallecionco à Valle Accetta, e Monte Accettina, li Maniconi: In Territorio Civitatis vetulæ, tenutam ſeù bannitam, vulgaritèr nuncupatam Cerquignani delli Argenti, necnòn totam integram tenutam de Cincellis cum omnibus, & ſingulis membris, adjacentiis, & pertinentiis ſuis, ac alias quaſcunque tenutas, bannitas, caſalia, paſcua herbatica, infrà limites prædictæ Dohanæ exiſtentia: Ac etiàm

Declaratio circa ſementas, & alienationes poſſeſſionum exiſtentiū intra dictos limites Dohanæ.

declarantes, quòd ſi qui ex Dominis paſcuorum, poſſeſſionum, tenutarum, bannitarum, & herbaticorum prædictorum in eis, per ſe, vèl alios ſementem facere voluerint, id eis tantùm liceat in propriis tenutis, & pro quarta, ſeù dimidia duntaxàt parte, cujuſlibèt tenutæ ſingulis annis, & non ultrà, niſi cum expreſſa licentia Dohaneriorum, pro tempore exiſtentium, in ſcriptis obtenta, àc etiàm quod ſi iidem Domini paſcuorum, & tenutarum bujuſmodi dominium, ac proprietatem, juraque ſua vendere, & alienare, & quovis modo à ſe abdicare voluerint, id priùs eidem Cameræ notificare teneantur, quæ quidèm omnibus aliis pari conditione debeat anteferri.

Venditiones, & locationes factæ contra tenorem præſentiū nullæ ſint.

§.10. Quodque tàm venditiones, & alienationes, quàm quævis locationes ſi contrà præſentium tenorem eas fieri contingat, nullæ ſint & invalidæ, sèd in favorem Cameræ ipſa volente ſemper factæ, & firmæ cenſeantur.

Decretum irritans.

§.11. Volentes quoque omnia, & ſingula in dictis, & aliis prædeceſſorum noſtrorum literis per nos, & aliàs, ùt præmittitur confirmatis, approbatis, & innovatis, & in eiſdem noſtris contenta, & narrata perpetuis futuris temporibus ab omnibus, & ſingulis Dominis, & quolibèt ipſorum, ac aliis, quos præmiſſa, aùt eorum aliqua quomodolibèt concernunt, ſeù concernere poterunt in futurum, sùb prædictis ipſo facto incurrendis, & applicandis pœnis omninò, & inviolabilitèr obſervari, ac decernentes, ità per quoſcunque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate munitos, etiàm cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, àc Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, in quavis alitèr judicandi, & interpretandi facultate, ubiquè judicari, & deffiniri debere, necnòn irritum, & inane, quicquid ſecùs, supèr his à quoquam quavis auctoritate ſcientèr, vèl ignorantèr contigerit, attentari.

Clauſulæ derogativæ.

§.12. Non obſtantibus præmiſſis, & de jure quæſito non tollendo, aliiſque Conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, necnòn ſtatutis, & conſuetudinibus etiàm immemorabilibus, juramento, Confirmatione Apoſtolica, vèl quavis firmitate alia roboratis, ac quacunque præſcriptione, etiàm immemorabili, contractibus, quoquè, inveſtituris, conceſſionibus, pactis, & conventionibus, necnòn privilegiis, indultis, & literis apoſtolicis quibuſvis perſonis quacunque dignitate præditis, Communitatibuſque, & Univerſitatibus, ac aliis prædictis per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & Sedem prædictam ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac etiàm derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus, efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnòn irritantibus, & aliis decretis qnomodocunquè, ac quotieſcunque, etiàm conſiſtorialitèr conceſſis, confirmatis, & innovatis, concedendis, confirmandis, & innovandis; Quibus omnibus, ac ſtylo, uſu, conſuetudine, non uſu, & aliis præmiſſis, etiàm ſi pro eorum ſufficienti derogatione de eis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeù quævis alia expreſſio, & exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi ac ſi ad verbum, & forma in illis tradita obſervata infererentur, præſentibus pro plenè, & ſufficientèr expreſſis habentes de ſimili poteſtatis plenitudine ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, necnòn omnibus aliis quæ iidem prædeceſſores noſtri in dictis eorum literis voluerunt non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcunque.

§.13. Quæ omnia nolumus cuiquam, adversùs præmiſſa, in aliquo ſuffragari.

Formà, & effectus publicationis.

§.14. Volumus autèm, nè quiſquam præſentium ignorantiam excuſare poſſit, illas valvis Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ac Cancellariæ, & Cameræ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ, ubi publicabuntur, de more appendi, eiſque detractis, ipſarum exempla etiàm impreſſa eis in locis relinqui, jubentes, etiàm, ùt illæ ſtatim hic in Urbe, extra verò eam, ubiqùe locorum intrà limites Dohanæ prædictæ, ac totius Status Eccleſiaſtici intrà quindecim dies, poſtquàm ſi publicatæ, appenſæ, & relictæ fuerint, quoſcunque Dominos, & loca religioſa, ex prædictis, & quemlibèt ipſorum, perindè arctent, atquè afficiant, ac ſi eis ſingulis perſonalitèr, & legitimè, ac in propriis locis intimatæ fuiſſent;

Sanctio pœnalis.

§.15. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc pagiuam noſtræ declarationis infringere, vèl ei auſu temerario contraire. Si quis autèm hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat.

Dat. Romæ apud S. Petrum, àn. Dom. MDLXXX. Kal. Febr. Pont. noſt. ann. IX.

Mãdatum de obſervando præfatas Conſtit. editas ſuper Fida.

Mandatum de obſervando prefatas Conſtitutiones editas ſuper Fida, & Affidatis anno 1723. ad inſtantiam Dominorum Nicolai Renzoli, & Franciſci Zagaroli Generalium Appaltatorum Dohanæ Provinciç Patrimonii per Acta Franceſchini Secretarii Camerç expeditum fuit ab Eminentiſs., & Reverendiſs. D. Annibale Albano Tituli S. Clementis Preſbytero S. R. E. Cardinali Camerario, quod typis demandatum fuit per Impreſſorem Cameralem.

X. CON-

X. CONSTITUTIO
INNOCENTII PP. VIII.

Cives Romani non originarii tenentur ad ſolvendum Fidam Dohanæ Patrimonii, ſicut forenſes.

Confirmatur, & ampliatur per Jul. III., ut in ſeq. necnon a Clem. X. per Chirograph. die 12. Aprilis 1672. reg. lib. Chirogr. d. an. pag. 99. quod hic non habes.

Impr. in bull. veter. la 15. pag. 133. to. 1.

INNOC. Epiſ. Serv. Se. Dei, Ad per. rei mem.

Exordium.

CUM ſæpè contingat nonnullos advenas, & exteros, ſivè forenſes affectare, quærere, & impetrare non abſquè favoribus, & interceſſionibus, civilitatem, & municipium Urbis, & Cives Romanos fieri, cupiditate quadam, ut ſub civilitatis prætextu, à jure Dohanæ ex eorum animalium Cameræ Apoſtolicæ debito immunes fiant, & ut tanquàm Cives, & non tanquàm forenſens ſolvere teneantur, in grave dictæ Cameræ præjudicium.

Cives ex Privilegio nõ ſūt exempti à ſolutione Fidæ.

§. 1. Supèr his igitur providere intendentes, ſtatuimus, & decernimus per præſentes, ut omnes, & ſinguli cujuſcumque ſtatus, gradus, dignitatis, & conditionis fuerint, qui Cives Romani fient, & ad jura civitatis, & municipii ipſius Urbis, licet ritè, & rectè ex nunc in anteà ſuſcipientur, quamùis dicto jure civilitatis gaudere cenſeantur, nihilominùs teneantur, & debeant integrè perſolvere omnia jura debita ex Dohana Urbis dictæ Cameræ Apoſtolicæ ex ipſorum animalibus quibuſcunque, proùt cæteri forenſes, ac exteri ſolvunt, ac ſolvere tenentur, & obligantur.

Decretum irritans.

§. 2. Decernentes ex nùnc irritum, & inane, quicquid per eos, ſivè per alios, quacunque auctoritate fungentes, in contrarium hactenùs factum ſivè decretum ſit, aut in poſterùm ſcientèr vel ignorantèr fieri, ſivè decerni contigerit.

Clauſulæ derogatoriæ.

§. 3. Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, decretis, privilegiis, & conſuetudinibus dictæ Urbis, Apoſtolica, vel aliâ quâvis auctoritate vallatis, cæteriſque contrariis, non obſtantibus quibuſcunque.

Mandat obſervari, & regiſtrari.

§. 4. Volentes, & mandantes ordinationem, decretum, & mandatum noſtrum hujuſmodi, perpetuò obſervari, ac in libris publicis Statutorum Cameræ Urbis, & ipſius Dohanæ ac Cameræ Apoſtolicæ, ad futuram rei memoriam regiſtrari.

Hæc Conſtit. regiſtrata eſt in lib. Statut. Dohanæ f. 19.

Placet & ita mandamus I.

XI. CONSTITUTIO
JULII PP. III.

Confirmatio, & ampliatio præcedentis Conſtit. Innoc. VIII.

Impreſ. in bul. veter. la 58. pag. 562. to. 1.

JULIUS Epiſ. Ser. Serv. Dei, Ad per. rei mem.

Motu proprio &c.

Exordium.

CUM intèr alios Cameræ apoſtolicæ redditus, diverſis etiàm Romanæ curiæ Officialium Collegiis, ſint annui redditus, qui ex Dohana Patrimonii, vulgaritèr nuncupata, percipiuntur, conveniatque non ſolùm pro officialium prædictorum, ſed etiam pro ipſius Cameræ, quæ officialibus prædictis obligata exiſtit, intereſſe, redditus hujuſmodi, non ſolùm manuteneri, ſed etiàm pro poſſe augeri.

Affidati, et Fida.

Quoad de... [illegible] Privilegiorum.

Innoc. VIII. cujus Conſt. habes in præceden. ſtatuit, ut Cives ex privilegio nõ eſſent exempti à ſolutione fidæ.

§. 1. Et licèt intèr alias tenutas in pertinentiis patrimonii exiſtentes ad diverſas perſonas, Collegia, Univerſitates, Eccleſias, & loca pia ſpectantes uſui dictæ Dohanæ, ex cujus proventibus earundem tenutarum Dominis certæ annuæ pecuniarum ſummæ ſolvi conſueverunt, fuerit, & ſit quædam tenuta, vulgaritèr nuncupata Montis Romani, & pro mamanutentione dictæ Dohanæ fel. rec. Innocen. PP. VIII. prædeceſſor noſter, ad obviandum fraudibus, quæ plerùmquè in præjudicium Dohanæ prædictæ fiebant, ſtatuerit, & ordinaverit, quod omnes per privilegium, ſeù alias quomodolibèt facti Romani Cives, non obſtante acquiſita Civilitate hujuſmodi, & illius privilegiis, nihilominùs ad ſolvendum conſuetum Dohanæ prædictæ obligarentur, & licèt etiàm inſupèr ſecundum decretum alias in plena Camera factum pro vervecibus, Caſtratis nuncupatis, qui ultrà duos menſes, intrà ejuſdem Dohanæ pertinentiis permanſerint, eidem Dohanæ debitum ſit perſolvendum, nihilominùs non deſunt, qui in dies Dohaueriis, & agentibus Dohanæ prædictæ, in præmiſſis ſe opponere, eoſque impedire ſatagant.

Papa hic omnes lites ſupèr præmiſſis, revocat, & extinguit.

§. 2. Nos igitur pro Officialium, & Cameræ præfatæ indemnitate, modernorumque, & qui erunt pro tempore ejuſdem Dohanę Dohaneriorum quiete oppoſitiones, & impedimenta hujuſmodi penitùs removere, & tollere volentes, Motu ſimili &c. omnes, & quaſcunque lites, & cauſas ſuper præmiſſis, & quolibet præmiſſorum inter Dohanerios, ſeù etiam Cameram præfatam ex una, & quoſcunque alios ex altera parte, forſan pendentes ad nos advocamus, & penitùs extinguimus, partibuſque ipſis deſuper perpetuum ſilentium imponimus.

Mandat nil de cætero innovavi in dictis tenutis.

§. 3. Volumuſque, ſtatuimus, & ordinamus, quod de cætero in perpetuum omnes illæ tenutæ, quæ fuerint uſui dictæ Dohanæ, ut præfertur, deputatæ, eiſdem modo, & forma permanere, & perſeverare, nec ab illorum dominis deſupèr quicquam innovari, aut pluſquàm ſit eos per Dohanerios ſolvi conſuetum, peti poſſit. Quodque circà exemptionem Civium Romanorum non originariorum, & circà ſolutionem debiti Dohanæ præfatæ ordinatio Innocent. prædeceſſoris, & decretum Camerale prædictum reſpectivè inviolabiliter obſervari debeat.

De Tenutis comprehenſis in Dohana vide declarationem ſuprà in Conſt. Gregorii. Romanum docet la 9.

§. 4. Mandantes dilectis filiis Guidoni Aſchanio ſancti Euſtachii Diacono ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali Camerario noſtro, & Theſaurario generali, Pręſidentibuſque & Clericis Cameræ, ut præmiſſa obſervent, & ab aliis inviolabiliter obſervari faciant, & mandent.

Confirmat d. Conſt. Innoc. VIII. quod Cives non originarii ſolvant ſicut forenſes.

§. 5. Præſenteſque quarum ſolam ſignaturam, Regula contraria non obſtante, ſufficere,

Sola pręſentis Signatura ſufficiat.

Digitized by Google

cere, & ubiquè in judicio, & extrà fidem facere, volumus, de ſubreptionis, obreptionis, intentionis noſtræ defectu, ſeu alio vitio infringi, notari, & redargui nullatenùs poſſe.

Quoad declarationē Privilegiorum.

§. 6. Sicque per prænominatos, & alios quoſcunque Judices, quacunque præfulgeant dignitate, & auctoritate fungantur, etiam ſacri noſtri palatii apoſtolici cauſarum Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam de latere Legatos ſublata &c. ac irritum, & inane &c. judicari, & interpretari debere decernimus, Præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, privilegiis quoque, indultis, ac literis apoſtolicis, tam ſub plumbo, quam per breve, ſub quibuſvis verborum expreſſionibus, & aliis quantumcunque fortiſſimis, & inſolitis derogatoriarum derogatoriis, irritantibuſque, & aliis decretis illorum, ac præmiſſorum, & aliorum omnium & ſingulorum, ſic forſan latius generalitèr, vel ſpecialitèr de neceſſitate exprimendis, tenores, perindè, ac ſi ſpecifica individua mentio, ac de verbo ad verbum expreſſio facta foret, non per clauſulas generales idem importantes, pro plenè, & ſufficientèr expreſſis, & ſupradictis, Cæteriſque in contrarium facien. non obſtantibus quibuſcunque, cum clauſulis opportunis, & conſuetis.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

Clauſulæ derogatoriæ.

Hæc Conſtit. eſt regiſtratà in lib. Statut. Dohanæ f. 58.

Placet Motu proprio. I,

XII. CONSTITUTIO INNOCENTII PP. XII.

Ed. an. Dom. 1692. die 10. Auguſti impreſ. in bul. ſuarum Conſtit. decr. 62. pag. 227. Et penes Choel. impreſſ. Coloniæ in collect. in fin., & in noviſſimo magno Bullario impr. Luxemburghi Decr. 74. pag. 276. tom. 7.

DECRETUM

Congregationis Particularis ſuper Obſervatione, & Declaratione Privilegiorum Affidæ.

§. 1. LIcet in Decretis Sacræ Congregationis ſupèr Reformatione editis tempore ſa. me. Urbani VIII., & confirmatis per ſa. me. Innoc. XI. in ejus Conſtitut. incipien. Decet Romanum Pontificem, intèr cætera ſancitum fuerit, quòd quibuſcumque ſolventibus Fidam groſſam, habentibus tamèn requiſita neceſſaria, ſerventur ſolitæ Inhibitiones, omnibus verò aliis, Fidæ Inhibitiones non ſuffragentur, niſi reſpectu rerum Fidam concernentium: Nihilominùs quià contrà, ſeù prætèr intellectum eorumdem Decretorum, ac Privilegiorum Affidæ, plures irrepſerunt abuſus, nimis adminiſtrationi Juſtitiæ, ac felici regimini præjudiciales; Congregatio Particularis, ut infrà, à Sanctiſſimo D. N. INNOCENTIO. Divinà providentià Papa XII. deputata, & approbata, re maturè diſcuſſa, & auditis intereſſe habentibus declaravit.

Urban. VIII. & Innoc. XI. declararunt fidam, & inhibitiones Affidatorum ſuffragari tantū in rebus fidæ, quas Conſtit. habet inf a inter edictas pro bono Regimine.

§. 2. Quòd ſolventibus Fidam groſſam (habentibus tamen, ùt ſuprà, requiſita neceſſaria) Privilegium Fori ſuffragetur dumtaxàt quò ad executionem perſonalem, ipſaſque res, ſeu bona affidata, & tantummodò in Cauſis, ac negotiis quomodocumquè, & qualitercumquè eamdem Fidam concernentibus, vèl ab ea dependentibus, & non in aliis.

Pontifex hic declarat in quibus inhibitiones ſuffragentur ſolventibus fidam groſſam.

§. 3. Solventibus verò Fidam parvam, proùt ſunt Affidati Urbis Romæ, Latii, Sabinæ, ac Maritimæ, & Campaniæ, idem fori Privilegium, & Inhibitiones ſuffragentur pariter quòad res affidatas tantùm, & in Cauſis (ut ſuprà) Fidam quomodocumquè concernentibus; Quò verò ad perſonas, nullo modo idem Privilegium, vel Inhibitiones juvent, niſi ex profeſſo, ſeù principaliter incumbant ſervitio Gregis, & Animalium affidatorum.

Et in quibus ſolven. Fidam parvam.

§. 4. Rursùs declaratum fuit, quòd Privilegium Affidatorum ſolventium, tàm Fidam groſſam, quàm parvam veniendo, ſtando, & redeundo durent, & durare debeant, durante ipſa Fida, nempè uſquequò permanſerint ad depaſcendum cùm eorum Animalibus, intrà Stangam, ſeù Dohanam, ac ulteriùs per tres dies poſtquàm reverſi fuerint ad eorum Domos, & Provincias, & non ultrà; excepto caſu Repræſaliarum, in quo etiamſi reverſi fuerint, & permanſerint, in eorum Domibus, & Provinciis, adhùc debeant gaudere exemptione à prædictis Repræſaliis; Proùt etiàm in eorum Domibus, & Provinciis cenſeantur, & ſint immunes à pœnis damnorum datorum, dummodò non probentur ſtudiosè commiſſa: Eorumdem verò damnorum cognitio in hoc caſu ſpectet tantummodò ad Judices locorum.

Privilegia durant tantum durante Fida.

Excepto caſu à repræſaliis damno dato, pro quibus revocavit exeptionem.

Cognitio damnorum ſpectet ad Judices locorum.

§. 5. Inhibitiones Affidæ in poſterùm non concedantur à Dohanerio, neque ab ejus Aſſeſſoribus, ſed dumtaxàt à Camerario, & Graſciæ Præſide, ſervata tamen forma, & cum præciſa inſertione præſentium Decretorum: Aliàs Inhibitiones præfatæ, impunè valeant contemni.

Inhibitiones Affidæ a quibus, & quomodò concedendæ.

§. 6. A decretis moderationis præfatarum Inhibitionum nullus Judex, aùt Tribunal, etiàm Cameræ Apoſtolicæ, admittat Appellationes ſuſpenſivas, neqùè concedat Superſeſſorias ad impediendam executionem Mandatorum.

A moderatione inhibitionis hujuſmodi non datur appellatio ſuſpenſiva.

§. 7. Obtenta autem moderatione unius Inhibitionis vigore Privilegiorum Affidæ, omnes aliæ Inhibitiones ſimiles per affidatum expeditæ, aut expediendæ coràm eodem, vèl diverſo Judice nullæ ſint, & invalidæ, & abſquè incurſu attentatorum, poſſint impunè ſperni. Die 10. Auguſti 1692.

Moderata una inhibitione reliqua omnes nullæ ſunt.

Facta relatione Sanctiſſimo præfati Decreti, Sanctitas Sua approbavit, illudque ſervari mandavit in omnibus Curiis, & Tribunalibus, tàm Urbis, quàm Status Eccleſiaſtici.

Approbatio Summi Pontificis.

A de Anſaldis SS. D.N. Auditor.

Sequuntur nomina 12. Prælatorum, qui prædictæ Congregationi Particulari à Sanctiſſima deputatæ interfuerunt.

Pro D. Succeſſore D. Nicolai Florelli olim AC., ac Sac. Palatii Apoſtolici Notarii Angelus Montanus pro R.C. Adminiſtrator deputatus.

Die, menſe, & anno, quibus ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curiæ &c.

M. Aurelius Pellicc ia Mag. Cur.

ALIENA-

AlienationumProhibitio in Forenſes.

XIII. CONSTITUTIO SIXTI PP. V.

Prohibitio vendendi, & alienandi caſtra, fortalitia, & alia bona quæcunque ſtabilia, & immobilia in Statu Eccleſiaſtico exiſtentia, abſque Sedis Apoſtolicæ liceutia, aliis perſonis quàm Vaſſallis ejuſdem Status.

Hanc Conſt. innovarunt, & declorarunt Clemens VIII. Conſt.78. Romanam bullar., nov tom.3. Paul. V. Conſt 108. Paſtorale eadem bullar. d. tom.3. & deniquè Urbanus VIII. Conſt.65. decens tom.4. idemq., Pontif. terminum præfixit Partibus ad revocandum alienota contrà formom ſuæ Conſtitutionis, ns Conſt. 72. Sedes Apoſtolica eodem tom.4. hos omnes Conſt. hìc non habes utpotè non neceſſarias, ſed ſolum Confirmatoriam Urbani in ſeq., Conſt. & eum hęc omnia paràm profuiſſent idem Urbanus Congregationem Confinium erexit in Conſt.73. quam habes infrà Conſt. XV.

De prohibitione autèm infeudandi Terros S. R. E. vide in conſt. Quanta ejuſdem Sixti V in ejus bul. la 25. pag.67. par.1. Et de prohibitione alienandi bona Eccleſiaſtico, vide in Pauli 4. conſt.2. Bull. vet. pog.570. ubi notantur concordan.

Ed. an. 1585. die 1. Julii impreſſa in ejus bul. la 3. pag.4. par.1.

SIXTUS Ep. Ser. Ser. Dei, Ad per. rei mem.

Exordium.

SOLICITUDO, paternuſque affectus, quo Sedis Apoſtolicæ ſubditos proſequimur, nos inducunt, ut ea diligenti cura proſpiciamus, quæ ad illorum conſervationem, ſtatuſque Eccleſiæ utilitatem, & commodum pertinent.

Cauſæ hujus prohibitionis.

§. 1. Accepimus ſiquidem quod in diverſis Civitatibus, Terris, oppidis, & caſtris nobis, & dictæ Sedis temporali ditioni ſubjectis extant ſtatuta prohibentia res, ac bona ſtabilia in forenſes, & non ſubditos alienari: Nihilominùs nonnulli Cives, & incolæ Civitatum, Terrarum, Caſtrorum, & locorum hujuſmodi bona ſtabilia, aliis perſonis extraneis vendere, & alienare præſumunt in maximum præjudicium, & damnum Civium, & incolarum prædictorum; Quocircà nos conſiderantes quantùm ſtatuta præfata utilia, & favorabilia ſint, quantumquè Reipublicæ interſit dicta bona in illius Cives, & habitatores conſervari.

Confirmatio ſtatutorū prohibentium alienationes bonorum ad favorem forenſium & nō ſubditorum.

§. 2. Motu proprio, non ad alicujus nobis ſupèr hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & certa ſcientia, ſtatuta hujuſmodi, etiam ſi non ſint in uſu, apoſtolica auctoritate tenore præſentium de cæterò obſervari mandamus., Et nihilominùs, quòd perpetuis futuris temporibus, Univerſitates, Civitates, Collegia, Feudatarii quicunque, ac perſonæ cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, qualitatis, & conditionis exiſtant, etiam ſi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quavis auctoritate, & dignitate, etiam Eccleſiaſtica, quæ ſpecia'em, & individuam mentionem requireret, prædìti ſint, nullatenus ſinè noſtra, & Sedis prædictæ licentia, audeant, ſeù præſumant Civitates, oppida, caſtra, feuda, juriſdictiones, ac bona quæcunque ſtabilia, vel immobilia in dicto ſtatu Eccleſiaſtico exiſtentia cujuſcunque qualitatis, quantitatis, & valoris per eos nunc, & pro tempore poſſeſſa vendere, permutare, ultrà triennium locare, in emphiteuſim, feudum, livellum, pignus, ſeu precarium concedere, in aliquam Communitatem, Univerſitatem, Collegium, vel perſonam extraneam, ſeu forenſem, quæ nobis, & dictæ Sedi ratione temporalis juriſdictionis ſtatus noſtri ſubdita, & ſuppoſita non ſit, vel quæ domicilium legitimè non contraxerit in dicto noſtro ſtatu, cujuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, conditionis, & qualitatis exiſtat, etiàm ſi, ut præfertur, Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quavis auctoritate, & dignitate, etiàm Eccleſiaſtica, quæ ſpecialem & individuam mentionem requireret præditus ſit.

ALIENATIONUM PROHIBITIO IN FORENSES.

Prohibitio vendendi bona ſtabilia in ſtatu Ec. exiſtentis abſque licentia Sedis Ap. aliis quā Vaſallis ejuſdem ſtatus.

Ampliatio dictæ prohibitionis.

§. 3. Inſupèr quia decens, & conveniens exiſtit, quòd ſi vendantur, vel permutentur, ſeù etiàm donentur Civitates, Caſtra, & oppida, multò magis fortalitia, id ad notitiam Principis deducatur, & præſertìm ſi feuda, & juriſdictiones feudales, ea omnia nec in exteros, nec in alios quoſcumque niſi de expreſſa præcedente noſtra, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis eâdem ſupradicta licentiâ vendi, permutari, vel donari valeant; Nequè etiàm extraneus, aut ſubditus originarius bona hujuſmodi in dicto ſtatu habens, & in eo habitans, ſi ab illo diſcedat ampliùs ad ipſum non reverſurus, illa retinere poſſit, ſed intrà biennium, ex quo ipſe demigraverit, ea vendere, ſeù pro aliis extra dictum ſtatum exiſtentibus permutare, aut aliàs transferre in alium immediatè ſubjectum teneatur, auctoritate, & tenore præſentium de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Card. conſilio perpetuò ſtatuimus, & ordinamus.

Declaratio d. prohibitionis.

§. 4. Licitum tamen erit omni dicti ſtatus habitatori, ſivè extraneo, ſive ſubdito de bonis ſuis in eodem ſtatu poſitis, vel in conſanguineos, vel in alios de dicto ſtatu non exiſtentes quocunquè alio, quàm venditionis, ſeù permutationis, vel donationis titulo diſponere, ac ſuis etiam ab inteſtato hæredibus paritèr licebit in illis ſuccedere, qui tàmen intra triennium, vel in eundem ſtatum habitatum veniant, vel bona ipſa in alium, ſeu alios habitatores, & ſubditos, ut præfertur, transferant: Quod etiam illis extraneis, ad quos bona hujuſmodi ex quibuſcunque aliis quàm venditionis, ſeu permutationis, aut donationis hujuſmodi cauſis pervenerint, illave acquiſiverint, cenſeatur permiſſum.

Declaratio bonorū alienari non prohibitorum.

§. 5. Bonorum autem præfatorum appellatione, nequè portiones, ſeù loca montium, nec mulierum dotes, ſed neque Urbem noſtram, quæ communis patria eſt, cum ejus decem paſſuum millia circuitu volumus comprehendi, filii tamen, & hæredes dictarum mulierum ſoluto matrimonio, ſi extranei fuerint, aut in eodem ſtatu ad habitandum, aut vendendum, ſeù permutandum, ut dictum eſt, ſint adſtricti.

Alienationum Prohibitio in Forenses.

Contravenientium pœnæ.

§. 6. Decernentes Communitates, Univerſitates, Collegia, vèl perſonas extraneas, ſeù forenſes hujuſmodi ad dictorum bonorum pro tempore contrà earundem præſentium tenorem alienatorum acquiſitiones omninò inhabiles, necnon quoſcunque contractus, venditiones, & alienationes contrà hujuſmodi prohibitionem quocunque modo, vel cauſa pro tempore faciendas nullas, & invalidas exiſtere, nullumque jus per eas emptoribus attributum eſſe, ſeù tribui poſſe; Necnon omnes ſcripturas deſupèr conficiendas, ac indè ſecuta quæcunque nullius roboris, vel momenti eſſe, nec ex illis audiri, agi, & excipi poſſe in judicio, vel extrà, ipſaque bona alienata ad eos, ad quos de jure pervenire debent, ſpectare, & pertinere.

Clauſula ſublata, & Decretum irritans.

§. 7. Sicque per S. R. E. Card. etiàm Legatos, ac Vicelegatos, necnon Sacri Palatii Apoſtolici Auditores, Gubernatores, ſeù illorum Locatenentes, alioſve Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere: Necnon irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate, ſcientèr, vèl ignorantèr contigerit attentari.

Mandat obſervari etiam ſub pœnis cēſuarum.

§. 8. Mandantes eiſdem Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, ac Judicibus nùnc, & pro tempore in toto ſtatu prædicto exiſtentibus, & eorum cuilibet, ut ſtatutum, & ordinationem, ac alia præmiſſa perpetuò ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia eis beneviſa remedia obſervari faciant, & mandent.

Clauſulæ derogatoriæ amplíſſimæ.

§. 9. Non obſtantibus noſtris de non tollendo jure quæſito aliiſque Apoſtolicis Conſtitutionibus, necnon Civitatum, oppidorum, terrarum, & locorum prædictorum ſtatutis, & conſuetudinibus, etiàm juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacunque alia firmitate munitis, ac etiam immemorabili, & quantocumq; tempore pacificè obſervatis, necnon Civitatibus, Civitatumquè juribus, privilegiis, exemptionibus, & indultis Apoſtolicis illis, eorumque Dominis prædictis, ac quibuſvis aliis per quoſcunque Rom. Pont. ac nos, & dictam Sedem quomodocunque, & quotieſcunque conceſſis, confirmatis, & innovatis, quæ omnia, illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficientèr expreſſis habentes, omninò tollimus, & abrogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Forma illas publicādi præſcribit.

§. 10. Volumus autem eaſdem præſentes, quoniam in Conſiſtorio noſtro, & de Conſilio prædicto promulgatæ ſunt, à die datæ ipſarum quoſcunque, tam præſentes, quàm abſentes, & ubicunquè etiam extrà dictum ſtatum exiſtentes perindè obligare, ac ſi cuique ſingillatim intimatæ fuiſſent; Et nihilominus, ut illæ ampliùs innoteſcant, mandamus eas valvis Eccleſiæ S. Joan. Lateranen. & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, aliiſque locis conſuetis appendi, & in libris dictæ Cameræ deſcribi.

Exemplis Legalizatis fides adhibeatur.

§. 11. Ac etiàm volumus, ut ipſarum exempla etiam impreſſa edantur, eaque Notarii publici manu, & ſigillo cujuſcunque Curiæ, Eccleſiæ, aut perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignata, eam ipſam prorſus fidem ubique locorum in judicio, & extrà illud faciant, quam ipſæ præſentes facerent, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ.

Sanctio pœnalis.

§. 12. Nulli ergò &c. Si quis autem &c.

Dat.

Datum Romę apud Sanctum Marcum anno MDLXXXV. Kal. Julii, Pontif. noſt. an. Primo.

✠ Ego Sixtus Cath. Eccleſiæ Epiſcopus.

Sequit. ſubſcriptio S.R.E. Cardinalium.

XIV. CONSTITUTIO URBANI PP. VIII.

Confirmatio, Extenſio, & Declaratio Conſtitutionis Sixti V., Clem. VIII., & Pauli V. Prohiben. alienationes in Forenſes.

Idem Pontifex terminum præfixit Partibus ad revocandum alienata contrà formam hujus Conſt., ut in Conſt. 72. Sedes Apoſtolica bul. nov. to. 4.. quàm hic non habet, con. ordan. poſui in Conſt. præcedenti.

URBAN. Ep. Ser. Ser. Dei, Ad fut. rei mem.

Ed. an. Do. 1627. die 1. Iunii bull. nova 65. tom. 4. Et materno idiomate penes Chocl. in collectan.

Exordium.

DECENS, & æquum eſſe cenſemus, ùt Nos, qui ex onere Paſtoralis Officii, ſubditorum commodis aſſiduè invigilamus, Sedis Apoſtolicæ jura tueri nullo pacto negligamus, ac proindè juriſdictiones temporales eidem Sedi ſubjectas, quovis prætextu, vèl colore à quoquam uſurpari, aùt illis gravamina, ſeù incommoda inferri non permittamus; etsì ſupèr Conſtitutionibus Apoſtolicis per Rom. Pontifices prædeceſſores noſtros editis, dubia aliqua oriri contingat, noſtræ declarationis remedio, abſtractiſque illarum interpretationibus, & quorumcunque contrahentium palliationibus occurramus, proùt in Domino conſpicimus ſalubritèr expedire.

Sixtus V. cic. in futur. prohibuit ne Civitates Oppida Caſtra Juriſdictiones fortalitia, & alia bona, vel loca Juriſdictionalia venderentur, aut permutarētur, ſeu donarentur Subditis, vel forēſibus abſque Sedis apoſtol. licentia.

§. 1. Cum itaquè aliàs fel. rec. Sixtus V. conſiderans convenire, quod ſi Civitates, Caſtra, Oppida, Juriſdictiones, Fortalitia, præſertim feudalia vendantur, vèl permutentur, ſeù etiàm donentur ditioni temporali Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubditis, ſivè extraneis, vèl forenſibus, id ad Principis notitiam deducatur per ſuas, ſub Dat. videlicèt Kalend. Julii Pontific. ſui An. I., omnibus, & ſingulis cujuſcunque ſtatus, gradus, conditionis, qualitatis, & dignitatis exiſtentibus, etiàmſi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quavis auctoritate, & Dignitate etiàm Eccleſiaſtica, quæ ſpecialem, & individuam mentionem requireret præditi eſſent, ne Civitates, Caſtra, Oppida, Juriſdictiones, Fortalitia, & ſeù bona, aùt loca Juriſdictionalia hujuſmodi in alium, vèl alios quoſcunque, niſi de expreſſa præcedente ſua, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis licentia vendere, permutare, vèl donare valerent, ſub pœna nullitatis contractuum hujuſmodi prohibuerit, aliaque etiàm circà præmiſſa ſtatuerit.

Clemēs VIII. ſimilitèr prohibitionem cōfirmavit declaravit, & ampliavit pœnaſque contrafacientibus,

§. 2. Et ſucceſſivè Clemens VIII. volens hominum malitiis, & fraudibus occurrere, & dubia, quæ tunc ſupèr præmiſſorum interpretatione emergebant, declarare per ſuas ſub Dat. Pridie Non. Julii, Pontific. ſui an. X., Prohibitionem, & ſtatuta prædicta confirmaverit,

ac notariis de iſtis cont actibus ſe rogantibus impoſuit.

verit, approbaverit, innovaverit, declaraverit, extenderit, & ampliaverit, pœnaſque amiſſionis bonorum, & aliorum, & prædictorum contrafacientibus, ac privationis officiorum Tabellionibus, & Notariis, qui de contractibus, ut præfertur, prohibitis, ſe rogarent, impoſuerit, aliaque etiàm juſſerit, & decreverit.

Et Paul. V. ea omnia confirmavit pariter & declaravit, ac extendit ad quodcunque genus contractuum, & Cōventionum, dictamque licentiam a Sede apoſtolica obtineri, & apud Notariū in celebratione contractus hujuſ. exhiberi voluit Cōtrafacien., ac Notariis aliter rogantibus ſimiliter pœnas ſtatuit, & adjunxit.

§.3. Et inſupèr Paulus etiàm V. Rom. Pont. prædeceſſor noſter, nè diſpoſita per Sixtum, & Clementem prædeceſſores præfatos variis, & alienis ab eorum mente interpretationibus ſubverti, ac palliatis conventionibus eludi poſſent, etiàm, per ſuas ſub Dat. XII. Kal. Decembris, Pontificatus ſui Ann. XIII., confectas literas, nedùm præmiſſa confirmaverit, & innovaverit, sèd etiàm declaraverit, & quatenùs opus eſſet, ad quodcunque genus contractuum, & conventionum extenderit, & ampliaverit, ac licentiam prædictam in ſcriptis priùs obtineri, & in actu celebrationis contractus apud Notarium exhiberi mandaverit, & contrafacientes nullitatis contractuum, & conventionum, & privationis rei alienatæ, ſeu translatæ, vel gravatæ, ac Tabelliones, ſeù Notarios pœnas falſi, ac privationis officiorum omnium, quæ obtinerent, & inhabilitatis ad illa, & alia in poſterùm exercenda incurrere voluerit, aliaque ſimiliter diſpoſuerit, prout in ſingulis literis prædictis pleniùs continetur.

Nūnc vero quià aliqui modi alienandi inventi ſunt, abſque prædicta licentia, & cōtrahendi cū retentione Juriſdictionis & his modis damnum poteſt inferri Cam. Apoſtolicæ.

§.4. Abindè verò citrà hominum verſutiàm, & artificium adverſus prædictarum literarum tenorem, vèl ipſorum prædeceſſorum veriſimilem intentionem, & mentem cautelas, & modos aliquos abſquè prædicta Rom. Pontificis licentia alienandi, & contrahendi adinvenerit, & excogitaverit, alienando, & reſpectivè acquirendo Caſtra diruta, ſeù tenutas juriſdictionales, etiàm cum retentione, ſeù reſervatione Juriſdictionis, ac etiàm Barones, ſeù Domicelli, Caſalia, Tenutas, ſivè prædia, etiàm non Juriſdictionalia in confinibus Territorii alterius Civitatis, Caſtri, Oppidi, vèl loci Juriſdictionalis alterius Baronis, ſeù Domicelli exiſtentia, illa etiàm, nulla Rom. Pontificis obtenta licentia, alteri Baroni, ſeù Domicello conviciuo vendiderint, ſeù alienaverint, & reſpectivè emerint, ſeù acquiſiverint, & ex prædictis alienationibus, & acquiſitionibus reſpectivè dubitari poſſit, nè tempore ſaltèm procedente, juriſdictio aliqua uſurpetur, ac termini, ſeù fines juriſdictionales confundantur, aùt protrahantur, vèl illam uſurpandi, ſeù illos confundendi, & protrahendi occaſio indè aliqua præbeatur, etiàm in præjudicium Sedis, & Cameræ Apoſtolicæ, ac præſertim in eventum cujuſcunque alterius aperitionis Feudi, & devolutionis, ſeù cujuſcunque alterius acquiſitionis, Civitatum, Caſtrorum, Oppidorum, ſeù locorum Juriſdictionalium, aùt Caſalium, ſeù Tenutarum, ſivè prædiorum eorumdem.

Ideo ex iſtis & aliis cauſis dd. Sixti Cle. & Pauli Conſtitutiones ſuprà citat. approbat confirmat, & innovat.

§.5. Nos attendentes, prædictas literas ad hoc, ùt omnia Principi innoteſcant, emanaſſe, & veriſimilem eorumdem Pontificum prædeceſſorum noſtrorum intentionem extitiſſe, nè uno modo Cameræ præfatæ præjudicium aliquod inferri poſſit, eaſdemque rationes, etiàm in hujuſmodi contractibus, & alienationibus, ac acquiſitionibus militare, ex prædictis, & ſeù aliis rationabilibus cauſis animum noſtrum moventibus, & remedium opportunum exquirentibus adducti, ſingularum literarum præfatarum, ac alienationum, acquiſitionum, & contractuum quorumcumque, necnòn omnium in ſingulis literis prædictis expreſſorum, & aliorum, hic etiàm de neceſſitate exprimendorum, tenores præſentibus pro expreſſis habentes, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, & matura deliberatione, deque Apoſt. poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuò valitura Conſtitutione ſingulas Sixti, & Clementis, ac Pauli prædeceſſorum noſtrorum prædictorum literas prædictas approbamus, & confirmamus, ac etiàm, quatenùs opus ſit, innovamus.

Alienationum Prohibitio in Forenses.

§.6. Prætereà quaſcumque venditiones, ſeù alienationes, ac locationes ultrà triennium, cujuſcunque Civitatis, Oppidi, ſeù Diruti, ſeù Tenutæ juriſdictionalis, vèl cujuſcunque Caſalis, Tenutæ, ſeù Prædii, etiàm non juriſdictionalis, in confinibus alterius Civitatis, Caſtri, Oppidi, ſeù loci juriſdictionalis, ejuſve Territorii ſiti, & etiàm ab uno tantùm latere confinantis, hactenùs à die Dat. ultimo dictarum literarum per quemcunque Baronem, ſeù Domicellum cuicunque alteri Baroni, ſeù Domicello Civitatem, Oppidum, Caſtrum, ſeù locum quemcunque juriſdictionalem, ejuſve Territorium in confinio quomodolibèt poſitum poſſidenti cujuſcunque qualitatis, conditionis, ſtatus, gradus, & dignitatis, etiàm Eccleſiaſticæ, etiàm ſpeciali, ùt præfertur, & individua nota dignæ, ipſi alienantes, & locantes, ac etiàm acquirentes, & conducentes fuerint, & ſint, ſivè ſimplicitèr, ſivè cum aſſertione non exiſtentis juriſdictionis, ſivè cum juriſdictionis penès venditorem, ſeù alienantem retentione, ſeù reſervatione, aùt aliis quomodolibèt factas, etiàm hucuſquè effectum plenum ſortitas ultimo dictarum literarum diſpoſitioni quoad nullitatem præfatarum alienationum, acquiſitionum, & contractuum dumtaxàt ſubjacuiſſe, & ſubjacere, & hujuſmodi alienationes, acquiſitiones, & contractus, intèr Barones, ſeù Domicellos, ut præfertur, facta, & indè ſequta quæcunque nulla, nulliuſque roboris, aùt momenti fuiſſe, & eſſe declaramus.

Irritat venditiones, locationes, & alienationes ultrà triennium locorum juriſdictionalium, ſivè eorum Territorii in cōfinibus ſitorum Etiam ab uno tantum latere à Barone alteri Baroni locum juriſdictionalem, vel territorium in ipſo poſitum poſſidenti cujuſcumque dignitatis ſint cōtrahentes, etiam juriſdict. penès alienantes retentione, ſeu aliàs quomodolibèt fact.

§.7. Ac Tabelliones, & Notarios de illis rogatos ſub eadem privationis Officiorum, aliiſque noſtro, & pro tempore exiſtentis Rom. Pontificis arbitrio incurrendis pœnis, Inſtrumenta, & Scripturas deſupèr jàm facta, Nobis, & Cameræ præfatæ intrà ſexaginta dies à die infraſcriptæ publicationis præſentium computandos, revelare, & cum effectu exhibere, teneri volumus, & mandamus.

Mandat etiam Notariis ſub pœnis, ut hic, ut quaſcunque Scripturas deſuper confectas infrà 60. dies a publicatione præſentiū revelare C. A. ac exhibere debeant.

§.8. Denique ſingulas literas prædictas, & in eis contenta quæcunque, tàm ad venditiones, permutationes, & quaſcunque alienationes, & locationes, etiàm ad triennium, ſeù quantumvis minus tempus à quocunque etiàm non Barone, de Caſalibus, Tenutis, ſeù præ-

Extendit dd. Conſtitut. ad omnes vend. itiones lo. cationes &c.

ALIENATIONUM PROHIBITIO IN FORENSES.

diis non jurisdictionalibus, quæ in confinibus, etiàm ab uno tantùm latere alicujus Civitatis, Caſtri, Oppidi, vèl loci jurisdictionalis, vèl ejus Territorii conſiſtant, de cætero directè, vèl indirectè, mediatè, vèl immediatè, ac aliàs quomodolibèt alicui Baroni, ut præfertur, juriſdictionem, ſeù bona in confinio poſſidenti.

Nec non ad locationes bonorum in ſtatu Eccleſiaſtico, exiſten. in confinio dominii Principis exteri.

§.9. Ac etiàm ad quaſcunque locationes bonorum quorumcunque in Statu noſtro Eccleſiaſtico, in confinio tamèn Dominii cujuſvis Principis exteri, etiàm Nobis mediatè, vèl immediatè ſubjecti exiſtentium, cuivis, etiàm non Baroni, qui tamen noſter ſubditus non ſit, vèl eſſe quandocunque deſierit, eo ipſo illæ nullæ ſint, & reſolvantur, faciendas.

Ac etiam ad impoſitiones ceſſiones, & alienationes Cenſuum annuorum.

§.10. Quam etiàm ad quaſcunque impoſitiones, venditiones, ceſſiones, alienationes cenſuum annuorum, juxtà Conſtitutionem per piæ mem. Pium PP. V. etiàm prædeceſſorem noſtrum de creandis cenſibus editam, supèr prædictis Civitatibus, Caſtris, Oppidis, locisvè juriſdictionalibus, aliiſque bonis non juriſdictionalibus in Confinio alicujus Civitatis, Caſtri, Oppidi, ſeù loci juriſdictionalis, ùt præfertur, ejuſve Territorii, etiàm ab uno tantùm latere confinantis, exiſtentibus, per quoſcunque Barones, ſeu Domicellos, & alios quoſcumque, etiàm Communitates, Univerſitates, & quorumcunque Monaſteriorum, Eccleſiarum, Beneficiorum Eccleſiaſticorum, & aliorum piorum locorum Superiores, & Conventus, Capitula, Rectores, Beneficiatos, & Gubernatores, ſeù Adminiſtratores reſpectivè in futurum imponendorum, ac tàm quoad illos, quàm etiàm quoad anteà jàm impoſitos, vendendorum, cedendorum, ſeù alienandorum ad favorem cujuſcunque, ità quod nullum jus prælationis in emendis præfatis Civitatibus, Caſtris, Oppidis, aùt locis juriſdictionalibus, ſivè non juriſdictionalibus præfatis Cenſuariis, aliiſve ab ipſis cauſam pro tempore quomodolibèt habentibus, unquàm tribuant in præjudicium dictæ Cameræ, quæ eiſdem Cenſuariis, & aliis præfatis ſempèr erit præferenda, ſivè emat ad effectum retinendi, ſivè intrà annum à die emptionis computandum, cuilibèt alteri rem emendam vendendi, vèl cedendi extendimus, & ampliamus.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

§.11. Sicquè, & non alitèr in omnibus, & ſingulis præmiſſis per quoſcunque Judices ordinarios, & delegatos, & commiſſarios, & etiàm Cameræ præfatæ Clericos Præſidentes, necnòn cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiàm Camerarium, & de latere Legatos, judicari, & definiri, ac interpretari debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis alitèr judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ac irritum, & inane, quidquid ſecùs ſupèr his à quoquam quavis auctoritate ſcientèr, vèl ignorantèr contigerit attentari decernimus.

Mandat obſervantiam hujus Conſt.

§.12. Injungentes, & mandantes in virtute Sanctæ obedientiæ, ac ſub pœna indignationis noſtræ, eiſdem Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, etiàm Urbis, ac Judicibus, nunc, & pro tempore in eadem Urbe, & toto Statu noſtro Eccleſiaſtico exiſtentibus, & cuilibèt eorum, ut præſentes noſtras, & in eis contenta quæcunque in Urbe, ac ſtatu præfatis, ab omnibus, & ſingulis, ad quos quomodolibèt ſpectat, & in futurum ſpectabit, perpetuò obſervari mandent, & faciant, & pro omnium, & ſingulorum præmiſſorum inviolabili obſervatione contrà inobedientes, & præmiſſis in aliquo contravenientes, & alios, quos opus erit, omnibus Juris, & facti remediis opportunis procedant, omni, & quacunque appellatione remota.

Et contra inobedientes procedi omnibus juris remediis.

§.13. Non obſtantibus præfata Pii V. ſuper creandis cenſibus, & noſtra de non tollendo jure quæſito, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ Sixtus, & Clemens, ac Paulus prædeceſſores præfati in dictis eorum literis voluerunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.14. Ut autèm præſentes omnibus innoteſcant, volumus, & Apoſt. auctoritate decernimus, quod illæ in valvis Eccleſiæ Lateranen., & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, necnòn in acie Campi Floræ publicentur, & affigantur, quæ poſtquàm ſic affixæ, & publicatæ fuerint quoſcunque, tàm in Romana Curia, & Statu præfato, quàm extrà eos exiſtentes, perindè obligent, & arctent, ac ſi unicuique eorum nominatim, & perſonalitèr intimatæ fuiſſent.

Publicatio in Urbe omnes ligare decernit.

§.15. Quodque earum exemplis, etiàm impreſſis, manu Notarii publici, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorsùs fides adhibeatur, quæ ipſiſmet præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vèl oſtenſæ.

Tranſumptis fidem dari jubet.

§.16. Nulli ergò &c. Si quis autèm &c.

Sanctio pœnalis.

Dat. Romæ apud S. M Majorem, an. Dom. MDCXXVII. Kal. Jun., Pont. noſt. an. IV.

Dat.

XV. CONSTITUTIO URBANI PP. VIII.

Erectio Congregationis Confinium Status mediatè, & immediatè Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubjecti.

Sixtus V. Prohibuit alienari bona in forenſes, & Caſtra, aliaq., bona juriſdictionalia. tàm in forenſes, quàm in ſubditos abſq; Sed. Apoſt. licentia, ut in ejus Conſt. III. Sollicitudo bul. nov. to.2., quam habes ſupra Conſt. 12. hanc prohibitionem innovarunt Clemens VIII. in Conſtit. 78. Romanum, & Paul. V. Conſtitut. 108. Paſtorale bull. no. to.3. quas hic non habes, & paritèr iſte Pont. eas confirmavit, declaravit, & ampliavit, ut in præcedenti Conſtitutione Decens; At cum multæ alienationes contrà prædictas Conſtitut. factæ fuiſſent ex ſua benignitate præfixit Partibus terminum ad eas revocan. abſq., pœnarum incurſarum inflictione, ut in Conſt. Sedes poſt la 72. quam hic non habes, ſed cum Sanctitati ſuæ hoc quoq., parùm profuiſſe innotuiſſet ad extirpandas hujuſmodi alienationes hanc Congregationem erigit & inſtituit.

Ed. an. D. 1627. die 1. Octob. impreſ. in bull. no. la 73. pag. 88. to.4., & materno idiomate penès Cherub. in Collectan.

URBANUS Ep. Ser. Ser. Dei ad per. rei mem.

DEBITUM Paſtoralis officii, nobis, meritis licèt imparibus divina diſpoſitione com-

Exordium.

commiſſi, mentem noſtram continua pulſat inſtantia, ut ad ea, quæ noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ Civitatum, Oppidorum, & locorum, aliorumque bonorum, confinium, & terminorum manutentionem, & conſervationem, ac illorum incolarum noſtrorum, & dictæ Sedis Subditorum ſecuritatem, & tranquillitatem concernunt, etiàm per novarum Congregationum præmiſſis ſedulò vigilantium erectionem procuranda, opem, & operam, quantùm Nobis ex alto conceditur, efficaces impendamus, aliaque deſupèr diſponamus, prout ad Cameræ noſtræ, & ſubditorum eorumdem utilitatem, & ſtatus noſtri Eccleſiaſtici tuitionem conſpicimus in Domino ſalubritèr expedire.

Sixt. V. Clem. VIII. & Paul. V. ediderunt Conſtit. quas iſte Pont. innovavit, & extendit.

§. 1. Nupèr ſiquidèm ex præmiſſis, & certis tunc expreſſis rationibus, & cauſis adducti, ac Rom. Pontificum prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes unam, à fel. rec. Sixto V. ſub dat. Kal. Julii, Pont. ſui an. 1., qua cavetur, ne bona in Forenſes. & Caſtra, aliaque juriſdictionalia tàm in Forenſes, quàm in ſubditos abſquè Sedis Apoſtolicæ licentia alienentur, ac aliam à piæ mem. Clem. VIII. ſub pridiè non. Julii Pont. ſ. ſui an. X. prædictæ Sixti innovatoriam, ac extenſivam, ac reliquam perpetuò valituras Conſtitutiones & recol. me. Paulo etiàm V. Rom. Pontif. prædeceſſoribus noſtris, ſub 12. Kalend. Decembris, Pontif. ſui an. 13. reſpectivè datas, editas, ac prædictas Sixti, & Clementis prædeceſſorum etiam innovatoriam, & declaratoriam, non tantùm Apoſtolica auctoritate perpetuò approbavimus, confirmavimus, & innovavimus, ſed etiam, ad Caſtra diruta, Tenutas, & Prædia etiam non Juriſdictionalia in confinibus loci Juriſdictionalis, & ad bona in noſtro, & S.R.E. Statu, ac confinio Principum exterorum ſita, illorumque locationes, ac cenſuum annuorum ſupèr præmiſſis impoſitiones, & impoſitorum venditiones dicta auctoritate, etiam perpetuò extendimus, & ampliavimus, prout in noſtris deſupèr ſub Dat. Kal. Junii Pontif. noſtri an. IV. confectis literis, pleniùs continetur.

Cauſæ erectionis hujus Congreg.

§. 2. Verùm quia, ſicùt Nobis poſteà non ſine gravi animi noſtri mœrore innotuit, variæ impunè, contra Conſtitutionum, & Literarum prædictarum tenores factæ fuerunt alienationes, & niſi in præmiſſis aliquod opportunum remedium adhibeatur, periculum eſt, nè temporis progreſſu, & varietate juriſdictio aliqua uſurpetur, & termini, ſeù fines Juriſdictionales confundantur, ſeù confuſioni, & uſurpationi hujuſmodi occaſio præbeatur.

Erectio Congreg. de Confinibus Status Eccleſiaſtici, Sedis Apoſt. mediat., vèl immediat. ſubjectæ nuncupan.

§. 3. Nos in præmiſſis, quantùm cum Domino poſſumus, opportunè providere volentes, ac Conſtitutionum, & Literarum hujuſmodi, à quibus per præſentes recedere non intendimus, ſed in earum primævo robore eas perpetuò remanere volumus, totos, & integros tenores, etiam veriores, ac datas, perindè ac ſi de verbo ad verbum insererentur præſentibus, pro plenè, & ſufficientèr expreſſis habentes, Motu proprio, non ad alicujus Nobis deſupèr oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, meraque deliberatione noſtra, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Congregationem de Confinibus Status Eccleſiaſtici Nobis, & Sedi Apoſtolicæ mediatè, & immediatè ſubjecti nuncupandam, quæ uni ex ejuſdem S. R. E. Cardinalibus, qui Præfectus, & aliis partìm ex S. Conſulta Status hujuſmodi, partìm ex Camera Apoſtolica prædicta, necnon etiam aliquibus aliis inſignibus à Romano Pontifice, pro tempore exiſtente, ſeligendis viris, qui Conſultores dictæ Congregationis reſpectivè exiſtant, conſtare debeat.

Alienationum Prohibitio in Forenses.

Congregationis Confinium Erectio.

Facultates hujus Congreg. recenſet.

§. 4. Et apud quam, ac Præfectum, & Conſultores hujuſmodi, omnes, & ſingulas venditiones, permutationes, alienationes, & quaſcunque alias diſpoſitiones contrà, vel prætèr tenorem, & formam dd. Conſtitutionum, & Literarum factas, ac faciendas, tàm partibus inſtantibus, quàm ex officio cognoſcendi, examinandi, ac prout eis viſum fuerit, in toto, vel in parte caſſandi, annullandi, aut nullas declarandi, moderandi, reſtringendi, revocandi, confirmandi, & approbandi, aut de novo concedendi, dubitationes quaſcumque ſupèr eiſdem Conſtitutionibus, & Literis, cauſis, & occaſione alienationum hujuſmodi ortas, vel oriundas tollendi, declarandi, & decidendi, necnon controverſias, & lites quaſcumque, ſivè inter Nos, Sedem, Cameram Apoſtolicam, & quaſcumque perſonas, tam Sæculares, quam Eccleſiaſticas, cujuſcunque dignitatis, gradus, ordinis, Status, conditionis, & præeminentiæ, etiam de quibus ſpecialis, & individua mentio facienda foret, & quaſcumque Civitates, Caſtra, Oppida, Univerſitates, Collegia, Monaſteria, & loca, etiam pia, & religioſa, regularia, & ſæcularia, etiam exempta, quovis nomine nuncupata, ſivè etiam inter eaſdem perſonas, Civitates Collegia, Monaſteria, & loca prædicta motas, ſeù movendas, ac omnes, & ſingulas alias Cauſas Civiles, Criminales, & Capitales, ac mixtas audiendi cognoſcendi, & quoad Criminales, dummodò ſententiam ſanguinis per ſeipſos non ferant, abſquè alicujus irregularitatis incurſu definiendi, & decidendi; & confines quoſcumque, Status hujuſmodi, & ſingularum illius Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & quorumvis aliorum locorum inviſendi, declarandi, ponendi, & amovendi perturbantes, occultantes, amoventes, incidentes, aut ponentes terminos, ſeù alias quomodolibèt, & qualitercunquè, in, & ſupèr confinibus, & terminis, & circà confinia, ſeù ab eis dependentia, annexa, vel connexa delinquentes, aut aquas, in vel propè confinia quomodolibet derivantes, aut ab eiſdem amoventes, aut ædificium quovis nomine nuncupatum conſtruentes, & quamcunque ſervitutem propè, vel in confinibus imponentes civilitèr, & dummodò ſententiam ſanguinis, ut præfertur, per ſe ipſos non ferant, criminaliter eorum arbitrio, omni, & quacumque appellatione remota puniendi, vel cujuſcumque perſonæ ſibi benè viſæ, etiam in dignitate Eccleſiaſtica non conſtitutæ, quæ tamen à Præfecto, & Conſultoribus hujuſmodi ad id idonea judicata fuerit, cauſas hujuſmodi comittendi, ſive eam in toto, vel in parte cum iiſdem facultatibus ſubdelegandi, ac

Digitized by Google

Alienationum Prohibitio in Forenſes.

Congregat. Confinium Erectio.

ac unum, vel plures Commiſſarios, vel Notarios ad capiendas informationes, conficiendoſque proceſſus, quandò, quotiès, ac cum quibus opus fuerit, & ad confines inviſendos, illorumque plantas, & deſcriptiones conficiendas, cum proviſionibus, Salariis, atque expenſis per Præfectum, & Conſultores prædictos declarandis, ac per locorum Communitates, atque alios intereſſe habentes, vel etiàm per noſtram Cameram arbitrio ipſorum Præfecti, & Conſultorum perſolvendis tranſmittendi, & deputandi, ac perſonis quibuſcumque in, vel propè confinia ſtatus prædicti habitantibus, pro confinium hujuſmodi defenſione arma, quæcumque (non tamen brevioris menſuræ) deferendi, ſimili arbitrio licentiam concedendi, necnon omnes, & ſingulas cauſas, lites, controverſias, & quæſtiones de, & ſupèr Confinibus, vel eorum annexis, ſeu connexis, principalitèr, vel ſecundariò, ut præfertur motas, & movendas, à noſtris Sacræ Conſultæ, Boni Regiminis, & Aquarum, & aliis quibuſcumque Tribunalibus, Judicibus, Præſidentibus, Gubernatoribus, etiam Urbis, necnon Cameræ Apoſtolicæ generalis, & Sacri Palatii Apoſtolici cauſarum Auditoribus, noſtris, etiam, & dictæ Sedis de Latere Legatis tam ex officio, quam ad partium inſtantiam reaſſumendi, & advocandi, citandi, & inhibendi, etiam ſub cenſuris, & pœnis pari arbitrio imponendis, moderandis, & applicandis, & illas ſic reaſſumptas, & advocatas, & omnes, & quaſcunque alias præmiſſa quomodolibèt concernentes, ſummariè ſimplicitèr, & de planò, ſola facti veritati inſpecta, ac manu regia, & ſine ſtrepitu, & figura Judicii, ſimilitèr quacumque appellatione remota, cognoſcendi, ſeù eiſdem Congregationibus, Tribunalibus Legatis, Judicibus, & aliis perſonis eidem Congregationi benè viſis remittendi, & committendi, cum iiſdem facultatibus, etiam ſimili arbitrio, & reſpectivè, cum participatione tamèn noſtra, & non aliàs, ea omnia agendi, & gerendi, quæ ſupèr Confinibus, Territoriis, & alienationibus, venditionibus, permutationibus, præmiſſiſque omnibus, & ſingulis, & circà ea Nos, & Sedes Apoſt. facere poſſemus, quæque pro noſtrorum ſubditorum quiete, & dicti Status conſervatione neceſſaria, ſeù quomodolibèt opportuna per eos reſpectivè judicabuntur, etiàm privativè ad Congregationes, Tribunalia, perſonas, & Judices prædictos, & alios etiam quomodolibèt qualificatos, ſivè incidentèr, ſive principalitèr agatur plena, libera, & abſoluta poteſtas reſideat, Apoſt. auctoritate prædicta earumdem tenore præſentium ſimilitèr perpetuò erigimus, & inſtituimus.

Deputatio Præfecti, & Conſultorum Congregat.

§. 5. Ac in Congregationis ſic erectæ, & inſtitutæ pro ejus felici regimine, & adminiſtratione, dilectos filios noſtrum Martium S. Mariæ Novæ Diaconum Cardinalem Ginettum nuncupat. præfatum Stephanum verò Duratium noſtrum, & Cam. Apoſt. Theſaurarium generalem, & Joannem Beninum ejuſdem Cameræ Clericum, ac Franciſcum Vitellium S. Conſultæ prædictæ Prælatum, necnon etiàm pro tempore exiſtentem ejuſdem Conſultæ Secretarium, ac Antonium Cerrum noſtri Conſiſtorii Cameræ, & Fiſci Advocatum, & Cæſarem Raccagnium ejuſdem Cam. Ap. Commiſſarium generalem, & Felicem Contelorium Bibliothecę noſtrę Vaticanæ, & illius, ac Joan. Baptiſtam Confalonerium in Theologia Magiſtrum, Arcis S. Angeli Archiviorum Cuſtodes Sedis Apoſt. Notarios in Conſultores, & eumdem Felicem in Secretarium eiſdem auctoritate, & tenore conſtituimus, & deputamus.

Clauſulæ præſervativæ.

§. 6. Decernentes præſentes literas de ſubreptionis, vèl obreptionis, ſeù nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari nunquàm poſſe, ſed illas ſempèr, & perpetuò validas, & efficaces fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, illaſque, ſub quibuſvis revocationibus, ſuſpenſionibus, derogationibus, aliiſque contrariis, etiàm totum tenorem continentibus, diſpoſitionibus minimè comprehendi, ſed ſempèr ab illis excipi, & quotiès illas revocari, vel limitari, aut ſuſpendi, ſeù eis derogari contigerit, totiès in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas, ac de novo conceſſas eſſe, & fore.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

§. 7. Sicquè, & non aliàs in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices ordinarios, vèl delegatos quavis auctoritate fungentes, etiàm cauſarum Palatii Apoſt. Auditores, ac ejuſdem S. R. E. Cardinales, etiàm de Latere Legatos, & Vicelegatos, dictæque Sedis Nuntios, ſublata eis, & eorum cuilibèt quavis alitèr judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique, & in quacunque inſtantia judicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane quidquid ſecùs ſupèr his à quoquam, quavis auctoritate ſcientèr, vèl ignorantèr contigerit attentari.

Mandat obſervari facere omnibus juris remediis.

§. 8. Mandantes propterea prædictis, ac pro tempore exiſtenti Præfecto, necnòn Conſultoribus dictæ Congregationis, & eorum ſingulis, ut præſentes noſtras literas obſervent, & exequantur, ac faciant ab aliis, quantùm in eis erit, omnibus opportunis juris, & facti remediis firmitèr, & inviolabilitèr obſervari.

Cōtrariorum derogatio.

Hæc Pii IV. Conſt. eſt in bull. nov. la 98. pag. 114. tom. 2.

§. 9. Non obſtantibus, quatenùs opus ſit, noſtra de jure quæſito non tollen., ac ſan. me. Pii Papæ IV. etiàm prædeceſſoris noſtri, de ſimilibus, ſeù aliis gratiis intereſſe Cameræ predictæ, quomodolibèt concernen. in eadem Camera regiſtrandis, & inſinuandis, itaùt præſentes abſque alia in eadem Camera admiſſione, & regiſtratione validæ ſint, ſuumque debitum ſortiantur effectum, aliiſque Apoſtolicis etiam in Provincialibus, Synodalibus, & univerſalibus Conciliis editis ſpecialibus, vèl generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac Cameræ, & Conſultæ hujuſmodi, aliarumque Congregationum, ſeù Tribunalium, ſi quæ ſint, necnòn Urbis, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Villarum, ac locorum quorumcunque, etiàm juramento, confirmatione Apoſt., vèl quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoquè, indultis, & literis Apoſt. Cameræ, Conſultæque, ac Congrega-

tio-

-tionibus, ſeù Tribunalibus hujuſmodi, etiàm ſupèr jure ſimiles cauſas, etiàm privativè quòad alios cognoſcendi, & terminandi, ac Cõmunitatibus, Univerſitatibus, Baronibus, & aliis quibuſvis, etiàm, Motu ſimili, etiàm conſiſtorialitèr, aùt aliàs in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiàmſi aliàs, pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non aùtem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeù quævis alia expreſſio habenda, aùt aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent eiſdem præſentibus, etiàm pro plenè, & ſufficientèr expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxàt, ſpecialitèr, & expreſsè harum ſerie derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Tranſumptorum fides.

§.10. Volumus autèm, quòd earumdem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis manu, alicujus Notarii dictæ Cameræ Apoſtol. ſubſcriptis, ac Capitis, ſeù Præfecti, vèl alicujus ex modernis, & pro tempore exiſten. Conſultoribus, hujuſmodi Sigillo munitis, eadem prorsùs, tàm in judicio, quàm extrà illud, in omnibus, & per omnia fides adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sanctio pœnalis.

§.11. Nulli ergò &c. Si quis autèm &c.

Dat.

Dat. Romæ apud S. M. Majorem ann. Dom. 1627. Kal. Octob. Pont. noſt. an. V.

Ambientes Dignitates, ac Dantes, vèl Recipientes pro gratia, vèl juſtitia.

XVI. CONSTITUTIO

S. PII PP. V.

De Ambientibus Dignitates, & Officia juriſdictionis adminiſtrationem habentia, eaque pretio, ſeù promiſſione, procurantibus, vèl aſſequentibus, aùt aſſecuta manutenentibus.

Hæc Conſtitut. declaratur, & ampliatur per eundem, in ſeq. Conſtitut., & confirmatur per Alex. VII. in Conſtitutione inter graviſſimas Contrà Dantes, vèl Recipientes pro gratia, vèl juſtitia, & in altera Innoc. XII. quàm hab. infr. Conſtit. XVIII. ubi concordan.

PIUS PAPA V.

Motu proprio &c.

Ed. an. Dom. 1571. die 5. Decemb. impr. in bul. veter. to. 14. pag. 151. 10. 2. & in antiq. an. 1579. to. 137. pag. 188. p. 2. Exordium.

ET SI ROMANI Pontificis continua, indefeſſaque meditatio circà ſubditorum ſuorum commodum, & utilitatem continuè implicatur, ac quæ iis, quos ut filios tenerè diligit, obeſſe poſſe credit, de medio tollit: negociorum tamèn multitudine preſſa ſingula in dies ſingulos conſiderans illorum executionem, etiàm dietim diſponit, ut & negocia ipſa ſalubriùs dirigantur, ac ipſi ſubditi paulatìm ſuis in eos amoris cognoſcant indicia.

AMBIENTES, & C. ET DANTES, VEL RECIPIENTES PRO GRATIA, JUSTITIA.

§.1. Sanè licèt aliàs, nè ordo juſtitiæ præverteretur, & ex certis aliis inhibi expreſſis cauſis per civiles conſtitutiones ſalubritèr fuerit ſtatutum, ut Judices, & alii juſtitiæ Adminiſtratores ſinè quoquo ſuffragio fieri debeant, graviſſimis etiàm injunctis pœnis, qui præmiſſam conſtitutionem transgredi auſi quoquomodò fuiſſent: accepimus tamèn nupèr, non ſine animi noſtri diſplicentia, nonnullos pro conſequendis Officiis, & Dignitatibus juriſdictionis exercitium habentibus pecunias, & alias res ſolvere, & promittere aliquibus Curialibus, quorum interceſſionibus, & favoribus talia Officia, & Dignitates obtinent.

Iure civili cavetur Iudices & alios juſtitiæ miniſtros ſine quoquam ſuffragio fieri debere, ut in auth. ut Iudices ſine, &c.

§.2. Licètque nos pro noſtri Paſtoralis officii debito præmiſſa conniventibus oculis pertranſire nequeuntes, omnem adhibuerimus diligentiam, ut tàm ambitioſi hujuſmodi, quàm pecuniarum hujuſmodi receptores, & ſtipulatores, tàm publicè, quàm ſecretè reperirentur; nihilominùs exindè nihil certi expiſcari hactenùs potuimus.

Papa curavit exhiberi hujuſmodi a[m]bientes, ſed inutilitèr.

§.3. Cupientes igitùr præmiſſis modum aliquem imponere, ac eos, quos civilium pœnarum timor à ſimilibus non coercet, per Canonicas ſanctiones auctoritate Apoſtolica omnino deterreri, & avaritiæ hujuſmodi genus juri, & juſtitiæ hujuſmodi tàm obnoxium de medio tollere, conſtitutionis civilis, ac pœnarum per illas ſtatutarum tenorem, formam præſentibus pro expreſſis habentes.

Modo conſulere cupit.

§.4. Motu ſimili, &c. & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulas leges, conſtitutiones, ſtatuta, & decreta contra delinquentes hujuſmodi, tàm à jure civili, quàm à ſacris Canonibus facta, ac in illis contenta, punitiones, & pœnas quaſcunque in tales inflictas harum ſerie innovamus, eaſque idem robur, eandemque vim obtinere volumus, atque ſtatuimus, quod, & quam habuiſſent, & haberent, ſi hactenùs ad unguem obſervatæ fuiſſent, vèl à nobis per præſentes emanarent.

Undè hac Cõſtit. pœnas omnes in tranſgreſſores inflictas innovat, & confirmat.

§.5. Inſupèr quoquè, ut earum uſus pœnarum multiplicatione ſtabilior efficiatur, hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione, quamque vim legis, etiam inviolabilis habere ſancimus, legibus, conſtitutionibus, ſtatutis, & decretis prædictis præjudicium non inferendo, quinimmò illis addendo, decernimus, & ordinamus, quòd de cæterò perpetuis futuris temporibus nemini cujuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis fuerit, liceat mediante pecunia, vèl ſolutione, & traditione, ac promiſſione aliarum rerum, etiàm per interpoſitas perſonas, aùt aliàs quovis modo faciendas, aliquas Dignitates, & Officia, exercitium, & adminiſtrationem juriſdictionis habentia procurare, aſſequi, vèl obtinere, ac ſi quis his præſentibus contraveniſſe quoquomodo dici, aut cenſeri potuerit, ipſum contravenientem, eo ipſo confiſcationis omnium

Quinimmò alias pœnas hic expreſſas imponit procurantibus, vel obtinentibus media ita pecunia &c. dignitates, & officia.

AMBIENTES, &C. AT DANTES, VEL RECIPIENTES PRO GRATIA VEL JUSTITIA.

nium bonorum, degradationis, & amiſſionis, tàm privilegii doctoratus, quàm quorumcunque per eum obtentorum officiorum, tàm ſæcularium, quàm Eccleſiaſticorum, ac demum ultimi ſupplicii pœnas irremiſſibilitèr incurrere volumus.

Et excuſationem ignorantiæ, non admitti decernit.

§. 6. Cæterùm, ut fraudibus, quæ circà præmiſſa exoriri poſſent faciliùs occurratur, pari modo ſtatuimus, quòd ubicunquè, & quandocunquè compertum fuerit per interpoſitam perſonam aliquas pecunias, ſeù alias res traditas, ſeù promiſſas fuiſſe alicui Curiali familiari, vèl cuicunque alteri perſonæ pro Officiis, & Dignitatibus juriſdictionis adminiſtrationem habentibus, is qui officium hujuſmodi obtinuerit ſe à præmiſſis, attenta interpoſitione perſonæ hujuſmodi nullatenùs excuſare queat: quinimò nulla admiſſà ignorantiæ excuſatione ipſo jure præſumatur ſolutionem, & promiſſionem hujuſmodi de eorum qui Officia, & Dignitates ſimilia obtinuerunt conſenſu, & mandato penitùs eſſe facta, iiſdemque propterea pœnis ſubjacere omninò intelligatur.

Qui officia impetrarunt pœnas incurrant.

§. 7. Poſtremò ne ij qui in præteritum talia Officia, ſeù Dignitates ſolutionibus, ſeù promiſſionibus mediantibus impetraverint, credant ſe per præſentes abſolutos eſſe; eiſdem Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine perpetuò declaramus eos pœnas in tales à jure communi inflictas incuriſſe, & contrà eos ad pœnarum hujuſmodi proſecutionem procedi poſſe.

Solventibusq; aliquid ex cauſa manutentionis, officiorum jam obtentorum, eaſdem pœnas infligit.

§. 8. Eos verò qui ſimilibus mediis aliqua Officia, & Dignitates ſimilitèr jurisdictionis adminiſtrationem habentia obtinent, ſi in futurum quippiam unquàm vigore præcedentium promiſſionum in aſſecutione Officii hujuſmodi factarum ſolverint, ipſo jure, & facto, pœnas in hac noſtra Conſtitutione contentas incurrere, præſenteſque noſtras, tàm eos qui in futurum Officia ſimilia, & Dignitates ſolutionibus, & promiſſionibus præcedentibus obtinebunt, quàm eos qui jàm obtinuerunt, ſi in futurum aliquid manutentionis in eis, aut alia cauſà ſolverint ligare volumus.

Promiſſioneſque deſuper factas annullat.

§. 9. Decernentes contrà præmiſſa quodvis pactum, juramento vallatum, ac inſtrumenta, & aliàs forſan deſupèr editas ſcripturas, minimè in cauſa eſſe poſſe, quominùs ſolvere habentes, ſi pro præmiſſis ſolverint, pœnas præſentibus contentas incurrant. Nos enim pacta, conventiones, promiſſiones, & ſcripturas, ac alia quæcunque quomodolibèt, ut præfertur, inita exindè caſſamus, irritamus, & annullamus, eoſque à juramentis, & aliis nexibus prædictis abſolvimus, necnon præſentes, & deſupèr forsàn conficiendas literas perpetuis futuris temporibus durare, ac omnes, & ſingulos, à data præſentium, irremiſſibilitèr ligare volumus, illaſque nullo unquàm tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, aut ſub quibuſvis revocationibus, & derogationibus comprehendi nullatenùs poſſe.

Clauſulę pręſervativæ.

Clauſula ſublata, & decreta irritans.

§. 10. Sicque per quoſcunque Judices, &c. & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, ſublata, &c. judicari debere, irritum quoquè, &c. decernimus.

Clauſulæ derogativæ ampliſſimæ.

§. 11. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſvis etiam Almæ Urbis, & aliarum Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & locorum, etiam juramento, &c. roboratis, ac Provincialibus, municipalibus, & particularibus ſtatutis, ac legibus, etiam Imperialibus, & in corpore juris ſcriptis, privilegiis quoquè, &c. ſub quibuſcunque tenoribus, &c. etiam motu ſimili, &c. etiam conſiſtorialitèr, &c. quibus omnibus illorum tenores, &c. hac vice latiſſimè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Forma publ. hanc Conſt.

§. 12. Ut autèm præſentium tenor omnibus innoteſcat, nulluſque earum ignorantiàm allegare queat eas in valuis Baſilicæ Principis Apoſtolorum, ac Sancti Joannis Lateranenſis, & in acie Campi Floræ de Urbe publicari mandamus, ipſàſque ſic publicatas, omnes, & ſingulos quos illæ concernunt ita afficere volumus, ac ſi eſſent omnibus perſonalitèr intimatæ.

Sola Signatura ſufficiat.

§. 13. Decernentes quoquè præſentium earundem ſolam ſignaturam ſufficere, & ubiquè fidem facere in judicio, & extrà, regula quacunque contraria non obſtante, ac illarum tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Almæ Urbis Gubernatoris, aut alicujus alterius judicis munitis, eandem prorsùs fidem adhiberi, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel òſtenſæ.

Placet Motu proprio M.

Dat. Romæ, apud S. Petrum, Non. Decemb. an. VI.

XVII. CONSTITUTIO
S. PII PP. V.

Declaratio, & Ampliatio præcedentis conſtitutionis editæ contrà ambientes &c.

Concordantes de materia notavi in præcedenti & infrà in Conſt. 19.

Ed. an. Do. 1571. die 12. Februar. impreſſ. in bull. veteri in 150. pag. 1157. tom. 2., & in antiqu. anno 1579. in 141. pag. 198. p. 2.

PIUS Papa V.. Ad per. rei mem.

Exordium.

CUM NUPER, nè ordo juſtitiæ perverteretur, & ex certis aliis cauſis animum noſtrum moventibus, fuerint confirmatæ omnes, & ſingulæ leges, conſtitutiones, ſtatuta, & decreta contra ambientes Officia juriſdictionis adminiſtrationem habentia, eaque prætio, ſeu promiſſionibus acquirendi tam à jure civili, quàm à ſacris Canonibus facta, ac in illis contenta punitiones, & pœnas quaſcunque in tales inflictas innovaverimus, eaſque idem robur, eandemque vim obtinere voluerimus, atque ſtatuerimus, quod, & quam habuiſſent, & haberent ſi hactenùs ad unguem obſervatæ fuiſſent, vel à nobis emanaſſent: Inſupèrque, ut earum uſus pœnarum multiplicatione ſtabilior efficeretur, per noſtram Conſtitutionem perpetuò valituram, quàm vim legis etiam inviolabilis habere voluimus, decreverimus inter cætera, quod perpetuis futuris temporibus nemini cujuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis fuerit, liceat me-

Tenor Conſt. præcedentis refertur.

Digitized by Google

mediante pecunia, vel ſolutione, & traditione, ac promiſſione aliarum rerum, etiam per interpoſitas perſonas, aut aliàs quovis modo, faciendis, aliquas Dignitates, & Officia exercitium & adminiſtrationem juriſdictionis habentia procurare, aſſequi, vel obtinere ſub graviſſimis pœnis in dicta noſtra conſtitutione, quam hîc de verbo ad verbum pro expreſſa haberi volumus, & mandamus, expreſſis:

Cauſa hujus novæ Conſtit.

Attendenteſque, quod fortè probabilitèr dubitari contingat, an dicta noſtra Conſtitutio comprehendat Recipientes hujuſmodi pecunias, ac res, ac promiſſiones ſibi factas ſtipulantes, ut Officia prædicta exercitium, ac juriſdictionis adminiſtrationem habentia conferri faciant, ac mediatores, & interpoſitas perſonas.

Declaratio, quod dicta Conſt. præcedens ligat, etiàm recipiétes pecunias, pro impetratura officiorum, ac mediatores.

§. 1. Propterea nos motu ſimili, & ex certa ſcientia, & de poteſtatis plenitudine hac noſtra perpetuò valitura Conſtitutione declaramus, & quatenùs opus ſit addendo prædictæ noſtræ Conſtitutioni decernimus, quod dicta noſtra Conſtitutio, ac omnes, & ſingulæ pœnæ in ea expreſſæ perindè ligent, & afficiant omnes, & quoſcumque cujuſvis dignitatis, gradus, conditionis, ac præeminentiæ exiſtant, qui pro hujuſmodi Officiis juriſdictionis adminiſtrationem habentibus conferendis, ac mediatores, & interpoſitas perſonas quaſcunque pecunias, vel alias res, ut ſupra receperint, ac ſi ſupradicti in dicta noſtra Conſtitutione comprehenſi eſſent, & de illis in ea expreſſa mentio facta eſſet.

Clauſulæ præſervativæ.

§. 2. Necnon præſentes, & deſupèr conficiendas forsàn literas perpetuis futuris temporibus durare, ac omnes, & ſingulos à data præſentium irremiſſibilitèr ligare volumus, illaſque nullo unquàm tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, aut ſub quibuſvis revocationibus, & derogationibus comprehendi nullatenùs poſſe.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

§. 3. Sicque per quoſcunque Judices, &c. & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardin. ſublata, &c. Judicari debere, irritum quoque &c. decernimus.

Clauſulæ derogatoriæ.

§. 4. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac quibuſvis etiam almæ Urbis, & aliarum Civitatum, oppidorum, terrarum, & locorum etiam juramento, &c. roboratis, ac provincialibus, municipalibus, ac particularibus ſtatutis, ac legibus, etiam imperialibus, & in corpore juris ſcriptis, privilegiis quoque, &c. etiam motu ſimili, &c. etiàm conſiſtorialitèr, &c. quibus omnibus illorum tenores, &c. hac vice latiſſimè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Forma public. hanc conſtit.

§. 5. Ut autèm præſentium tenor omnibus innoteſcat, nulluſque earum ignorantiam allegare queat, eas in valvis Baſilicæ Principis Apoſtolorum, ac Sancti Joannis Lateranen; & in acie Campi Floræ de Urbe publicari mandamus, ipſaſque ſic publicatas omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt ita afficere volumus, ac ſi eſſent omnibus perſonalitèr intimatæ.

Fides tranſumptorum.

§. 6. Decernentes quoquè præſentium earundem ſolam ſignaturam ſufficere, & ubiquè fidem facere in judicio, & extra, regula quacunque contraria non obſtante, ac illarum tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Almæ Urbis Gubernatoris, aut alterius alii Judicis ſigillatis, eandem prorsùs fidem adhiberi, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

AMBIENTES, &c. ET DANTES, VEL RECIPIENTES PRO GRATIA, VEL JUSTITIA.

Placet Motu proprio M.

Dat.

Dat. Romæ apud S. Petrum pridie idus Februarii an. VII.

XVIII. CONSTITUTIO
SIXTI PP. V.

Contra Officiales Status Eccleſiaſtici dantes participationes proventuum Officiorum pro illis obtinendis, aut retinendis, & contra participationes ipſas Recipientes, ac Barigellos, & alios ultrà eorum ſtipendia aliquid exigentes.

Conſonant Sixti IV. Conſt. 8. Bull. vet. fol. 101. to. 1., quam hîc non habes, & S. Pii V. Conſt., quas habes ſuprà in 16. & 17. Contrà dantes, vel recipientes vid. præcedentes Conſtitutiones, & ſubſequentem Innoc. XII. ubi habes concord.

Ed. an. Dom. 1585. die 15. Octobr. impr. in ſuo bullar. in 15. part. 1. in bull. veter. in 15. p. 1391. to. 2. & materno idiomate penes Choel in Collect.

SIXTUS PAPA V.

Motu proprio &c.

Exordium.

ET SI NOS divina providentia univerſæ Sanctæ Eccleſiæ curæ, licèt immeriti præpoſiti, ea potiùs reſpicere debeamus, quæ majora ſunt, & ſublimiora tangunt negotia, cogimur tamèn paterno quodam affectu, quo eccleſiaſtici Status ſubditos proſequimur, ut ea etiam, quæ minora videntur pro ejuſdem ſtatus felici regimine minimè negligamus.

Cauſa hujus prohibitionis.

§. 1. Siquidèm ad nos pervenit plurimarum Provinciarum, Civitatum, ſeù locorum Centuriones, quos Barigellos appellamus, vel etiam Gubernatores, Poteſtates, Commiſſarii, & Officiales quovis nomine nuncupentur, ut talia Officia adipiſcantur, vel in eiſdem confoveantur diverſis perſonis, etiam quandoque locorum Gubernatoribus ipſis, ſeù eorum, aut legatorum familiaribus de parte ſalarii, & mercedis contribuere, & (ut dicitur) correſpondere, & ſic donationis, ſeù recognitionis, & gratitudinis, vel aliis diverſis titulis, coloribus, & adinventionibus eos participes facere, itaùt quadam ſimoniæ ſimilitudine favores, & gratias hujuſmodi aucupentur, quo fit, ut qui Officia, ſeù adminiſtrationes hoc modo emunt, potiuſquam ad ea eligantur illas paritèr vendere curent, ſubditos noſtros diverſimodè gravando, indebita exigendo, & extorquendo.

Prohibitio recipiendi, & dandi participationes de proventibus officiorum pro illis conſequendis.

§. 2. Volentes igitùr hujuſmodi gravaminibus, & ſordibus obviare omnibus, & ſingulis Officialibus prædictis, tam dantibus, quàm recipientibus diſtrictè præcipimus, & mandamus, ne de cætero talia agere, ſeù tentare præſumant ſub pœna privationis officii, & inhabilitatis ad alia, ac perpetuæ infamiæ, aliiſque pœnis arbitrio ſuperiorum imponendis.

Mandat Cardinalibus, & Gubernatoribus ſuper his inquirere.

§. 3. Mandantes Ven. Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus de latere Provinciarum legatis, necnon earumdem Gubernatoribus, ut

Digitized by Google

Ambientes,&c. et Dantes, vel Recipientes pro Gratia, vel Justitia.

ut omni cura, ac diligentia inter Officiales, & Familiares ſuos inquirant, an talia committantur, quod ſi reos invenerint, puniant intelligentes, quod ſi in hoc negligentes, ſeù remiſſi fuerint, ipſi quicunque ſint noſtræ indignationis effectum non evitabunt.

Prohibitio recipiendi aliquid ultrà debita ſtipendia.

§.4. Præcipimus igitùr eiſdem Legatis, Gubernatoribus, ac Magiſtratibus omnibus, & ſingulis, ut providè, & cum effectu provideant, ut miniſtri, & Officiales hujuſmodi contenti ſint ſuis ſtipendiis, & nullo prorsùs prætextu, etiam quod dicant à ſpontè dantibus recipere, Cives, vel Comitativos moleſtent, ſed taxatis paucis aliquibus, quæ gratis habere ſolent, juxtà cujuſvis Provinciæ, vel Civitatis laudabilem conſuetudinem, ſeù aliàs prout eorum Legatorum prudentiæ, pietati, ac diſcretioni convenire videbitur, ſi quid ultrà debitum aliquis ex militibus, ſeu birruariis receperit, ſi talis non apparuerit, vel ſolvere non poſſet, tantùm de ſalario ipſius Barigelli retineatur, quantùm res ipſa extorta valet, & de eo Domino plenè ſatisfiat, vel alio modo ſatisfactioni provideatur.

Barigelli retineant verum numerum Birruariorum.

§.5. Recenſitis autem in principio cujuſlibet menſis Militibus provideant, ut ſcriptus numerus verè, ac integrè retineatur.

Mercedes juxtà taxam, & ſemel tantùm pro executione jam perfecta recipiant: Taxarum cedula retineatur in omnibus Cancellariis.

§.6. Nec mercedes exequutionum, tam civilium, quam criminalium recipiant, niſi juxta taxam à ſuperioribus prædictis conſtitutam, vel conſtituendam, & nonniſi perfectâ exequutione, & ſemèl tantùm, Cedula ipſa taxarum ubique in omnibus Cancellariis civilibus, & criminalibus affigatur vulgari ſermone deſcripta.

Gubernatores locorum tollant omnes abuſus.

§.7. Et demùm ultrà hæc ipſi legati, Gubernatores, Præſidentes uniuſcujuſque Provinciæ, & Civitatis qualitate, & neceſſitate penſata ea conſtituant, ac ſervari mandent, quibus abuſus prorsùs tollantur, laudabiles verò conſuetudines, Conſtitutiones, ſubditorumque indemnitas, paxque, ac juſtitia conſerventur, in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque.

Dat.

Dat. Romæ, apud S. Petrum Idib. Octobris an. I.

XIX. CONSTITUTIO
INNOCENTII PP: XII.

Confirmatio, Innovatio, & Extenſio Conſtitutionis Alexandri VII. de datis, & promiſſis pro Juſtitia, vèl Gratia apud Sedem Apoſtolicam obtinenda cum inſertione illius tenoris.

Contrà dantes aliquid, vèl promittentes, aùt recipientes prò obtinenda Gratia, vèl Juſtitia apùd S. Sedem Apoſtolicam, ac etiàm contrà Scientes, & non revelantes primò Conſtitutionem edidit An. 1295. Bonifacius VIII. incipien. Excommunicamus, quæ habetur intèr ejus extravagan. Com. lib. 5. tit. de Sentent. Excom., & in Bullar. nov. la 1. pag. 1., quam Conſtit. Gregor. XIII. an. 1574. Non: Novembris confirmavit in ſua Conſtit. Ab ipſa: in Bullar. vet. la 28. pag. 1228. tom. 2., & in nov. la 24. pag. 390. tom. 2., quas hic habes inſertas in illa Alexandri VII.

Utramque Conſtitut. Clemens VIII. in celebri Conſtit. Pro commiſſa de Bono Regimine nuncupat., quàm habes infrà inter Cong. pro bo. regimine erectas §.22. extendidit ad Communitates Status Eccleſiaſtici.

Has omnes confirmavit, innovavit, declaravit, & extendidit Alex. VII. an. 1656. in ſua Conſtitut. Inter graviſſimas, quam hic Pontifex inſerendo illius tenorem, confirmavit, innovavit, ac extendit.

De Ambientibus verò Dignitates, & Officia juriſdictionis adminiſtrationem habentia, eaque pretio, ſeù promiſſione, procurantibus, vel aſſequentibus, aùt aſſecuta manutenentibus habes ſuprà Conſtit. S. Pii V. la 16., & 17. pag 23. & ſeq.

Contra Officiales Status Eccleſiaſtici dantes participationes proventuum Officiorum habes antecedentem Conſtit. Sixti V. ubi concordantes.

INNOC. Ep. Ser. Ser. Dei, Ad perp. rei mem.

Ed. an. Dom. 1699. die 30. Ianuar. impr. Typis R. Cam. Apoſtol. ann. 1700.

Exordium.

SACERDOTALEM, & Regiam Urbem noſtram innumeris Divinæ largitatis muneribus decoratam, quemadmodum intèr omnes per univerſum terrarum Orbem Eccleſias ſollicitudini noſtræ divinitùs demandatas peculiari affectu diligimus; ſic mundam, & immaculatam cuſtodire ſatagimus, ac omni, quo poſſumus, ſtudio laboramus, agnoſcentes profectò, quàm deceat, ut quæ per B. Petri Sedem caput Orbis effecta eſt, exempla bonorum operum in corpus omne diffundat; ibique potiſſimùm charitatis, juſtitiæ, virtutumque omnium ſplendor effulgeat, ubi Divinæ Fidei diſpenſantur oracula, & Chriſtiani viget Sacerdotii principatus.

Alex. VII. Et ante ipſum Bonif. VIII. & Gregor. XIII. Conſt. ediderunt de datis, & promiſſis.

§.1. Quoniàm verò ejuſdem Almæ Urbis, Romanæque Curiæ decori nihil æquè videtur officere; quàm ſi Juſtitiæ, Gratiæque negotia, quæ magno numero in dies ex omnibus Catholicæ Eccleſiæ partibus ad Sedem Apoſtolicam deferuntur, non ea, qua decet, integritate, & ab omni procul avaritiæ ſuſpicione expediantur; propterea fel. rec. Alexander Papa VII. prædeceſſor noſter nonnullorum Romanorum Pontificum, & ſignantèr recol. me. Bonifacii VIII., & Gregorii XIII., paritèr prædeceſſorum, veſtigiis inhærendo, eorumque Apoſtolicas Conſtitutiones hac de re editas innovando, & ampliando, quaſdam ſuas in forma Brevis deſupèr literas promulgavit, tenoris, qui ſequitur, videlicèt:

ALEX. PP. VII. Ad perp. rei mem.

Tenor Cõſtit. Alex. PP VII. de datis, & Promiſsis per extenſum refertur.

Exordium.

§.2. „ INTER GRAVISSIMAS, multipliceſq; „ curas, quæ ex debito paſtoralis officii humilitati noſtræ divinitùs commiſſi „ Nobis aſſiduè incumbunt, illâ peculiari ſtudio amplectimur, ut Juſtitiæ, & Gratiæ expeditiones, quæ apud Sedem Apoſtol. in dies „ obtinentur, eâ, qua par eſt, rectitudine „ peragantur, nec pernicioſo cujuſquam circa illas exceſſu Romanæ Curiæ exiſtimatio „ ullateuùs lædatur, ſed ipſa Curia in omnibus præclara ſemper ſplendeat laude integritatis, & abuſus quicunque ab illa procul „ arceantur. Quapropter operæ pretium facturos Nos exiſtimamus, ſi ea, quæ à nonnullis Romanis Pontificibus Prædeceſſori- „ bus

Digitized by Google

„ bus noſtris ſimili conſilio providè ſancita, „ ſunt, ut in poſterùm firmiùs obſerventur, „ innovemus, illaque declaremus, & extendamus, proùt in Domino arbitramur rationi eſſe conſentaneum.

§.3. „ Dudum ſiquidem emanarunt à fel. „ record. Bonifacio VIII., & Gregorio XIII. „ Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris literæ tenoris, qui ſequitur, videlicèt:

Tenor Cōſtit. Boniſ. VIII. contrà dantes, promittentes, & recipientes pro gratia, vèl juſtitia.

„ EXCOMMUNICAMUS, & anathematizamus „ ex parte Dei omnipotentis Patris, & „ Filii, & Spiritus Sancti, auctoritate quoque „ Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & „ noſtra omnes Clericos, Religioſos, & Laicos utriuſque ſexus, ſivè ſint familiares Curiæ, ſivè alii undecunque, qui aliquod pactum fecerint, ſeù aliquod parvum, vel magnum promiſerint, vèl promiſſionem receperint, aùt ex pacto, ſivè promiſſione occulta, vel manifeſta facta ſub generalibus, „ & plenariè non expreſſis, ſivè ſit ſub ſpecialibus, & expreſſis apertè verbis quicquam „ dederint, aut receperint magnum, vel parvum, vel promiſſionem de quacunque re, „ aut utilitate, proptèr hoc conſequenda fecerint, vèl receperint pro aliqua Juſtitia, ſivè Gratia pro ſe, aùt pro alio in cauſis, vèl „ judiciis, ſeù aliis per literas Apoſtolicas, & „ quibuſcunque modis apud Sedem Apoſtolicam obtinenda.

§.4. „ Et hanc ſententiam ad promittentes, & acceptantes, dantes, & recipientes „ duximus extendendam.

Sanctiones pœnales extendit ad ſcientes, & non revelantes.

§.5. „ Illos quoque, qui aliquem ſciverint culpabilem in prædictis, & Nobis intrà „ dierum trium ſpatium non retulerint, vèl „ alicui, per quem ad Nos verbum fidelitèr „ perferatur, ſimili decernimus ſententiæ „ ſubjacere.

Abſolutionem ſibi reſervat.

§.6. „ Decernimus etiàm, ut nullus hanc „ incurrens excommunicationis ſententiam „ pro prædictis, vel aliquo prædictorum (abſquè ſpeciali mandato) noſtræ abſolutionis „ beneficium valeat obtinere; niſi forsàn ad „ Nos habere acceſſum non poſſet in mortis „ articulo conſtitutus: nèc etiàm ad abſolutionis gratiam admittatur; niſi priùs, quantum dedit, vel recepit, integralitèr pauperibus largiatur.

Et gratiam obtentam annullat.

§.7. „ Juſtitiam verò, ſivè gratiam ſic obtentam nullius prorsùs eſſe momenti volumus, omnique ſtatuimus carère effectu, & „ robore firmitatis.

Scientèr utētes gratia excommunicat.

§.8. „ Sed, & ſcientèr utentes, ipſis ſimili ſententia excommunicationis adſtringimus, & reſervantes Nobis abſolutionem „ eorum cum præmiſſis in omnibus ad pœnas „ ſimiles obligamus.

Tenor Cōſtit. Greg. XIII. d. Bonifacianæ confirmatoriæ.

GREG. Epiſ. Ser. Ser. Dei, Ad perp. rei mem.

§.9. „ AB IPSO Pontificatus noſtri „ principio, quàm maximè „ poſſumus, enitimur, atquè contendimus, ut „ domus, & Curia noſtra à ſordibus expurgentur.

§.10. „ Cui ſalubri conſilio incumbens „ fel. rec. Bonifacius Papa VIII. excommunicavit, & anathematizavit omnes Clericos, „ Religioſos, & Laicos utriuſque ſexus, ſivè „ familiares Curiæ, ſivè undecunque alios, „ qui aliquod pactum facerent, ſeù quid parvum, vèl magnum promitterent, vèl promiſſionem reciperent, aut ex pacto, vèl „ promiſſione occulta, vèl manifeſta, ſivè „ ſub verbis generalibus, & plenè non expreſſis, ſivè ſpecialibus, & apertè expreſſis facta, quicquam darent, aut reciperent pro „ Juſtitia, ſivè Gratia, ſivè pro ſe, ſivè pro „ alio in cauſis, vèl judiciis, ſeù aliàs per literas Apoſtolicas, & quibuſcunque aliis modis apud Sedem Apoſtolicam obtinenda, & „ eam ſententiam ad promittentes, & acceptantes, danteſque, & recipientes duxit extendendam; Illos etiam, qui ſibi intra triduum non renunciarent eum, quem in „ culpa eſſe ſcirent, vèl alicui, per quem ad „ ſe fidelitèr referretur, ſimili voluit ſententiæ ſubjacere; ac decrevit, ut nullus hanc „ incurrens excommunicationis ſententiam „ abſque ſpeciali mandato ſuo, abſolutionis „ beneficium valeret obtinere, niſi in mortis articulo conſtitutus: sèd nec quiſquam „ admitteretur ad abſolutionis gratiam; niſi „ priùs erogatum eſſet pauperibus, quantùm „ ille dediſſet, vèl etiàm recepiſſet, Juſtitiæ „ verò, ſivè Gratiæ expeditiones ſic obtentæ „ nullius prorsùs eſſent roboris, vèl momenti; & ſcientèr illis utentes ſimili ſententia „ innodavit, ac reſervans ſibi abſolutionem „ eorum cum prædictis ad pœnas ſimiles in „ omnibus obligavit.

AMBIENTES, &C. ET DANTES, VEL RECIPIENTES PRO GRATIA, VEL JUSTITIA.

Eandem Bonifacianā confirmat, & ad fautores extendit.

§.11. Sed hoc ſcelus ita hodiè in mores „ inductum eſt, ut plerique cupiditate improbi quæſtus potentiorum ſuffragationibus adnixi, hujuſmodi negotiorum expeditiones hìc, illàc conquirentes, turpiſſimè „ nundinentùr; alii alios, quos gratia præſtare arbitrantur, donis, & pollicitationibus „ ambiant; quidam etiàm ſe talium operam, „ atque induſtriam pretio, & muneribus quæſiſſe effingant; quæ cùm peſſima ſint, & Curiæ prædictæ exiſtimationem graviſſimè offendant, in eos, qui talia agunt, animadvertendum fore arbitrati, Conſtitutionem „ prædictam cum ſuis cenſuris, & pœnis omnibus innovamus, eaſdemque omnes extendimus ad audentes qualecunque horum „ facinorum, quæ adſcripſimus, danteſque „ illis, & aliis ſupradictis auxilium, conſilium, vel favorem.

Pœnas auget.

§.12. „ Quin etiàm eos omnes omni beneficio, & Officio Eccleſiaſtico, & Sæculari, „ ſivè temporali, ſivè perpetuò ipſo jure privamus, ac privatos eſſe declaramus, & „ prætereà infamiæ ſubjectos perpetuò, ac „ inhabiles ad illa, & alia eſſe volumus: A „ quibus etiàm, proùt quæque res erit, tales „ pœnæ exigantur, quæ cæteris ſint exemplo.

Revelantibus impunitatem concedit.

§.13. „ Illis tamèn, qui rem adhùc incognitam, compliceſque, fautores, & ſocios „ retexerint, impunitas concedatur.

Dat. Conſtit. Grego. XIII.

„ Dat. Romæ apud S. Petrum An. Dom. „ 1574. Non. Novembris, Pont. noſt. An. III.

Sequitur tenor conſtitut. Alexand. VII.

§.14. „ Cum autem ſubindè variæ vulgatæ „ fuerint prædictarum Bonifacii, & Gregorii

„ præ-

Ambientes, &c. et Dantes; vel Recipientes pro Gratia, vel Justitia.

prædeceſ. Conſtit. interpretationes, quarum aliquæ ipſarum Conſtitutionum rigorem, non ſinè earum utilitatis diminutione, & boni publici detrimento, contrà eorumdem prædeceſſorum mentem nimiùm relaxant; hinc eſt, quòd Nos omnem, quæ circa præmiſſa in poſterùm enaſci poſſet, dubitationem tollere, & quamcunque ſpeciem, ſuſpicionem, & occaſionem damnatæ per Conſtitutiones hujuſmodi labis à Curia prædicta, quantùm Nobis ex alto conceditur, perpetuò excludere cupientes, Motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine eaſdem præinſertas Bonifacii, & Gregorii prædeceſſorum Conſtitutiones cum omnibus, & ſingulis cenſuris, & pœnis, ac aliis quomodolibèt contentis in illis (ſublata tamèn revelandi obligatione) tenore præſentium perpetuò confirmamus, innovamus, & adversùs quemcunque non uſum, ſeù contrarium uſum, qui quoquomodò prætendi poſſet, reſtituimus, & plenariè reintegramus.

Cauſa exponitur.

Conſtit. præfatas Bonif. & Greg. confirmat.

§. 15. „ Ac in eiſdem Conſtitutionibus caſus, in quibus aliquid promittitur, datur, accipitur, vèl deponitur pro Juſtitia, vèl Gratia, ſivè in ſpiritualibus, ſivè in temporalibus, & mixtis apud Sedem prædictam, & non ſolùm ab ipſo Romano Pontifice, verùm etiàm à quibuſcunque ejus Miniſtris, Judicibus, & Officialibus, etiàm Epiſcopis, & S. R. E. Cardinalibus, & alia qualibet Eccleſiaſtica, vèl mundana dignitate, & auctoritate præditis, & fungentibus, aùt ab aliis gratia, vèl favore pollentibus, etiàm eidem Summo Pontifici conſanguinitatis, ſeù affinitatis gradu quocunq; conjunctis, ſeù attinentibus, etiàm Laicis obtinenda in alma Urbe, aùt in alio quocunque loco, in quo dictam Curiam eſſe contigerit, comprehendi decernimus, & declaramus.

Et eaſdem Conſt. extendit.

§. 16. „ Præterea Conſtitutiones hujuſmodi, non tantùm in actionibus jure naturali, & divino prohibitis, quia malæ ſunt, ſed etiàm in aliis, quæ ideò malæ ſunt, quia jure humano, & prædictis Apoſtolicis Conſtitutionibus, ac præſenti noſtra interdicuntur, locum habere.

§. 17. „ Necnòn mediatores, ſivè immediatos, ſivè mediatos quotquot, & quicunque ſint, & quavis dignitate, præeminentia, auctoritate, favore, conſanguinitate, atque affinitate, ut præmiſſum eſt, polleant, & præfulgeant.

§. 18. „ Ac etiàm promiſſiones, ſeù verba promiſſoria, dationes, & receptiones factas ob bonum finem comprehendere, nec earum diſpoſitionem, ac pœnas evitari poſſe in caſibus, in quibus ceſſet ſuſpicio mali.

§. 19. „ Deindè illos etiàm comprehendere, qui pro aliorum Juſtitia, vèl Gratia quomodolibèt impedienda, vèl differenda aliqnid dant, & recipiunt, vèl deponunt, promittunt, ſeù pollicentur, undè aliis damnum, vexatio, vèl moleſtia quomodocunque inferri, & reſultare poſſet, & mediatores quoſcunque immediatos, ſivè mediatos.

§. 20. „ Inſupèr quæcunque verba, ſeù ſigna, etiàm æquivoca quovis modo apta inducere quamcunque obligationem juſtitiæ, aùt fidelitatis in principali, ſeù mediatore, etiàm ſub titulo remunerationis, vèl gratitudinis à Conſtitutionibus ſupradictis prohiberi.

§. 21. „ Quinimò non licere quicquam promittere, dare, vel accipere quibuſcunq; Judicibus, Miniſtris, Officialibus, & aliis auctoritatem, aut poteſtatem habentibus, nec quibuſcunque mediatoribus pro defenſione juris quæſiti, ſivè executione quærendi, etiam ad redimendam injuſtam vexationem, motu, ſcientia, deliberatione, poteſtatis plenitudine, & tenore prædictis decernimus paritèr, & declaramus.

§. 22. „ Ad hæc dationes, promiſſiones, & acceptationes pro guberniis, vel aliis quibuſcunque officiis, & muneribus etiàm minoribus obtinendis, ſivè pro unica vice, ſivè in ſingulos annos, aut menſes, vel aliter quomodocunque à Conſtitutionibus prædictis interdici; neque Judicibus, Miniſtris, ac Officialibus pro Gratia, vel Juſtitia obtinenda, etiam in his, quæ dependent ab eorum arbitrio, & ad quæ obligatione juſtitiæ non tenentur, quicquam dare, aut promittere, nec ipſis accipere licere.

§. 23. „ Neque etiam permiſſum eſſe Officialibus, vel Miniſtris dictæ Sedis in proviſionibus, ſeù earum occaſione quorumcunque officiorum etiam juriſdictionem, vel ejus exercitium annexum non habentium imponere penſionem ullam, reſponſionem, præſtationem, vel onus, ſeù partem aliquam commodi, vel emolumenti ad ſui, vel alicujus alterius cujuſcunque favorem reſervare abſque expreſſa, & ſpeciali in ſingulis caſibus noſtra, & Rom. Pontificis pro tempore exiſtentis licentia, in ſcriptis in ſingulis caſibus ab utraque parte obtinenda.

De hoc vide præcedentem Cōſt. Sixti V.

§. 24. „ Inſupèr exigentes à partibus, vel aliis intereſſe habentibus, ſeù Agentibus, ac mediatoribus quibuſcunque pollicitationes, promiſſiones, pacta, vel recipientes aliquid ſub aſſertione, quòd Judicum, Miniſtrorum, Officialium, aut Magnatum, ſeù aliorum quorumcunque operam, auctoritatem, vel officia pretio, vel muneribus, aut promiſſionibus hujuſmodi comparaverint, ſeù quæſiverint.

§. 25. „ Necnon pollicitantes, promittentes, offerentes, ac tradere tentantes, licèt pollicitatio, promiſſio, & oblatio non fuerint acceptatæ, neque traditio ſecuta, nullumque habuerint effectum.

§. 26. „ Ac etiam illos, qui, ex eo quòd gratias, & favores ipſis ob familiaritatem, obſequia, ac ſervitia propriis Dominis, vel aliis præſtita debitos, ſeù ab ipſis ſperatos in aliorum cum propria ejuſmodi juris, vel ſpei jactura commodum, & beneficium transferunt, convertunt, & impendunt, pro Gratia, ſeù Juſtitia pro eis obtinenda, aliquid re-

„ cipiunt,

cipiunt, ſub memoratis Conſtitutionibus contineri, illarumque pœnis, & cenſuris ſubjectos eſſe.

Labori mercedem convenientem præſervat.

§.27. „ Pro actuali verò labore, circa expeditionem impetratorum non licere Officialibus, Curialibus, & aliis quibuſcunque recipere, nec illis polliceri, promittere, vel cum eis paciſci, niſi mercedem labori convenientem.

§.28. „ Judicibus autem, Officialibus, & Miniſtris quibuſcunque, quibus incumbit expeditio Gratiæ, vel Juſtitiæ, minimè permitti quidquam recipere, neque illis polliceri, promittere, vel cum eis paciſci ultrà taxas præſcriptas, etiam ratione celerioris, aut facilioris expeditionis.

§.29. „ Quin etiam illicitum eſſe quidquam magnum, vel parvum Judicibus, ac Miniſtris quibuſlibet offerre, promittere, paciſci, ſeù polliceri, dare, vel ipſis recipere mediatè, vel immediatè, etiam quod eorum animum movere non poſſit, pro Gratia, vel Juſtitia obtinenda.

Per ſcientiam ſeù Patientiã Pontificis his Conſtitutionibus non derogatur.

§.30. „ Demùm ſupradictarum Conſtitutionum diſpoſitionem, cenſuras, & pœnas non cenſeri abolitas, vel ſublatas ob ſcientiam, patientiam, ſeù tolerantiam Romani Pontificis per quemcunque etiam longiſſimi temporis curſum, niſi ſpeciali licentia, vel indulto in unoquoque caſu à ſingulis partibus in ſcriptis particularitèr obtinendo fuerint expreſsè remiſſæ, motu, ſcientia, deliberatione, poteſtatis plenitudine, & tenore paribus decernimus, ſtatuimus, & declaramus.

§.31. „ Præfataſque Conſtitutiones, ac cenſuras, & pœnas in eis contentas ad omnes, & ſingulos caſus ſuprà expreſſos, quatenùs opus ſit, extendimus, & ampliamus.

Declarat Cõſtitut. Boniſa. Greg. & Clemen.

32. „ Prætereà eaſdem Bonifacii, & Gregorii Prædeceſſorum Conſtitutiones per alteram piæ mem. Clementis Papæ VIII. prædeceſſoris paritèr noſtri, quæ incipit. Pro commiſſa, anno Dom. 1592. 15. Auguſti editam ad cæteras Ditionis temporalis S. R. E. Civitates, & loca immediatè ſubjecta (præterquàm quoad bona Communitatum) minimè extenſas fuiſſe, neque per hanc noſtram extendi; ſed eos quidem omninò comprehendere, qui in aliis locis ejuſdem Status Eccleſiaſtici, & cujuſvis alteriùs partis Mundi exiſtentes pollicentur, promittunt, paciſcuntur, mittunt, vel dari faciunt per literas, vel mediatores, vel alitèr quomodocunque, & qui ab eis recipiunt contra dictarum Conſtitutionum diſpoſitionem quidquam magnum, vel parvum pro Juſtitia, vel Gratia apud Sedem prædictam obtinenda, declaramus paritèr, & ſtatuimus.

Omnes quavis dignitate prediti hac Conſtit. comprehendit, etiam quoad cenſuras.

§.33. „ Poſtremò tametſi credamus, & ſperemus in Domino nunquàm eventurum, ut aliquis ex Ven. Fratribus noſtris Epiſcopis, Archiepiſcopis, Metropolitanis, Primatibus, & Patriarchis, aut in quacunque alia etiam ſuperiori Eccleſiaſtica quantumvis, ſublimi, & ſpeciali nota digna conſtitutis dignitate in præmiſſis quoquomodo delinquat; quia tamen diligentiam noſtram in removendis ab eadem Curia abuſibus quibuslibet abundare potiùs, quàm in aliquo deficere volumus, etiam Epiſcopos, Archiepiſcopos, Metropolitanos, Primates, ac Patriarchas, cæteroſque in quacunque alia etiam prædictis ſuperiori, ac quantùmvis ſublimi, & ſpeciali nota digna conſtitutos dignitate, etiamſi per noſtras, & Cancellariæ noſtræ Apoſtolicæ regulas cautum ſit, quod illi Conſtitutionibus per Nos editis, & edendis non comprehendantur, nec comprehenſi cenſeantur, niſi in eiſdem Conſtitutionibus facta fuerit ipſorum expreſſa mentio, in prædictis Conſtitutionibus, ut præmittitur, declaratis, & extenſis, ac in præſenti noſtra quoad cenſuras comprehendi, motu, ſcientia, deliberatione, poteſtatis plenitudine, & tenore ſimilibus ſtatuimus.

AMBIENTES, &c. ET DANTES, VEL RECIPIENTES PRO GRATIA, VEL JUSTITIA.

Xenia, eſculẽta, & poculenta non includuntur.

§.34. „ Porrò xenia ſolita, eſculenta, & poculenta, quæ Judicibus, Miniſtris, & Officialibus Romanæ Curiæ exhiberi conſueverunt, præfatis prædeceſſorum noſtrorum literis, ac præſentibus noſtris minimè prohibita fuiſſe, nec prohiberi decernimus.

Conſt. Pii V., quas habes ſuprà la 16., & 17. & alias in ſuo robore conſervat.

§.35. „ Declarantes per præſentem noſtram Conſtitutionem non cenſeri abrogatam Conſt. ſimilis recor. Pii Papæ. V. etiam prædeceſſoris noſtri contra ambientes dignitates, & officia juriſdictionis adminiſtrationem habentia, eaque pretio, ſeù promiſſione procurantes, quæ incipit: Etſi Romani, &c. Non. Decembris, an, VI. ejus Pontif. emanat, ſed illam, ac cæteras ipſius Pii prædeceſſoris, & aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum quorumcunque Conſtitutiones, Ordinationes, Canones, & Decreta in hac materia, vel circa eam hactenùs edita, ac noſtram, & Cancellariæ Apoſtolicæ regulam 67, qua ſtatuimus, ut Officiales Romanæ Curiæ prædictæ nihil exigant ultrà debitum, in ſuo robore remanere.

Has Conſtit. habes ſuprà la 16. & 17.

Clauſulę præſervativæ.

§.36 „ Ac decernentes præſentes literas, & in eis contenta quæcunque, etiam ex eo quòd prædicti, & alii quilibet etiam ſpeciali nota, & expreſſione digni in præmiſſis intereſſe habentes, ſeù habere quomodolibèt prætendentes illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, & auditi, ſeù cauſæ, propter quas eædem præſentes emanarunt, adductæ, verificatæ, aut juſtificatæ ullatenùs fuerint, vel ex alia quacunque quantùmvis juſta, legitima, juridica, & privilegiata, cauſa, colore, prætextu, occaſione, & capite etiam in corpore juris clauſo nullo unquàm tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis noſtræ, ſeù intereſſe habentium, & aliorum quorumcunque conſenſus defectu notari, impugnari, invalidari, reſtringi, limitari, ad viam, ſeù terminos juris reduci, in jus, vel controverſiam revocari, aùt adversùs illas quodcunque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, ſeù etiam motu ſimili conceſſo quempiam in judicio, vel extrà illud uti, ſeù ſe juvare poſſe, neque ipſas præſen-

„ tes

Ambientes, &c. et Dantes, vel Recipientes pro Gratia, vel Justitia.

tes ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium Conſtitutionum, ac declarationum, & extenſionnm revocationibus, limitationibus, ſuſpenſionibus, ſeù aliis contrariis diſpoſitionibus unquam comprehendi, aùt comprehenſas cenſeri, ſed ſemper ab illis exceptas, & quotiès illæ emanabunt, totiès in priſtinum, & validiſſunum ſtatum reſtitutas, & plenariè reintegratas eſſe, & cenſeri, firmaſque, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ac ab omnibus, & ſingulis prædictis, & aliis, ad quos ſpectat, pro tempore quandocunque ſpectabit, cujuſcunque qualitatis, dignitatis, ordinis, gradus, & conditionis fuerint, perpetuò inviolabilitèr, & inconcuſsè obſervari.

Clauſulâ ſublata, & decretum irritans.

§.37. „ Sicque, & non alitèr in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, necnon Curiæ, & Urbis præfatarum, Judices, Officiales, & Miniſtros, & alios quoſlibet quavis auctoritate, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi quid ſecùs ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcientèr, vel ignurantèr contigerit attentari.

Contrariis ampliſſimè derogat.

§.38. „ Non obſtantibus de jure quæſito non tollendo, & quod Cardinales non comprehendantur ſub regulis, & Conſtitutionibus editis, & edendis, niſi in eiſdem facta fuerit ipſorum expreſſa mentio, ac cæteris noſtris, & Cancellariæ præfatæ regulis, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, etiam Conciliaribus, necnon earumdem Urbis, & Curiæ, ac illarum Tribunalium quorumvis, & aliis quibuſlibet etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quavis firmitate roboratis, ſtylis, uſibus, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus: privilegiis quoque, indultis, Motuum propriorum cedulis, Chirographis quorumcunque Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum manu ſubſcriptis, ac literis Apoſtolicis ſub quibuſcunque verborum tenoribus, & formis, ac quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, & aliis efficacioribus, & inſolitis clauſulis, & decretis etiam irritantibus, in genere, vel in ſpecie, etiam motu ſimili, conſiſtorialitèr, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeù quævis alia expreſſio facienda, aùt aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, formas, & occaſiones, ac alia etiam ſpeciali expreſſione digna præſentibus pro plenè, & ſufficientèr expreſſis, inſertis, & ſervatis reſpectivè habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, ac derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Publicatis, &c. tranſumptis fidem præſtari mandat.

§.39. „ Ut autem eædem præſentes literæ omnibus innoteſcant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus, ut illæ, ſeù earum exemplum ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, ac Datariæ noſtræ, Cancellariæ prædictæ, necnon in acie Campi Floræ de eadem Urbe per aliquem ex Curſoribus noſtris, proùt moris eſt, publicentur, & affigantur, quæ ſic publicatæ, & affixæ omnes, & ſingulos perindè afficiant, ac ſi illis perſonalitèr intimatæ fuiſſent.

§.40. „ Quodque illarum tranſumptis etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorsùs fides in judicio, & extrà illud adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. Conſtit. Alex. VII.

Dat. Romæ apud S. M. Majorem ſub Annulo Piſcat. die 2. Maii 1656. Pontif. noſtri an. II.

Sequitur tenor conſtit. Innoc. XII.

Pontifex confirmat, & innovat Conſt. Alex. VII., & in ea contenta.

§.41. Quamvis autèm Conſtitutionis præfatæ tenorem ab omnibus Romanæ Curiæ Judicibus, & Miniſtris religiosè ſervari publicè per ſe pateat, nobiſque maximè compertum ſit, & quamplurimis optimis, integriſque Advocatis, Procuratoribus, Agentibus, Expeditoribus, aliiſque negotiorum Geſtoribus, & Officialibus eadem Curia, miſerante Domino, abundet: nihilominùs ad evitandas fraudes, quæ quandoque eveniunt, eò quia fortaſsè aliqui turpis lucri gratia in Curia moram trahentes, non ceſſant Curiam ipſam apud exteras gentes diffamare cum eorum epiſtolis, notulis, ſeù liſtis, quas tranſmittunt Principalibus, ſeù Correſponſalibus, in quibus petunt pecunias pro muneribus dandis, vèl effingunt munera dediſſe Miniſtris Gratiæ, vèl Juſtitiæ, aliiſque in dicta Conſtitutione Alexandri VII. contentis, de nonnullorum Ven. Fr. noſtrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Rom. Curiæ Prælatorum, quibus id rei examinandum commiſimus, conſilio, hac noſtra perpetuò valitura Conſtitutione præinſertas Alexandri prædeceſſoris literas cum omnibus, & ſingulis cenſuris, pœnis, aliiſque in eis contentis confirmamus, approbamus, & innovamus, ac adversùs quemcunque non uſum, ſeù contrarium uſum, qui quoquomòdo prætendi poſſet, reſtituimus, & plenariè reintegramus.

Et adversùs non, & contrarium uſum reintegrat.

Ac illas extendit.

§.42. Eaſdemque literas, & in eis contenta quæcunque, etiàm quoad cenſuras, & pœnas, omnes, & ſingulos Agentes, Expeditores, Procuratores, cæteroſque Curiales, negotiorum Geſtores, aliaſque perſonas tàm Sæculares, & Eccleſiaſticas, quàm cujuſvis Ordinis, & Inſtituti, etiàm neceſſariò exprimendi, Regulares ad Urbem miſſas, vèl in ea exiſtentes, & pro quibuſcunque exteris, & forenſibus cujuſcunque ſtatus, & conditionis, & quacunque dignitate etiàm maxima, & ma-

jore

jore fulgentibus; etiàmſi ſpeciali, & individua nota digni ſint, etiàm Capitulis, & Religionibus ſuis Juſtitiam, aùt Gratiam procurantes, & Principalibus, ſeù Correſponſalibus ſcribentes, aùt notulas tranſmittentes, ſivè per Nuncium, aùt aliàs quomodolibèt etiàm per interpoſitas perſonas ſignificantes, aùt inſinuantes, ſe pro impetranda Juſtitia, vèl Gratia, aùt poſt earumdem impetrationem, munera tradidiſſe, aùt ea neceſſaria eſſe, ſivè animo reverà munus dandi, ſivè effingendi, & ſimulandi id egerint, etiàm ſub prætextu redimendæ vexationis omninò injuſtæ, & evidentis, etiàm in caſibus, in quibus Principalis rem poſſideat, aùt quòd ſalarium, ſeù honorarium ipſis datum, ſeù promiſſum, aùt aliàs conſuetum labori, ac diligentiæ in negotio adhibitæ minùs reſpondeat, quodque Gratia, aùt Juſtitia publicum Regionis, vel Eccleſiæ bonum reſpiciat, aùt aliis quibuſcumque prætextibus in eadem Alexandri Conſtitutione damnatis, atque rejectis, vèl forſitàn in futurum pro excuſatione allegandis, comprehendere; & ad caſus etiàm, in quibus pro Gratia, vel Juſtitia apud quoſcunque extrà Romanam Curiam ab Apoſtolica Sede, vel ab Ordinariis ejuſdem Romanæ Curiæ Judicibus, aùt etiàm Apoſtolicæ Sedis Nuntiis, Legatis etiàm de Latere, & Prolegatis, ſpecialitèr delegatos obtinenda munera in Curia data, vèl neceſſaria eſſe pro comparandis favoribus apud eoſdem delegatos, vèl literis commendatitiis, tàm antè, quàm poſt obtentam Gratiam, ſivè Juſtitiam, etiàm ſub quibuſcunque modo dictis prætextibus quomodolibèt dictum, ſcriptum, aſſertum, & inſinuatum fuerit, extendi & locum habere harum ſerie decernimus, & declaramus.

Pœnas in cōtravenientes confirmat, & & auget.

§.43. Contravenientes verò ultrà excommunicationis eidem Sedi reſervatæ, privationis cujuſcunque Beneficii, & Officii Eccleſiaſtici, & Sæcularis, temporalis, ſivè perpetui, ac infamiæ pœnas in præfata Alexandri Conſtitutione contentas, etiàm amiſſionis, ſeù extinctionis omnium, & ſingularum penſionum Eccleſiaſticarum forſitàn obtentarum, necnòn falſi, furti, & injuriarum Magiſtratui publico illatarum, tàm jure communi, quàm Apoſtolicis Conſtitutionibus, & Bannimentis generalibus Status noſtri Eccleſiaſtici contentis pœnis teneri, & tanquàm veros fures, & falſarios, ac Magiſtratui injuriam inferentes puniri: Principales verò, & Correſponſales cujuſcunque dignitatis, & conditionis, tàm Sæculares, quàm Eccleſiaſticos, & cujuſvis Ordinis, ſeù Inſtituti Regulares, etiàm vigore quorumcunque privilegiorum ſpecialitèr nominandos, ubilibèt exiſtentes, & pecuniam ſolventes, tranſmittentes, aùt ſolvi, vel tranſmitti mandantes directè, vel indirectè ad effectum dandi munera, vel eorumdem pretium pro Miniſtris Gratiæ vel Juſtitiæ tàm in Curia exiſtentibus, quàm extrà Curiam, ut ſuprà delegatis, nullo ex ſuperiùs rejectis, vel aliàs forsàn ſub quocunque quæſito colore in poſterùm allegandis prætextibus eos excuſante, ultrà pœnas in dicta Alexandri Conſtitutione contentas, etiàm nullitatis ipſo jure Gratiæ, Decreti, Reſcripti, vel Sententiæ, immò & amiſſionis cauſæ, crediti, vel juris, ſuper quo lis agebatur, ac perpetuæ inhabilitatis ad quæcunque Beneficia Eccleſiaſtica etiàm de jurepatronatus Laicorum, & ad alias quaſcunque gratias à Sede præfata in poſterùm obtinendas, incurrere; immò & in ſingulis prædictis caſibus ſolùm conatum ad earumdem pœnarum incurſum ſufficere, etiamſi pecuniæ tranſmiſſæ non fuerint, ſed tantùm notulis, epiſtolis, aut aliàs quomodolibèt à Principalibus in Partibus petitæ, vel ab iiſdem Principalibus reſpectivè oblatæ, omnibus, qui rem adhuc incognitam, compliceſque, fautores, & ſocios retexerint, impunitate conceſſa, ſtatuimus, atque decernimus.

Ambientes, &c. et Dantes, vel Recipientes pro Gratia, vel Justitia.

Pœnas quoad Epiſcop., & Archiep. tantùm confirmat.

§.44. Epiſcopos autem Archiepiſcopos, ſimileſque perſonas pœna dumtaxàt in dicta Alexandri Conſtitutione ſpecificata teneri volumus, & mandamus.

Præmium denunciantibus ſtatuit.

§.45. Revelantibus verò, ſeù denunciantibus, dummodò indicia ſaltem ad torturam, vel ad tranſmittendam inquiſitionem contrà contumaces ſufficientia ſubminiſtraverint, ducentorum ducatorum auri de Camera præmium ex eadem Camera noſtra ſolvendum conſtituimus, & aſſignamus.

Mandat taxari, & ſubſcribi liſtas functionum, & expenſarum prout hic.

§.46. Et ut in poſterùm facilè apparere valeat, quinam ſint illi, qui in talibus notulis, & liſtis excedunt, vel quocunque modo contraveniunt, volumus, & mandamus, ut quilibet Agens, Expeditor, negotiorum Actor, Procurator, ſeù quilibet Curialis, aut quicunque alius, ut ſupra ad Gratiam, vel Juſtitiam in Romana Curia impetrandam utcunque deputatus, etiamſi Eccleſiaſticus, Sæcularis, ſeù cujuſvis Inſtituti etiam neceſſariò exprimendi Regularis, notulas, ſeù liſtas omnium & ſingularum expenſarum, quotiès eas Principalibus, ſeù Correſponſalibus extra Curiam tranſmittet, teneatur propria manu ſubſcribere; & nihilominùs poſt Gratiæ, ſeù Cauſæ per ſententiam, vel Decretum vim ſententiæ habens, aut reſcriptum in quibuſcunque Tribunalibus expeditionem, vel quamcunque concordia, renunciatione, morte Principalis, aut alia quavis cauſa mediante, ceſſationem, exceptis dumtaxat negotiis, quæ in ejuſdem S.R.E. Cardinalium, ſeù aliis Congregationibus extrà folium, ut vocant, perfici ſolent, integram omnium & ſingularum expenſarum per ſe, vel per alios in toto negotii decurſu factarum notulam, iis etiam repetitis, quæ in aliis notulis forsàn ut ſupra tranſmiſſis continebantur, atque etiam ſummam certam pro honorariis ſibi debitis, necnon omnes pecunias à Principalibus, ſeù Correſponſalibus eò uſque habitas clarè & diſtinctè iterum propria manu ſubſcribere, & ad dictos Principales, ſeù Correſponſales tranſmittere, ejuſque copiam integram & uniformem intitulatam duplicatum notæ ſimilis tranſmiſſæ in Partibus ad talem Principalem, ſeù Correſponſalem paritèr propria manu ſubſcriptam intra tres menſes à die expeditionis, ſeù ſcientiæ ceſſationis negotii computandos, Notario Cauſæ, vel Officiali ad hunc effectum in quibuſcunque Gratiæ Tribunalibus ſpecialitèr deputando reipſa exhibere,

& con-

Digitized by Google

AMBIENTES, &c. ET DANTES, VEL RECIPIENTES PRO GRATIA, VEL JUSTITIA.

& conſignare, ſoluta eidem congrua mercede ratione laboris tantùm, per deputatam à Nobis Congregationem, taxanda de pecuniis Principalium, pro quorum indemnitate id agitur, ultrà quam ſub pœnis infraſcriptis nihil ampliùs accipere liceat; ipſi verò Notarii, & Officiales eamdem copiæ, ſeù duplicati exhibitionem in peculiari libro adnotare, ac præfatas copias ſaltèm per decennium conſervare ſecretò, itaùt nemini niſi intereſſe habenti, vel denunciare intendenti, de expreſſa tamen Judicis, ſeù alteriùs Superioris, apud quem negotium actum fuit, licentia oſtendere, ſub pœnis etiam corporis afflictivis, eorumdem Judicum, vel Superiorum arbitrio infligendis, omninò debeant & teneantur.

Pœnas in contraventores ſtatuit.

§.47. Quòd ſi prædictæ perſonæ, ut ſupra ſpecificatæ, notulam, ſeù liſtam à prædicta ab ipſis ſubſcripta diverſam, & diſformem tranſmiſerint ad Principales, vel Correſponſales, vel tranſmiſerint liſtam, ſeù notulam ab ipſis non ſubſcriptam, & in epiſtola ſeparata, vel per Nuncium, aut indirectè quocunque modo alias expenſas, vel partitas addiderint; tùnc ſi partitæ deſcriptæ in notula, ſeù epiſtola ſeparata ſint confictæ, alteratæ, aut falſæ, vel contineant munera data, vel danda Miniſtris Juſtitiæ, vel Gratiæ, ſivè omnibus aliis perſonis expreſſis in d. Conſtitutione Alexandri VII. ultrà omnes alias pœnas ſupra ſpecificatas plecti debere tanquam veros fures, falſarios, & injuria afficientes Magiſtratum reſpectivè pœnis furti, falſi, & ſimilibus in jure, Conſtitutionibus Apoſtolicis, & Bannimentis generalibus Status noſtri Eccleſiaſtici ſtabilitis contra veros fures, falſarios, & injuria afficientes Magiſtratum juxta qualitatem partitæ, vel ſummæ alteratæ, falſæ, vel confictæ: ſi antem partitæ ſint veræ, & non de prohibitis, non tamen deſcriptæ in duplicato in actis exhibito ut ſupra; tunc tanquàm contravenientes huic Conſtitutioni plecti poſſe pœna arbitraria etiam corporis afflictiva, ultrà amiſſionem crediti arbitrio Judicis ut ſuprà, ad quem effectum eaſdem notulas, ſeù liſtas, aùt etiam epiſtolas reorum manu ſubſcriptas pro plenis probationibus habendas eſſe, vel in earum defectum probationes illas, quæ pro crimine Simoniæ evincendo de jure ſatis eſſent, ſufficere ſtatuimus, atque decernimus.

Facultas recurrendi contrà delinquentes.

§.48. Itaquè omnibus & quibuſcunque, quos ad Romanam Curiam deinceps pro Gratia, vel Juſtitia conſequenda recurrere ex qualibet Mundi parte contigerit, liberum erit inpoſterùm & expeditum, fidelem, exactamque omnium pecuniarum à ſe in præfatis negotiis impenſarum, & impendendarum rationem mediantibus notulis ut ſupra præſcriptis exigere, ac ubi in iis aliquid pro muneribus in præinſerta Alexandri Conſtitutione prohibitis adnotatum repererint, certò ſe à ſuis Actoribus, ſeù Procuratoribus deceptos & fraudatos agnoſcere, adeoque à tranſmittendis pecuniis abſtinere, ſique ſe in præfatis notulis quovis modò gravatos præteuderint, apud Judicem, ſeù Miniſtrum Cauſæ, vel Gratiæ, ſeù ad alium, quem maluerint ejuſdem Romanæ Curiæ Judicem Ordinarium (qui etiam ex officio, & per inquiſitionem procedent) etiam mediante Procuratore noſtro Fiſcali generali, cui, ſuppreſſis Principalium nominibus, agendi facultatem concedimus, inſtare pro juſtitia conſequenda, & prædictarum pœnarum executione.

Et procedendi contrà eos, etiam per inquiſitionem.

Clauſulæ præſervativæ ampliſſimæ.

§.49. Decernentes præſentes literas, & in eis contenta quæcunque, etiam ex eo quod in præmiſſis intereſſe habentes, ſeù habere quomodolibèt prætendentes, illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, & auditi, ſeù cauſæ, proptèr quas eædem præſentes emanarunt, ſufficientèr adductæ, verificatæ, aut juſtificatæ non fuerint, vel ex alia quantùmvis legitima, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite etiam in corpore Juris clauſo nullo unquam tempore de ſubreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis noſtræ defectu notari, impugnari, reſtringi, limitari, ad viam, ſeù terminos juris reduci, aut adverſùs illas quodcunque juris facti, vel gratiæ remedium impetrari, ſeù etiam Motu proprio conceſſo quempiam in Judicio, vel extra illud uti, ſeù ſe juvare ullo modo poſſe: ſed ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ac ab omnibus, & ſingulis prædictis, & aliis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunque ſpectabit, cujuſcunque qualitatis, dignitatis, ordinis, gradus, & conditionis extiterint, perpetuò, & inviolabilitèr obſervari; ſicque per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiàm Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiàm de latere Legatos, necnòn Curiæ, & Urbis præfatarum Judices, Officiales, & Miniſtros, & alios quoslibet quavis authoritate, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublatis eis, & eorum cuilibèt quavis alitèr judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi quid ſecùs ſupèr his à quoquam quavis auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

Ordinariis, & Legatis præcipit publicari, & exequi.

§.50. Quocircà univerſis, & ſingulis locorum Ordinariis per quaſcunque Provincias, & Regna Chriſtiani Orbis conſtitutis, & quibuſvis noſtris, & Sedis Apoſtolicæ etiàm de latere Legatis, ac Vicelegatis præcipimus, & mandamus, ut in ſuis quiſque Civitatibus, Diœceſibus, Provineiis, & locis præſentem noſtram Conſtitutionem publicari, & inviolatè obſervari curent, & adverſùs contravenientem, ſivè Clericos, ſivè Laicos quacunque dignitate fungentes, tanquàm injuriantes, & infamantes Curiam Eccleſiaſticam Romani Pontificis, ſivè etiàm Capitulares, ſervata forma à Concil. Trid. præſcripta, immò etiàm cujuſvis Ordinis, aùt Inſtituti etiàm neceſſariò exprimendi Regulares, aut aliàs quomodolibèt exemptos, & contrà Abbates, ſivè alios quoſcunque Prælatos jura quaſi Epiſcopalia habentes cum territorio ſeparato, ii, qui viciniores fuerint tanquam noſtri, & Sedis Apoſtolicæ in hac parte ſpecialitèr delegati per viam accuſationis, vel denunciationis, aut inquiſitionis, & ex mero officio, prout eis videbitur, procedant, reoſque culpabiles repertos condignis pœnis, ut ſuprà afficiant, invocato

etiàm

etiàm, ſi opus fuerit, auxilio *Brachii Sæcularis.*

Derogatio contrariorũ.

§.51. Non obſtantibus de jure quæſito non tollendo, ac cæteris noſtris, & Cancellariæ Regulis, aliiſque Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis etiam Conciliaribus, necnon earumdem Urbis, & Curiæ, earumque Tribunalium, & aliis quibuſlibet, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, aut alia quavis firmitate roboratis ſtatutis, conſuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, ac literis Apoſtolicis, ſub quibuſcunque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, & aliis efficacioribus, & inſolitis clauſulis, & decretis etiam irritantibus, in genere, vel in ſpecie, etiam motu ſimili, & conſiſtorialitèr, ac aliàs quomodolibèt in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeù quævis alia expreſſio facienda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, formas, & occaſiones, ac alia etiam ſpeciali expreſſione digna præſentibus pro plenè, & ſufficientèr expreſſis, inſertis, & ſervatis reſpectivè habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, ac derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Publicari mãdat.

§.52. Ut autem eædem præſentes literæ omnibus innoteſcant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus, ut illæ, ſeù earum exemplum ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, ac Datariæ noſtræ, Curiæ generalis, & Cancellariæ prædictæ, nec non in acie Campi Floræ de eadem Urbe per aliquem ex Curſoribus noſtris, proùt moris eſt, publicentur, & affigantur, quæ ſic publicatæ, & affixæ omnes, & ſingulos perindè afficiant, ac ſi illis perſonalitèr intimatæ fuiſſent.

Fides Tranſumptorum.

§.53. Quodque illarum tranſumptis etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorsùs fides in Judicio, & extrà illud adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sanctio pœnalis.

§.54. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis infringere, vèl ei auſu temerario contraire. Si quis autèm hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat.

Dat. Romæ apud S.M.Majorem an.D.1699. die 30. Jan. Pont. noſt. an. IX.

B.Card.Prodatar. I.F.Card.Albanus.

Viſa de Curia C. A. Fabronus.

Phil. Porta.

Regiſtrata in Secr. Brevium.

Loco ✻ Plumbi.

Annona, & Graſcia.

XX. CONSTITUTIO CLEMENTIS PP. VII.

Annona.

Quoad Agriculturã, & ejus Privilegia.

De Agriculturam exercentibus, eorumque privilegiis.

Confirmant, & ampliant Privilegia hæc Sanctus Pius V in Conſt. Cupiẽtes, & Clem. VIII. in Conſt. Inter multiplices, quas habes in ſeqq., & attende Conſt. Paul. V. Paſtoralis, infrà la XXV.

CLEM. Epiſ. Ser. Ser. Dei ad per. rei. mem.

Ed. an. Dom. 1523. 20. Feb. in bull. nov. la ſ. 10. 1. in vet. la 4. pag. 183. eod. tom.

AD SACRAM Petri ſedem, meritis licèt imparibus, divina diſpoſitione vocati, continua meditatione urgemur, ut juxta commiſſi nobis paſtoralis officii debitum, circa ea, per quæ almæ Urbis noſtræ, in qua ſedes ipſa dinoſcitur collocata, proſperitati, illiuſque incolarum, & ad eam confluentium perſonarum commodo, & neceſſitati opportunè conſuli poſſit, ſollicitis ſtudiis intendamus, ac incolarum, & perſonarum earundem diſpendiis, congruentibus remediis occurramus, proùt temporum qualitate maturè penſata, conſpicimus in Dominio ſalubritèr expedire.

Exordium.

Sixt. IV. cujus Conſt. hic non habes, licentiam omnibus conceſſit, colendi tertiam partem agrorum, &c. ad quoſcunque ſpectan. habita licentia &c.

§.1. Sanè licèt dudum fe.rec. Sixtus PP. IV. prædeceſſor noſter attendens, quod à pluribus tunc retroactis annis omnis regio dictæ almæ Urbis finitima, frequentèr habuerat ſteriles frumenti, & bladorum proventus, cum gravi populorum in ea degentium jactura, & afflictione, & conſiderans id prætèr, & ultrà cœli naturalem curſum, & diſpoſitionem, potiſſimè etiam provenire ex raritate culturæ agrorum, qui proptèr aliquem fortè majorem utilitatem, indè provenientem, eorum Domini potiùs ſervabantur inculti, ut eſſent in paſcua animalibus brutis, quàm colerentur, aut coli ſinerentur in alimentum, & ſuſtentationem hominum, per ſuas literas ſtatuerat, & ordinaverat, quod ex tùnc, deincèps perpetuis futuris temporibus liceret omnibus, & ſingulis agros arare, & colere volentibus in prædictæ Urbis noſtræ territorio, & Patrimonii B. Petri in Tuſcia, ac Campaniæ maritimæ, rumpere, & arare, ac colere, aliis debitis, & conſuetis temporibus, tertiam partem uniuſcujuſque tenimenti, ſeù tenutæ, quam eligendam duceret, tàm ad quævis Monaſteria, Capitula, ſeù alias Eccleſias, & pia loca, quàm ad quaſvis privatas, & particulares perſonas cujuſvis ſtatus, vel conditionis ſpectantes, & pertinentes, petita tamen, licèt non obtenta, eorum, ad quos ſpectaret licentia, dummodò Judicum tunc deſupèr deputatorum, ſeù alicujus eorum auctoritas interveniret.

Hoc declaratur hic infr.

§.2. Et mandaverit propterea omnibus, & ſingulis tenimentorum, ſeù tenutarum hujuſmodi Dominis, tàm eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus cujuſvis ſtatus, vel conditionis exiſterent, & quavis dignitate præfulgerent, ut abſque ulla prorsùs reſiſtentia ſinerent omnes, & ſingulos colere volentes, tenutas ipſas pro eorum arbitrio, & voluntate, juxtà ſtatuti hujuſmodi tenorem, & formam rumpere, & arare,

ANNONA.

Quoad Agriculturā, & ejus Privilegia.

re, nullum omninò eis, aùt alicui eorum, vel ipſorum famulis, & miniſtris, per ſe, aut alios impedimentum, aut moleſtiam inferentes: Voluerìtque tàm ſuper tempore rumpendi, quàm ſuper electione tertiæ partis hujuſmodi tenutarum, quæ arari deberet, ac reſponſione pro arata, & culta parte Dominis facienda, & ſupèr aliis quibuſcunque differentiis, & controverſiis, ſi fortè aliquas differentias, ſeù controverſias ſupèr iis quovis modo oriri contingeret inter eos, qui arare, & colere vellent, & quorum tenutæ ararentur, præcipuè ſuper damnis, & intereſſe, ſi quæ forsàn illo primo anno prætendere poſſent prædicti Domini tenutarum, ſeù eorum conductores ſe ex inſperato eorum cultu pati, utraque pars præfatorum Judicum, aut duorum ex eis judicio, & determinationi ſtare, & acquieſcere tenerentur, neque poſſent, aut deberent ſe mutuo ſuper hujuſmodi, aut quibuſvis aliis differentiis ex hujuſmodi ſtatuti tenore quovis modo provenientibus coram quibuſvis aliis Judicibus convenire, aut Judices ipſi, quacunque etiàm poteſtate, & auctoritate fungerentur, eos audire, vel ſe de ipſis controverſiis impedire, & ſi ſecùs forsàn actum foret, id totum irritum, & inane, ac nullius roboris, vel momenti eſſe decreverit.

Differentias oriundas, Iudices deputati privativè cognoſcant.

§.3. Et deindè piæ mem. Julius Papa II. etiàm prædeceſſor noſter literas prædictas per quaſdam innovaverit, & quamvis ex proviſione ſua hujuſmodi plurimi agriculturæ ſe dediſſent, & in territorio dictæ Urbis, & aliis locis circumvicinis magna frumenti, & aliorum bladorum quantitas colligeretur, & ex illa dictæ Urbis neceſſitatibus abundantèr ſubveniri poſſet, quia tamèn Barones, & Domicelli dictæ Urbis, Domini temporales Oppidorum circumvicinorum eorum ſubditis, ne frumentum, & alia blada ad dictam Urbem deferre præſumerent, interdicebant, & ab eiſdem ſubditis, qui non ſine magnis ſudoribus illud recolligerent, vili pretio habere, illudque eis, cum frumentum aliis cariùs vendidiſſent, perſolvere nolebant, ab agriculturæ hujuſmodi laudabili, & perneceſſario exercitio, in animarum ſuarum periculum, & incolarum Urbis, & Curialium hujuſmodi non modicum præjudicium, & gravamen deſiſtere compellebantur, idem Julius prædeceſſor Motu proprio, & ex certa ſcientia, per alias ſuas literas omnes, & ſingulos Barones, & Domicellos Romanos, ac quaſcunque alias perſonas, tam eccleſiaſticas, quàm ſæculares, oppida, terras, & villas infra quinquaginta milliaria à dicta Urbe poſſidentes, ab eorum ſubditis frumenta, & blada, præterquam pro uſu, & neceſſitate victus domus eorum, emere, & ad dictam Urbem deferri interdicere, & prohibere, aut illa ad alia loca, quàm ad eandem Urbem abſquè ſpeciali ſua, ſeu Cameræ Apoſt. ſibi nota licentia deferre præſumentes, ac in præmiſſis auxilium, conſilium, vel favorem publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, quovis quæſito colore præſtantes, cujuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis, etiam ſi Cardinalatus honore fulgentes forent, requiſierit, & monuerit, eiſque diſtrictè præcipiendo mandaverit, quatenùs infra quindecim dierum ſpatium, poſtquàm poſteriorum literarum prædictarum notitiam haberent, videlicet Communitates, & Univerſitates, ac Barones, & alii in præmiſſis auxilium, & favorem præſtantes, ab emptionibus, & prohibitionibus, ac interdictionibus hujuſmodi, extunc deincèps penitùs, & omninò deſiſterent, alioquin lapſis dictis quindecim diebus, Barones, ac Communitatum, & Univerſitatum ſingulares perſonas, & alios auxilium, conſilium, vel favorem præſtantes, extunc, prout ex ea die, & è contra excommunicationis ſententiam, à qua ab alio, quàm R. Pontifice, & facta de eo ſpeciali, & expreſſa mentione, præterquàm in mortis articulo conſtituti, & prævia ſatisfactione, abſolvi nequirent, innodaverit; Archiepiſcopos verò, Epiſcopos, & alios Prælatos ſuſpenderit à divinis, & nihilominùs, ſi aliqui ex prædictis Baronibus, & alii Civitates, Oppida, & terras in Feudum, ſeu in Vicariatum, aut aliàs, quovis titulo obtinentes, lapſis aliis extunc ſequentibus quindecim diebus à præmiſſis non deſiſterent, dominio dictorum Feudorum omninò, & penitùs privaverit, Fiſcoque Apoſt. Cameræ applicaverit, & eorum Civitates, Terras, Oppida, & Villas eccleſiaſtico ſubjecerit interdicto ipſo facto, quod niſi prævia ſatisfactione relaxari per alium, quàm per ipſum Julium prædeceſſorem interdixit, & prohibivit.

Iul. II. cujus Conſt. hic non hab. innovavit Cōſt. Six. IV., Baronibuſq; & aliis mandavit, ne interdicerēt eorum ſubditis delationem frumentorum ad Urbem, neque illos inducerent ad vendend. eis, ut cariùs revenderent.

Quod confirmat Pius V. in Conſt. ſeq.

Illiſq; & eorū fautoribus pœnas hic expreſſas impoſuit.

§.4. Si vero ultrà ſemeſtre dictos ultimos quindecim dies immediatè ſequentes in eorum pravo propoſito, & duritia obſtinatè perſeverando mandatis ſuis hujuſmodi non parerent, ſed parere contemnerent, extunc ipſo jure omnibus, & ſingulis Civitatibus, Oppidis, Terris, Villis, Feudis, & juribus, quæ à Romana, & aliis Eccleſiis, aut aliàs obtinebant, vel recognoſcebant, eadem auctoritate privaverit, & ad illa, & alia obtinenda perpetuò inhabilitaverit, privatoſque, & inhabiles eſſe, ac Civitates, Oppida, Terras, Villas, & jura hujuſmodi Cameræ Apoſt. pleno jure incorporata decreverit, & declaraverit, prout in eiſdem literis pleniùs continetur.

§.5. Et in ipſa Urbe in præſentiarum proptèr multiplicationem, & augumentum illius incolarum, habitatorum, major copia frumenti, quàm anteà notoriè ſit neceſſaria, nihilominùs exercitium artis agriculturæ, & colendorum agrorum hujuſmodi in regione dictæ Urbis finitima, & illius territorio prædictis ultrà medietatem ab eo, quod ante viginti annos exiſtebat, diminutum fuerit, & cultus exercendæ agriculturæ hujuſmodi, etiàm docente experientia rerum magiſtra, propter multitudinem vaccarum rubearum in eodem territorio exiſtentium, in dies prætermittatur, & ars ipſa quodammodo pereat, quo fit, ut in dicta Urbe frumenti penuria invaleſcat.

§.6. Nos conſiderantes terram præfatæ Urbi finitimam, qua illius Domini ad paſcua multorum animalium utuntur, ſub iſto cœlo fœcundam exiſtere, & convenientius fore, ut terra ipſa vomere, & aratro ſcindatur, & aretur

aretur, ac potiùs ſemen ex ea ad uſum hominum, quam fœnum, quod ſua ſpontè ad uſum animalium produxit, recolligatur, & quod ex cultu agriculturæ hujuſmodi homines ad laborem nati in exercitio honeſto ſe poterunt exercere, & aer ſalubrior reddetur, & non ſolum dictæ Urbi, & illius incolis, & in Curialibus, ac cæteris hominibus in terris S.R.E. ſubjectis de frumento neceſſario provideri, verumetiàm illud per mare ad alias nationes grano indigentes deferri poterit.

Cauſæ iſtius Conſt.

§.7. Ac propterea volentes artem agriculturæ, & colendorum agrorum hujuſmodi in priſtinum ſtatum reſtituere, ac rei frumentariæ in dicta Urbe opulentiæ providere, & futuræ illius penuriæ obviare, Motu proprio, non ad alicujus ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, literas Sixti, & Julii prædeceſſorum hujuſmodi, ac in eis contenta quæcunque, ita ut tertia pars omnium tenutarum, & poſſeſſionum, & caſalium, tam in territorio, & Patrimonio, ac Campania maritima prædictas, quam citra Urbem infra viginti miliaria conſiſtentium, tam ad Eccleſias, Monaſteria, & Hoſpitalia quæcunque, ac Cameram Apoſt., quàm Barones, Domicellos, & Cives Romanos, ac forenſes cujuſcunque dignitatis, & conditionis, etiam ſi Prælati, Commendatarii, vel etiàm S.R.E. Cardinales fuerint, aut eorum Domini quacunque alia dignitate tàm eccleſiaſtica, quàm mundana, & temporali fulgeant, quomodolibet pertinentium, abſquè ulla exceptione, vel prohibitione ſingulis annis pro frumentis ſerendis, recolligendis, ſcindi, arari, & coli poſſit, & debeat, à die publicationis præſentium, liceat unicuique tenutas, poſſeſſiones, & caſalia prædicta ad tenutas, & poſſeſſiones ipſas pro futuro anno rumpendum, & colendum ingredi: ſic tamèn, quod ſi Domini earundem tenutarum, & poſſeſſionum illas pro dicta tertia parte colere, vel per alios coli facere voluerint, dummodò frumenta in illis recolligenda ad dictam Urbem deferantur, non liceat aliis in eorum caſalibus aliquid innovare, aut illorum poſſeſſiones colere, ſed eiſdem Dominis tenutas, & poſſeſſiones ipſas colere nolentibus, liceat aliis civibus, vel mercatoribus Urbis habitatoribus, vel quibuſvis aliis perſonis tertiam partem tenutarum, & poſſeſſionum hujuſmodi in quolibet caſali, pro eorum arbitrio, & ubi eis meliùs videbitur, abſque aliqua prohibitione, & impedimento, ſub poena quingentorum ducat. auri Cameræ Apoſt. applicandorum pro qualibet vice per prohibentes, vel impedientes eo ipſo incurrenda, rumpi, arari, & coli facere, ita ut cultores ipſi cum dictis poſſeſſionibus paſcuare pro paſcendis bobus laborantibus neceſſarium habeant, & laboratores illo indigentes, eaſdem poſſeſſiones pro paſcularibus reſervatas, quolibet anno à principio menſis Auguſti cuſtodiri, & culturas eligendas in principio menſis Januarii, vel poſt, prout eiſdem commodiùs, & opportunius videbitur, rumpi, & arari facere poſſint, nec pro intratura pro rubro terræ aliquid, vel tantum pro quolibet rubro terræ laboratæ in pecunia, ſed ſolum, & duntaxat de tenutis, poſſeſſionibus, & caſalibus infra octo miliaria ab ipſa Urbe conſiſtentibus, quintam partem frumenti, vel bladorum recollectorum in dicto territorio fidelitèr, & more boni coloni in frumento bono, & recipienti, ac mercantili arbitrio Conſulum ſolvere teneantur.

Pontifex iſte confirmat, & extendit, ut hic Côſt. Six. IV. & Jul. II.

Declarat dictam extenſionem.

Annona;

Quoad Agriculturã, & ejus Privilegia.

§.8. Et pro tenutis, poſſeſſionibus, & caſalibus in eodem territorio ab octo miliaribus ultrà diſtantibus ab Urbe, uſque ad quindecim, vel ſexdecim miliaria, ſimilitèr de ſeptima parte frumenti recollecti pro quolibèt rubro, modo, & formâ præmiſſis, reſpondere debeant, ſic tamen quod ſub tenutis, & poſſeſſionibus prædictis non comprehendantur, nec comprehenſa cenſeantur, quoad reſponſionem ſeptimæ partis fructuum tenutæ, & poſſeſſiones in Latio, & Campania maritima conſiſtentes, pro quibus, proptèr faciliorem earum culturam, & multitudinem laboratorum de quinta parte fructuum reſpondetur, & in quibus conſuetudo hactenùs ſervari ſolita ſervetur, & ſi contingat illas per aliquos præſentium vigore laborari, reſponderi debeat modo præmiſſo, ac pro tenutis, & poſſeſſionibus ultrà dicta xvj. miliaria citra, & ubicunque conſiſtentibus (dummodò non ſint loca vicinia fluminum Tyberis, in quibus conſuetudo loci, quoad reſponſiones ſervetur) cultores illorum Dominis ſeorum decimam partem frumenti, & bladorum, quæ in illis ſic cultivatis, & laboratis excreverint, reſpondere teneantur, exceptis Dominis illarum eas colere volentibus, qui aliis præferantur, dummodò blada ipſa etiam illa, de quibus daretur tracta, ad Urbem prædictam deferantur, ac per flumen, & fauces Oſtiæ extrahantur, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium innovamus, ac vim, & vigorem perpetuò habere, viribuſque ſubſiſtere, & obſervari debere decernimus.

Reſponſiones quas coloni dare debent Dominis, Tenutarum, & agrorum, determinat.

§.9. Et nihilominùs pro potiori cautela præmiſſa omnia de novo modo ſupradicto, ac quod cultores præfati cum animalibus, bobus, & equabus neceſſariis ab omni repręſalici receptione, & retentione, tàm in Urbe, quàm extrà, liberi, & exempti exiſtant, nec occaſione alicujus debiti, vel obligationis etiam in forma dictæ Cameræ, & Ripæ, & Ripettæ moleſtari, capi, pignorari, nec eorum animalia, vel frumenta tolli, pignorari, ſeù auferri poſſint: Et quotieſcunquè precium frumenti in præfata Urbe non excedet decem, & octo Julios, pro quolibet Rubro ad menſuram majorem, Pala batuta nuncupatam, debeat dari cuilibet mercatori tracta quinquaginta Rubrorum pro quolibèt aratro, cum ſolutione tractæ duorum Juliorum pro Rubro, & non ultrà, de quibus unus Julius cum dimidio dictæ Cameræ, medius verò Julius pro quolibet rubro Militibus ſancti Petri cedat, quæ quidem tracta dari debeat pro una, tempore recollectionis frumentorum, & pro alia medietatibus in feſto Nativitatis D. noſtri Jeſu Chriſti, & interim tractæ dari non debeant aliis, donèc ipſi eorum frumenta vendiderint, vel navigio ad alia loca deferri fecerint.

Exemptio à repræſaliis, & moleſtationibus, pro debitis.

Quod confirmavit S. Pius V. infrà Conſtit. ſeq.

Annona.

Quoad Agriculturã, & ejus Privilegia.

Tractæ frumentorum quando, quomodo, & à quibus dari debeant.

§.10. Poſſint tamen dari tractæ per ad id deputatos pro majori ſumma, quando eſſet major abundantia, eorum arbitrio, ita quod in Urbe ipſa, propterea penuria non proveniat, juxtà voluntatem noſtram, & ſucceſſorum noſtrorum Rom. Pontificum pro tempore exiſtentium, & diſcretionem executorum infraſcriptorum.

Locationes Caſalium ad longum etiã tempus annullat.

Vaccarum rubearũ armẽta prohibet.

§.11. Ac quod liceat habentibus locationes caſalium, etiam ad longum tempus, ab Eccleſiis, & Monaſteriis Urbis, vel Hoſpitalibus hujuſmodi renuntiare in perpetuum dictis locationibus, quas in hujuſmodi eventum caſſamus, irritamus, & annullamus, ad effectum præmiſſum, nec teneantur ad ſolutionem alicujus ſummæ ultrà tempus, quo tenutas, poſſeſſiones, & caſalia hujuſmodi tenuerunt, & illorum fructus perceperunt, nec liceat alicui habere armentum vaccarum rubearum in dicto Urbis territorio infra decem miliaria, excedens centum, & vigintiquinque vaccas ad plus.

Præferuntur Romani, & Incolæ Urbis

§.12. Quodque in tenutis, poſſeſſionibus, & caſalibus Civium Romanorum laicorum illas colere, & agriculturam exercere volentium, non poſſint alii forenſes laborare, ſed ſolùm, & dumtaxàt alii Cives Romani, de quibus Domini illorum contentantur, & alii habitantes in dicta Urbe artem prædictam exercere volentes, dummodò tenutæ, & poſſeſſiones ipſæ pro dicta tertia parte cultiventur, & laborentur, auctoritate, & tenore prædictis ſtatuimus, & ordinamus.

Prohibet impedimenta quæcumque dari Cultoribus.

§.13. Diſtrictius inhibentes omnibus, & ſingulis tenutarum, ſeù poſſeſſionum, & caſalium prædictorum Dominis, tàm eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus cujuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtentibus, quavis dignitate præfulgentibus, ne tenutas, & poſſeſſiones ipſas colere volentibus, ſeù eorum miniſtris, & famulis præfatis, per ſe, vel alium directè, vel indirectè impedimentum, vel moleſtiam aliquam inferre quoquomodo præſumerent, ſed eos abſquè ulla prorsùs reſiſtentia tenutas, & poſſeſſiones prædictas pro eorum arbitrio, & voluntate, juxtà prædictarum, & præſentium literarum tenorem, rumpere, & arare permitterent.

Prohibitiones Iulii II. contr. Barones emẽtes frumenta ultra uſum familiæ, aut blada ad Urbem deferri interdicentes, innovat.

§.14. Et nihilominùs præfatos Barones, & Domicellos Romanos, ac quaſcunque alias perſonas, tàm eccleſiaſticas, quàm ſæculares, cujuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtentes, etiàm Cardinalatus honore fulgentes, oppida, terras, & villas in dicto territorio poſſidentes, requirimus, & monemus, eiſque diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenùs ab eorum ſubditis frumenta, & blada, præterquàm pro uſu, & neceſſitate victus domus eorum, ut præfertur, emere, & ad dictam Urbem deferri interdicere, & prohibere, aut illa ad alia loca, quàm ad eandem Urbem abſque ſpeciali noſtra, ſeù Cameræ prædictæ nobis nota licentia deferre, aut in præmiſſis auxilium, vel conſilium, aùt favorem publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, quovis quæſito colore præſtare ulteriùs præſumant.

§.15. Alioquin ſi contrafecerint, ex nùnc, prout ex tùnc, & contrà ipſos omnes, & ſingulos excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, privationis, inhabilitatis, applicationis, & incorporationis, ac alias cenſuras, & pœnas in poſterioribus literis Julii prædec. hujuſmodi contentis poſt terminos in eiſdem poſterioribus literis contentos incurriſſe declaramus, ac quidquid ſecùs attentari contigerit, irritum, & inanè decernimus.

Pœnæ in contravenientes.

Executores iſtius Conſtit.

§.16. Quocircà ven. Fr. Antonio Epiſc. Prænestinen, & dilecto filio noſtro Andreæ tit. S. Priſcæ Presbytero Cardinali, per Apoſtolica ſcripta Motu ſimili mandamus, quatenùs ipſi, ac ven. Fr. noſter Bernardus Epiſ. Cervíſin. modernus, & pro tempore exiſtens in dicta Urbe Gubernator, necnon dilecti filii Magiſter Philippus de Senis Notarius noſter dictæ Cameræ Clericus, & Jacobus de Frejapanibus, ac Julius Petri de Matthæis Romanis, & Jacobus de Rucellariis Florentinus Civis, & illis deficientibus per eundem Gubernatorem eorum loco ſubrogandi, ſeù tres, aùt plures ex eis per ſe, vel alium prædictas, & præſentes literas, ac in eis contenta quæcunque, ubi, & quandò opus fuerit, ac quotiès pro parte dictorum colere volentium deſupèr fuerint requiſiti, ſolemnitèr publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra, ſingulas literas, & in eis contenta hujuſmodi juxtà illarum tenorem, quacunque recuſatione, vel præterquàm ad nos interpoſita reclamatione non obſtante, firmitèr obſervari: non permittentes eoſdem colere volentes, deſupèr per Dominos præfatos, ſeù quoſcunquè alios quomodolibèt moleſtari, impediri, vel perturbari.

Executorum facultates.

§.17. Necnòn Communitates, Univerſitates, Barones, & alias perſonas præfatas auxilium, conſilium, favorem, præſtantes, quotiès opus fuerit excommunicatos, & à divinis ſuſpenſos publicent, & ab aliis etiàm nominatìm nunciari, & publicari, & ab omnibus chriſtifidelibus, donèc meruerint abſolutionis beneficium obtinere, actiùs evitari.

Feuda contravenientiũ Cameræ incorporat.

§.18. Et demùm etiàm Civitatibus, Oppidis, Terris, Feudis, & juribus prædictis privatos, & illa eidem Cameræ incorporata fore, etiàm omiſſis ſolemnitatibus poſitivi juris, inſtante etiàm Fiſci noſtri Procuratore, declarent, & ad declarationem hujuſmodi etiàm brachio militari, & gentium armorum ad noſtra, & ejuſdem Romanæ Eccleſiæ ſtipendia militantium exequantur.

Perturbantibus pœnas indicit.

§.19. Contradictores, moleſtatores, impedientes, perturbatores quoſlibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, ac etiam pecuniarias, eorum arbitrio imponendas, & realitèr exigendas, ac alia opportuna juris remedia compeſcendo.

Derogatio contrariorũ.

§.20. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac literis inſtitutionis Militum prædictorum, necnòn Urbis, Terrarum, Oppidorum, & Villarum prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, conſuetudinibus, reformationibus, & decretis, privilegiis quoque, & indultis Apoſtolicis, Communitatibus, Univerſitatibus,

Baro-

Baronibus, ac aliis præfatis à dicta Sede forſan conceſſis, quæ eis, quoad præmiſſa nolumus ſuffragari: necnòn pactis, & conditionibus in dictis locationibus forsàn appoſitis, ac omnibus illis, quæ dicti prædeceſſores in præfatis literis voluerunt non obſtare contrariis quibuſcunque: Aut ſi Communitatibus, Univerſitatibus, Baronibus, & aliis præfatis, vel quibuſvis aliis communitèr, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſt. non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Clauſulę prę-ſervativæ.

Forma publicand. iſtam Conſt.

§.21. Cæterùm nè quenquam de præmiſſis hæſitare, aut ignorantiam allegare forsàn in poſterum contingat, volumus paritèr, & decernimus, quòd præſentium literarum tenor per omnia loca publica dictæ Urbis ſolemnitèr publicari, & præconizari debeat, & ſic publicatus, & præconizatus à die, qua publicatus fuerit perindè arctet omnes, quos concernit, ac ſi ſingulus eorum perſonalitèr intimatus fuiſset.

Sanctio pœnalis.

§.22. Nulli ergò &c. Si quis autem &c.

Dat.

Dat. Romæ apud S. Petrum an. D. 1523. 20. Februar. Pont. noſt. an. I.

XXI. CONSTITUTIO
S. PII PP. V.

Confirmat Privilegia exercentium Agriculturam, bladaque ad Urbem deferentium, & pœnas eos impedien., vel frumenta ultra uſum familiæ ementium, ut carius vendant.

Privilegiorum, & Statutorum artis Agriculturæ, & Conſulum Juriſdictionis confirmationem habes ejuſdem Pont. Conſtit. 19. Pia devotio f. 949. in Bul. vet. tom. 2.

Ed. an. Dom. 1566. 21. Oct. in bull. novo la 19. tom. 2. in vet. la 21. pag. 950. to. 2. Et materno idiomate in Collect. Cherl.

PIUS PAPA V.
Motu proprio &c.

Exordium.

CUPIANTAS pro commiſſo nobis Apoſtolico munere omnibus regimini, ac curæ noſtræ ſubjectis populis, non modò ſpiritualia fidelitèr, ut debemus, diſpen are, ſed in temporalibus etiàm quantùm cùm Deo poſſumus ſalubritèr providere, nullam prætermittimus diligentiam pro pauperum, qui ſub hoc noſtro temporali gubernio vivunt, ſublevandis neceſſitatibus, ac potentiorum oppreſſionibus propulſandis.

Cauſa hujus Conſt.

§.1. Hinc eſt, quod cum ad rei frumentariæ negotium, quod præcipua pro eorundem pauperum ſubſtentatione, & victu cura eget, animum noſtrum intendimus, ſummoperè nobis laborandum cognoſcimus, ut fraudibus, quæ in dies Annonæ à ditioribus fiunt, quò carius eam vendant, omni ſtudio, ae diligentia provideatur.

§.2. Intelligentes itaquè, non ſine animi noſtri moleſtia, divites ipſos, ac potentes non modò propria ipſorum frumenta, bladaque, quæ ex prædiis ſuis, propriaque Agricultura colligunt in horreis recondere, ac concluſa ſupprimere, & donèc illorum pretium pro eorum avaritia adauctum conſpiciant, ab omni prorsùs venditione abſtinere; verùm etiàm à laboratoribus, operariiſque propriis, ac etiàm ſubditis (ſi Barones ſint) illud vili pretio comparare, donec tantam undiquè tritici copiam cummularint, ut pauperes, qui aliundè frumentum venale non reperiunt, neceſſitate ducti ab eiſdem divitibus, & Baronibus eo pretio emere cogantur, quod venditorum ipſorum avaritia allectaverit.

Annona.

Quoad Agriculturã, & ejus Privilegia.

§.3. Quinimò eos etiàm, qui ad Urbem hanc noſtram, quò undique ex omnibus mundi partibus Chriſtifideles confluunt, frumenta, bladaque prædicta importare cupiunt, omni via, & ratione impedire, ac retardare præſumunt, contra ſummorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum decreta, ordinationeſque, & in maximum etiàm animarum ſuarum periculum.

§.4. Nos præmiſſis remedium aliquod opportunum adhibere omninò volentes, in primis divites prædictos omnes, ac Barones hortamur in Domino, & monemus, ut Dei largitatem in ſe ipſos agnoſcentes, pauperibus benigniores impoſterùm ſeſe præbeant, atque hujuſmodi deteſtabili frumentario quæſtu prorsus abſtineant, memores ſcriptum eſſe, quod qui abſcondit frumenta maledicetur in populis, benedictio autèm ſupèr caput vendentium.

§.5. Quod ſi propria frumenta, quæ ipſis ultra uſum eorum ſuperſunt debitis temporibus, proùt certè deberent, vendere detrectant, at ſaltèm ab alienorum emptione, & illicita negotiatione abſtineant, & quam Dei benignitas populis fertilitatem anni concedere dignatur, eam ipſi invidiosè perturbare non præſumant.

§.6. Quod ſi tam à prædictis emptionibus frumentorum, quàm ab impediendo ſubditos eorum, alioſque ad Urbem Romam frumenta, bladaque omnia deferentes impoſterùm non abſtinuerint, ſciant ſe pœnas in Conſtitutionibus Rom. Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, præcipueque Clementis VII. pro abundantia rei frumentariæ, & Agriculturæ exercendæ, ann. 1523 die 20. Febr. editis incurſuros, quas quidem prædeceſſorum noſtrorum diſpoſitiones præſenti noſtra perpetuò duratura Conſtitutione, in hac parte innovamus; Declarantes inſupèr omnes cujuſcunque generis, qualitatis, & conditionis fuerint, qui frumentum, aliaque blada ultrà uſum familiæ ſuæ animo, & intentione illa cariùs vendendi emunt ſinè licentia in ſcriptis ab Ordinario Annonæ pro tempore obtenta, quàm tamen rationabili de cauſa tantùm, & gratis omninò concedi volumus, non modo pœnas amiſſionis ipſius frumenti, & bladorum, & alias pecuniarias ab ipſo Ordinario pro tempore impoſitas incurſuros: ſed etiàm Dei omnipotentis majeſtatem ſummoperè læſuros, gravitèrque in eo peccaturos.

Ampliatione, & declarationem, vide infrà in Greg. XIII. Conſt. 29. Volentes.

Prohibitio impediendi deferentes ad Urbem frumenta, & blada, & ea emẽdi, ultrà uſum familiæ, & abſque licentia, ut cariùs vendant.

§.7. Barones verò, & alios Dominos, terrarumque Univerſitates, omneſque alios nobis, & S. Sedi Apoſt. mediatè, vel immediatè ſubjectos cujuſcunque ſtatus, aut conditionis extiterint, etiàm ſi Epiſcopali, Metropolitana, Patriarchali, & Cardinalatus

etiam

ANNONA.

Quoad Agriculturã, & ejus Privilegia.

etiàm dignitate præfulgeant, qui ſubditorum ſuorum frumenta, aliaque blada, ultrà uſum, & neceſſitatem ſuam, & familiæ ſuæ emerint, quique accedentes ad Urbem cum frumentis, aliiſque rebus ad victum neceſſariis directè, vel indirectè impediunt, vel remorantur, pœnas in dicta Clem. VII. prædec. noſtri conſtit. expreſſas incurſuros, videlicet privationis Feudorum, ſuſpenſionis excommunicationis, & interdicti, juxta tenorem, & formam prædictæ Conſtitutionis, aliorumque in ea expreſſarum, quas in hac parte per præſentes noſtras innovamus, & earum tenores hic pro ſufficientèr expreſſis haberi vòlumus.

Exemptio deferentiũ blada ad Urbem à ſolutione Gabellarum, & aliorum onerum.

§.8. Ut verò faciliùs, commodiuſque omnes poſſint ad Urbem hanc noſtram frumenta, bladaque liberè convehere, eos, ut præfertur, dicta de cauſa ad Urbem accedentes, ab omni pedagio, gabella, aut onere quocunque pro dictis frumenti, bladorumque comportatione eximimus, ac liberamus, immuneſque, & exemptos eſſe, ac fore perpetuò declaramus,

Pro eorum debitis, nec moleſtentur ſub pœna nullitatis.

§.9. Mandantes omnibus tam Univerſitatibus terrarum, quàm Gubernatoribus, Rectoribus, aliiſque Dominis nobis, ac S. Sedi Apoſt. mediatè, vel immediatè ſubjectis quocunque titulo, vel dignitate præfulgeant, etiàm ſi S. R. E. Card. exiſtant, ne prædictorum frumentorum, aliorumque bladorum ad Urbem venientium occaſione quicquam ſolvi ab ipſis vectoribus faciant, aut quoquomodo in Civitatibus, Terris, ac Locis regimini eorum ſubjectis dicta de cauſa ſolvi permittant, aut patiantur, ſub pœnis ſupradictis, aliiſque arbitrio noſtro declarandis.

§.10. Volumus etiàm, quod venientes ea de cauſa ad Urbem, videlicèt ad frumenta, bladaque prædicta convehenda, tuti omninò ſint ab omnibus civilibus executionibus, tàm pro eorum debitis, quàm pro Cameralibus quibuſcunque exactionibus, & repræſaliis quacunque de cauſa, & contra quoſcunque decretis, ſeù decernendis: irritum, & inane decernentes quidquid contra, & adversùs prædictos, ſeù eorum animalia, & res, quas ſecum prædicta de cauſa detulerint, tam in accedendo ad Urbem, ibique commorando per biduum ad effectum vendendi ea, quæ attulerint, quàm etiàm in redeundo ad eorum ſolitam habitationem, executum, vel quoquomodo attentatum fuerit.

§.11. Inhiben. omnibus cujuſcunque generis executoribus, ſeù curiæ miniſtris, ne prædictos dicta de cauſa ad Urbem accedentes, ibique, ut præfertur commorantes, ſeù inde diſcedentes moleſtare præſumant ſub pœnis arbitrio Præfecti Annonæ pro tempore infligendis.

Exercentes Agriculturam non moleſtètur pro debitis, dum colunt, vel ſeminant frumenta.

§.12. Eos etiam qui agriculturam ipſam pro communi bono laudabiliter intra XL. ab Urbe milliarium exercent dignis favoribus, & privilegiis proſequi volentes, tam meſſium quàm ſeminum tempore, dum ſcilicèt colendo, vel ſeminando tritico veriſimiliter occupantur, ab omni ſupradicta executione, etiàm ſi ex obligatione in forma Cameræ proceſſerit, tutos omninò, ac ſalvos fore, & eſſe declaramus, dummodò aliundè, quàm ex agriculturæ fructibus ſolvere non poſſint.

Boves aratorii &c. pro debitis capi non debent.

§.13. Boves verò aratorios, omniaque inſtrumenta ad agricultutam neceſſaria, non ſupradictis temporibus tantùm, ſed perpetuò pro quavis civili obligatione auferri, aùt alia ratione impediri prohibemus.

Et in tacitis hypothecis non comprehenduntur, & gaudent privilegiis bonorum dotaliũ.

§.14. Declarantes inſupèr in tacitis quibuſcunque hypothecis, à quacunque quavis de cauſa inductis prædictos boves, aliaque inſtrumenta prędicta minimè comprehenſa fore.

§.15. Et in ſumma prædictis rebus agriculturæ inſervièntibus, tamquam commoditatis, imò neceſſitatis publicæ inſtrumentis omnia privilegia concedentes, quæ bonis dòtalibus de jure conceſſa eſſe reperiuntur; Sicque per quoſcunque judices, &c. irritum, & inane, &c.

§.16. Quæ omnia, quo fideliùs ab omnibus obſerventur, volumus Dilectos filios noſtros Ludovicum Simonetam, Marcum Antonium Amulium, & Vitellotium Vitellium, Camerarium S. R. E. Card. ea, quam ipſorum gravitatem, & virtutem decet diligentia, curare.

§.17. Dantes eis in præmiſſis plenam, & omnimodam facultatem, & eam, quam nos ipſi habemus poteſtatem pro præmiſſorum executione, obſervantiaque, cùm poteſtate declarandi, & decidendi ſi quid in præſenti noſtra Conſtitutione, dèclaratione, aùt definitione egere videbitur.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.18. Non oſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Urbis, Terrarum, Oppidorum, & Villarum quarumcunque juramento, confirmatione Apoſt., vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, reformationibus, & decretis, privilegiis quoque, & indultis Apoſtol. Communitatibus, Univerſitatibus Baronibus, ac aliis præfatis, à dicta Sede Apoſt., vel à nobis forsàn conceſſis, quæ eis quoad præmiſſa nolumus ſuffragari; Nec non pactis, & conditionibus, ac omnibus aliis, quæ dicti prędeceſſores voluerunt non obſtare contrariis quibuſcunque.

Publicari mãdat.

§.19. Cæterùm ne de præmiſſis quemquam dubitare contingat, volùmus quod præſentium literarum tenor per omnia loca publicari debeat, ipſæque literæ ſic publicatæ, perindè arctent omnes, quos concernunt, ac ſi ſingulis eorum perſonaliter intimatæ fuiſſent.

Sola Signatura ſufficit.

§.20. Volumus autem, quod præſentis noſtri Motus proprii ſola ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat in judicio, & extra, quacunque regula, ſeù Conſtitutione Apoſt. contraria non obſtan.

Placet Motu proprio &c.

Die 11. *Octobris* 1566. *admiſſa eſt hæc cedula Motus proprii ex decreto Cameræ, & regiſtrata in libro ſecundo Signaturarum Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ apud me Notarium fol.* 113.

Hier. de Tarano.

Sequitur publicatio die 20. *ejuſdem Menſis, & ann.*

XXII. CON-

XXII. CONSTITUTIO
CLEMENTIS PP. VIII.

Confirmat Privilegia pro agricultoribus in agro Romano, & Prohibitiones, ne Barones bannimenta circà agriculturam promulgent, vel Subditos impediant extrà eorum Statum alienos agros conducere, & ſeminare.

Quoad Clericos in terris propriis agriculturam facientes, de quibus loquitur hæc bulla, vid. in bull. nov. to. 3. Conſt. 18. Paul. V. In eminenti, & circà Privilegia artem agriculturæ exercentium, & blada ad Urbem deferentium concordan. poſui ſuprà in Conſt. XX.

CLEMENS PP. VIII.

Ed. an. Do. 1600. die 4. Decembris in bull. nov. lo 72. to. 3.

Exordium.

INTER MULTIPLICES Paſtoralis muneris noſtri curas, & ſollicitudines, ea nobis præcipuè cordi eſt, ut Alma Urbs noſtra, ad quam quotidiè, tamquàm, ad Principis Apoſtolorum Sedem, & communem omnium fidelium patriam, ac parentem, Nationes omnes confluunt, & quam nos omnibus commodis, & ornamentis augere ſtudemus, non ſolùm rei frumentariæ inopia nequaquàm vexetur, ſed uberiore potiùs copia (quandoquidem agri illius ubertas id præſtare poteſt) jugitèr perfruatur; Verùm conſiderantes Annonæ difficultates, quas ab aliquibus annis citrà, perpeſſa eſt, & nùnc etiàm patitur, & quibus nos maximo, etiàm noſtro, & Cameræ Apoſt. diſpendio occurrere non recuſavimus, non tantùm ex annorum ſterilitare, & ſuperioribus cauſis, quantùm ex hominum culpa, & negligentia proveniſſe, eò magis angimur, & affligimur: Cum ſicut accepimus uberrimum, & pernecеſſarium Agriculturæ exercitium in Urbis Territorio, & diſtrictu, lociſq; finitimis paulatìm negligi, ſeù potiùs deſeri cæptum ſit; Itaùt, ubi priùs, vigente Agricultura, non modò ipſi Urbi neceſſarium frumentum ſuppetebat, verùm etiàm ad externas Nationes ingenti privatorum lucro, & non modico Cam. noſtræ emolumento tranſmittebatur; nùnc verò cultivatione ceſſante externum frumentum magno pretio, & difficultate, ab aliis conquirere, illudque etiàm per mare vehendum expectare, & nonnunquàm Urbis famem, ventorum arbitrio, non minori dedecore, quàm periculo, metiri neceſſe eſt.

Sixti IV. Julii II., Cle. VII., & Pii V. Conſtit. innovatio, cum limitatione.

§. 1. Cui quidèm malo, quantùm in nobis eſt occurrere, & nobilem, ac fructuoſam Agriculturæ artem, in agro Romano reſtituere, ac renovare cupientes, & ut omnes Tenutarum, & Caſalium Domini, necnon quicunq; Agricultores, & Coloni, ſpe lucri ad colen. & ſerendum alliciantur, Prædeceſſor. Noſtror. Sixti IV., Julii II., Clementis VII., Pii V., & aliorum Sum. Pontificum, veſtigiis inhærentes, Motu proprio, &c. ex certa noſtra ſcientia, & de Apoſt. poteſtatis plenitudine, dictorum Prædeceſſorum noſtrorum literas in favorem rei frumentariæ, & artis Agriculturæ editas, quorum tenores hìc pro expreſſis, & de verbo ad verbum inſertis, & regiſtratis haberi volumus in his, quæ præſentibus noſtris non adverſantur, & quæ uſu recepta fuerunt, itaùt Domini Caſalium, Tenutarum cogi non poſſint ad illa, vel illas in totum, ſeù in partem ad quotam, ſeù aliàs locare, proùt in dictis eorumdem Prædeceſſorum literis continetur, ſed liberum ſit ipſis Dominis de illis ad libitum diſponere confirmantes, & innovantes.

ANNONA.

Quoad Agriculturā, & ejus Privilegia.

Agricultores in agro Romano poſſint certo tempore, & modo frumentum de Statu Eccleſiaſtico extrahere.

Attende Bullam Paul. V. infra la XXV.

§. 2. Statuimus, & ordinamus, quod omnes, tàm Cives, quàm forenſes, Agricultores, Mercatores, & Coloni, qui tàm in propriis, quàm alienis, & conductis Terris, Tenutis Poſſeſſionibus, & Caſalibus in territorio, & diſtrictu Urbis, necnon Latii, Campaniæ, & Maritimæ Provinciis exiſten. Agriculturam, & ſementem fecerint, ſingulis annis, quibus pretium, & valor frumenti communitèr, in Urbe per ipſos Agricultores, & mercatores vendendi à tempore meſſis, & recollectionis, uſq; ad Kal. Martii cujuſlibet anni ſummam juliorum ſexaginta in ſingula rubra non exceſſerit, poſſint, & valeant quartam partem totiùs frumenti per eos eodem anno recollecti, deducto tamèn ſemine, ad quævis loca, prætèr infidelium, & S. R. E. hoſtium, terra, mariq; liberè extrahere, & aſportare, ſeù extrahi, & aſportari facere, & hoc etiam intelligi volumus de frumento, quod Domini, & Locatores Tenutarum à Conductoribus receperint, & exegerint pro quota reſponſione, quatenùs tamen dictas Tenutas, Terras, & Caſalia ad quotam frumenti ex eis recolligendi, & non aliis locaverint, dummodò tamèn dicta quota quartam partem non excedat; locatores verò, qui alitèr, quàm ad quotam terras locaverint extractionis beneficio pro frumento, per eos exigendo, frui minimè poſſint; Dictæ autèm extractionis licentia, de menſe Martii cujuſlibet anni, & non priùs, concedi debeat per literas patentes Cardinalis Camerarii pro tempore exiſten. juxtà ſolitum, & ſolutis Cameræ noſtræ Apoſt. juliis tribus pro quolibèt rubro; Si autèm per Nos, vel Succeſſores noſtros, Camerarium, aut Annonæ Præfectos, ex quavis cauſa dicta licentia impediri contigerit, teneatur ipſa Camera eiſdem Agricultoribus, ſeù Dominis Tenutarum pro intereſſe dicti impedimenti ſummam juliorum ſex pro quolibet rubro ſolvere liberè, & abſquè ulla prorsùs exceptione; dummodò tamen totum eorum frumentum ad Urbem conduxerint, ſeù licentiam obtinuerint illud extrà Urbem dimittendi, & ſub obligatione ad Urbem conducendi, & data nota ſummæ, & loci, ubi dictum frumentum repoſitum fuerit, teneantur etiam ipſi Agricultores, & Coloni, infrà menſem poſt completam ſementem, ſingulis annis in actis Annonæ Notarii veram quantitatem, & locum ſementis, quam quiſque fecerit denunciare, alioquin privilegiis, & beneficio præſentium literarum noſtrarum minimè perfruantur.

Traſtæ quomodo, & quando concedendæ.

Agricultores frumenta recollecta aſſignent.

Barones liberè permittant eorum Vaſſallos extra eorum agros colere &c.

§. 3. Et ut Agriculturæ exercitium omnibus liberum ſit, & Agricultorum, & Colonorum numerus, non modò non diminuatur, ſed potiùs augeatur, ſtatuimus, & ordinamus, quod omnes, & ſinguli Baronum, Principum, & Domicellorum quorumcunque S. R. E. ſubjectorum ſubditi, & Vaſſalli quaſcunq; Terras,

præ-

Digitized by Google

Annona.

Quoad Agriculturã, & ejus Privilegia.

prædia, poſſeſſiones, & caſalia eis benè viſa, etiam extrà ſtatum, & Territorium eorumdem Dominorum per ſe, vel alios colere, laborare, & ſeminare, ſeù etiàm aliis ad colendum, & ſeminandum inſervire, dictaſq; terras, poſſeſſiones, & caſalia ad effectum colendi, & ſeminandi ad quotam, ut ſupra, ſeù aliàs conducere, & in eis artem Agriculturæ exercere liberè, & licitè valeant, nulluſque ex dictis Baronibus, Domicellis, & aliis quacunque dignitate, tàm temporali, quàm Eccleſiaſtica præfulgen., etiamſi S. R. E. Cardinales fuerint, ac etiàm Communitates dictos eorum Vaſſallos, Subditos, & Colonos, quavis cauſa, directè, vèl indirectè, per ſe, vel alios ſub amiſſionis, & privationis Feudorum, & Statuum, aliiſque noſtro, & Succeſſorum noſtrorum arbitrio infligendis pœnis audeat, vel præſumat cogere, impedire, vel prohibere, ne poſſint, quaſcunque aliàs terras, poſſeſſiones, & Caſalia, etiàm extrà eorum Statum, & Juriſdictionem conducere, colere, & ſeminare, ſeù aliis etiam couventa mercede, etiam cum eorum bobus, & animalibus inſervire, etiàm ſub prætextu quorumcunquæ ſuorum, ſeù Caſtrorum, Civitatum, Terrarum eiſdem ſubjectarum privilegiorum, ſtatutorum, ordinationum, uſuum, & conſuetudinum, etiàm antiquiſſimarum, ſeù Juramentorum eorumdem Vaſſallorum, quæ omnia, tamquàm contrà publicam utilitatem inducta, tollimus, & abrogamus, eoſdemque Vaſſallos à quibuſlibet juramentis ad effectum præfatum abſolvimus, & liberamus; Conventiones autem, & pacta, quæ intèr ipſos Dominos, & Vaſſallos in conſignatione, ſeù aſſignatione Terrarum intercesserunt, dummodò juſta ſint, & reciproca, & ex cauſa verè onerosa, quæ ipſi Domini in Cam. Apoſtolica deducere, & exhibere teneantur infrà menſem à die publicationis præſentium, obſervari debeant.

Bannimentà circa Agriculturam non faciant.

§.4. Volentes etiàm, quod omnia Edicta, proclamata, ordinationes, & bannimenta, quæ ipſi Barones, Principes, & Domicelli, ad Annonam, & Agriculturam pertinentia, & illam quomodolibèt concernentia hactenùs fecerint, teneantur illa Cardinali Camerario, nùnc, & pro tempore exiſtenti, exhibere, & in futurum nulla Edicta, ordinationes, & bannimenta ad Annonam, & Agriculturam pertinentia, ſub antedictis, ac etiàm nullitatis, & invaliditatis pœnis facere poſſint.

Clerici in terris propriis agriculturam licitè exercecere poſſint.

§.5. Statuimus etiàm, quod Clerici, in Caſalibus tamèn propriis, & non conductis, poſſint dictam artem Agriculturæ per ſe, vel alios exercere, & exerceri facere, nec eis, vel eorum hæredibus per Cam. Apoſtolicam, ſeù illius Miniſtros obiici, aùt imputari poſſit, quod illicitam negociationem fecerint, aùt ſpoliis aliquibus ex cauſa præfata ſubjaceant; Declarantes dictam artem Agriculturæ etiàm ipſis Clericis in eorum Caſalibus licitam, & permiſſam.

Vituli naſcituri in menſe Martii, Aprilis, & Maii pro tertia parte alantur.

§.6. Et quia proptèr artis Agriculturæ præfatæ intermiſſionem, & deſuetudinem, boves apprimè cultivationi neceſſarii defecerunt, ut quantò citius eorum numerus ad neceſſariam quantitatem, & copiam augeatur, & reducatur; Volumus, & mandamus, quod omnes, qui habent Armenta, ſeù Maſſaritias Vaccarum, teneantur alere, ſeù ali facere tertiam partem omnium Vitulorum, qui in menſe Martii, Aprilis, & Maii quolibèt anno naſcentur, tàm marium, quàm fœminarum pro æquali portione.

Boves aratorii, Juvenci, & Vaccæ non mactentur.

§.7. Et nullus macellarius juvencos, ſeù Boves aratores, & qui apti ſint ad arandum, nec etiàm Vaccas niſi reijciendas (quas vulgo Cacciatore nuncupantur) ſeù veteres, & quæ pro maſſaria inutiles ſint, macellare poſſit ſub amiſſione dictorum animalium, vel eorum pretii, ſeù aliis arbitrio Camerarii, vel Præfecti Annonæ infligendis pœnis, & ſi Macellarii emerint Boves veteres, qui ad arandum, ampliùs apti minimè reputentur, aliquis tamèn illis ad arandum uti velit, teneantur Macellarii tales Boves eiſdem, pretio convento, vel ſoluto, tradere, & relaxare, & Dohanerii, tàm Bobum, quàm Vaccarum prædictarum Gabellam recipere, & exigere minimè valeant, ſub amiſſionis dictæ gabellæ, aliiſque arbitrio Camerarii, ſeù Annonæ Præfecti infligendis pœnis.

Et de dict. ictu non extrahantur.

§.8. Ac inſupèr prohibemus, ne extra Territorium, & diſtrictum Urbis, Boves, & Juvenci etiam bubalini abſq; licentia extrahi poſſint, ſub amiſſionis dictorum Animalium per quoſlibèt extrahentes, & pro qualibèt vice incurrendis.

Decretum irritans.

§.9. Sicque, & non alitèr per quoſcunque Judices &c. Sublata &c. judicari, & definiri, debere irritum, &c. decernimus.

Executores deputat.

§.10. Mandantes dilectis filiis Camerario, & Annonæ, Præfecto, & eorum cuilibet in ſolidum, ut præſentes noſtras literas, publicari, & ab omnibus inviolabilitèr obſervari faciant; Dantes eis in præmiſſis, & circa ea plenam, & omnimodam, & eam, quam Nos ipſi habemus facultatem, & poteſtatem declarandi, & decidendi, ſi quid in præſenti noſtra Conſtitutione, declaratione, & definitione opus eſſe videbitur, necnon quæcunque Edicta, ſeù bannimenta pro præmiſſorum obſervatione, & executione neceſſaria, & opportuna faciendi, & publicandi.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.11. Non obſtant. Conſtitution., & ordinationibus Apoſt., necnon, Urbis, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, & Villarum, quarumcunque juramento, confirmatione Apoſt., vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, reformationibus, & decretis, privilegiis quoquè, & indultis, Apoſt., Communitatibus, Univerſitatibus, Baronibus, ac aliis prçfatis à dicta Sede Apoſt., vel à nobis forsàn conceſſis, quibus omnibus etiamſi de illis &c. illorum tenores &c. illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxàt ad effectum præfatum ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Sola ſignatura ſufficit.

§.12. Volumus etiàm, quod præſentium ſola Signatura, etiàm ſine data, & regiſtratura, ſufficiat, & tàm in judicio, quàm extra, regula contraria non obſtan. plenam fidem faciant, & nihilominùs literæ, tàm in forma brevis, ſub Annulo Piſcatoris, quàm

ſub

ſub Plumbo cum clauſulis neceſſariis, & opportunis, in ampliſſima forma expediri valeant.

Placet Motu proprio. H.

Sequitur Publicatio an. 1600. die 4. Decembr. Pont. An. 9.

XXIII. CONSTITUTIO GREGORII PP. XIII.

Deputatio, & facultates Andreæ Spinulæ Januenſis Præfecti Annonæ Almæ Urbis, & totius ſtatus Eccleſiaſtici.

Similem deputationem fecit Pius IV. in Conſtit. Inter multiplices, quæ eſt in bul. vet. la 152. pag. 908. to. 1.

Tractas autem frumentorum Camerarium tantùm concedere inſtituit idem Greg. XIII. in ejus Conſt. 109. Quæ à Romanis bull. veter. pag. 1361. to. 2. Et vectigal pro eis ſolvendum impoſuit, ut in eod. bul. Conſt. 8. Inter varias, quam habes infrà.

Agricultura autem, & deferentium blada ad Urbem privilegia, vide Concord. ſup. in Conſt. 20.

Ed. an. Dom. 1576. 7. Maii in bull. veter. la 32. tom. 2. pag. 1234.

GREGORIUS PP. XIII.

Motu proprio &c.

Exordium.

INTER CETERAS Paſtoralis Officii noſtri curas, quibus aſſiduè præmimur, libenti illam fovemus animo, per quam in Statu noſtro Eccleſiaſtico Annona, & abundè inveniri, & communi haberi pretio poſſit, noſtrique ex hoc Subditi, quoad fieri poſſit ſubleventur.

Deputatio Andreæ Spinulæ Januen. Præfecti Annonæ, cum facultatibus conſuetis, & infraſcriptis.

§. 1. Quarè cupientes inſignem probitate, & experientia virum, qui proùt res expoſtulat ipſa, Nos adire quotidiè cuncta ad Annonam hujuſmodi pertinentia collaturus commodè poſſit, de dilectorum tamen filiorum Cam. Apoſt. Clericorum Præſiden. numero, juxtà antiquam hactenùs obſervatam conſuetudinem præficere, ac de fide, probitate, integritate, prudentia, & multiplici rerum gerendarum experientia, Dilecti filii Andreæ Spinulæ in utraque Signatura noſtra Referendarii, dictæque Cam. Clerici Præſiden. Nobis affatim perſpectis plurimùm in Domino confiſi, ſperanteſque ea, quæ ejus curæ demandaverimus, omni cum laude geſturum, & executurum fore.

Facultàs cogendi quoſcũque ad notificand. eorum frumenta, & legumina.

§. 2. Motu ſimili &c. eundem Andream frumentariæ Annonæ Almæ Urbis, & reliqui Status noſtri Eccleſiaſtici generalem Præfectum ad noſtrum, & dictæ Sedis beneplacitum cum honoribus, oneribus, facultatibus, & auctoritatibus, juriſdictione, privilegiis, exemptionibus, & prærogativis ſolitis, & conſuetis, ac dilecto filio noſtro Cæſari Brumano, tunc ejuſdem Cam. Clerico Præſiden., & dictæ Annonæ nupèr Præfecto, & quibuſvis aliis ad hujuſmodi Præfecturę Officium Annonæ, hactenùs deputatis, quomodolibèt in hunc uſquè diem conceſſis Apoſtolica auctoritate harum ſerie approbantes, & ratificantes omnia, & quæcunque per eum hactenùs geſta, facta, & ordinata hucuſquè, de novo conſtituimus, facimus, & deputamus.

§. 3. Dantes illi in præmiſſis omnibus, & ſingulis plenam facultatem, & auctoritatem, tam in præfata Alma Urbe, quàm quibuſvis aliis Nobis, & S. R. E. mediatè, vel immediatè ſubjectis Provinciis, Civitatibus, Oppidis, & locis frumenta, ac legumina cujuſvis generis, ſeù ſpeciei annotandi, & deſcribendi, ſeù annotari, & deſcribi faciendi, ac univerſas, & ſingulas utriuſque ſexus perſonas cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis, & præeminentiæ exiſtentes eidem S. R. E. madiatè, vel immediatè ſubjectas, tam Eccleſiaſticas, quàm ſæculares, etiàm ſi perſonæ hujuſmodi Ducali, Marchionali, & Comitiali, vel alia majori, Eccleſiaſticæ verò Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, Primitiali, vel alia majori dignitate, ſeù dignitatibus præfulgeant, ac etiàm ſi Cardinalatus fungantur honore, vel etiàm majores exiſtant, ad veram frumentorum, & leguminum, quæ ipſos tempore deſuper publicandorum edictorum, ſeù bannimentorum habere contingent quantitatem, etiàm in ſcriptis medio juramento denunciandi, quarum denunciationum notulam, etiàm ad dilectum filium Aloyſium Card. Cornelium, necnon, & pro tempore Camerarium noſtrum deferri volumus, ſub cenſuris Eccleſiaſticis, ac pecuniariis, necnon manifeſtæ rebellionis, læſæque Majeſtatis, ac Dominiorum, & aliorum bonorum ſuorum confiſcationis, aliiſque ejus arbitrio imponendis, & applicandis, cæteriſque pœnis, & quibuſvis eidem Andreæ videbitur, etiàm per publicum edictum, in locis ſibi beneviſis, affigendum, vel alias publicandum monendi, & requirendi.

Annona. Quoad Præfecturam, & Regimen.

Et prohibendi ne illa aſportentur de loco ad locum, ſine ejus licentia.

Ad quod vide inf. Conſt. Clem. VIII.

§. 4. Eiſque ne frumenta, & legumina hujuſmodi extra dictum Statum Eccleſiaſticum, neque de loco ad locum, etiàm loca ejuſdem Status ſine ejuſdem Andreæ licentia aſportare ullo modo audeant, ſub ſimilibus pœnis inhiben. inobedientes, ſeù contravenientes quoslibet, cenſuras, & pœnas prædictas incidiſſe, & incurriſſe declarandi, aggravandi, & reaggravandi, invocato etiàm auxilio brachii ſæcularis, necnon executiones quaslibet, tam reales, quàm perſonales fieri mandandi; Prætereà quoſcunque in præmiſſis fraudes committentes, vel aliàs noxios, & delinquentes mulctandi, ac quibuſvis etiàm ultimi ſupplicii, vel aliis corporis afflictivis pœnis condemnandi, & ſeù ipſos, ac prædictos inobedientes, ſeù non parentes à quibuſvis cenſuris, & mulctis, ac, ut præfertur, afflictivis, etiàm ultimi ſupplicii pœnis abſolvendi, & liberan., deſuperquè cum eis concordandi, & accordandi, componendi, & tranſigendi, ac quaſcunque ſibi beneviſas concordias, compoſitiones, & tranſactiones faciendi.

Fraudeſq; deſuper committentes coercendi.

Frumenta quoque, & legumina undique emendi pro pretiis ſibi bene viſis.

§. 5. Item quaſcunque frumentorum, & leguminum hujuſmodi quantitates cogendi, ac emptionis, & mutui, vel alio quovis titulo pro pretiis, & modis, de quibus ſibi videbitur, acquirendi, proptereàque quaſvis pecuniarum ſummas mutuo, vel alitèr capiendi, ac ſupèr præmiſſis omnibus, & ſingulis cum quibuſvis Mercatoribus, & aliis perſonis quibuſlibet conventiones, & partitas quaſcunq; etiàm cum quorumvis donativo, cum mutuantibus dandorum promiſſione, & dona-

tione

Annona.

Quoad Præfecturam, & Regimen.

tione faciendi, ac deſupèr contractus, & inſtrumenta quælibet cum pactis, conditionibus, capitulis, & clauſulis ſibi beneviſis celebrandi, & ineundi, ac pro illorum obſervatione præfatam Cam., & omnia illius bona præſentia, & futura, in quavis etiàm pleniori ipſius Cam. forma obligandi; Necnon quoſcunque Commiſſarios, Officiales, & Miniſtros opportunos, aut aliàs ſibi beneviſos deputandi, & hactenùs quomodolibèt deputatos revocandi, & removendi, proùt nos harum ſerie quoſcunque Commiſs., Officiales, & Miniſtros ſupèr hujuſmodi frumentorum negocio, hactenùs etiàm per Nos quomodolibet deputatos, revocamus, removemus, eorumque proviſiones, & ſalaria declarandi, eiſque illas, & illa, ac aliis, quibus opus fuerit quaſvis pecuniarum ſummas, & quantitates ex frumentorum, & leguminum hujuſmodi venditione, conventionibuſque, ſeù partitis ineundis, vel aliàs hujuſmodi rei frumentariæ negocio, quomodolibet provenientes ſolvi, & exburſari mandandi, omneſque, & ſingulos quarumuis Civitatum Annonæ Præfectorum, à Nobis hactenùs quomodolibet deputatorum, miniſtros quovis nomine nuncupatos, quos circà hujuſmodi Annonæ negocium ſe quomodolibèt ingeſſiſſe conſtabit, ad ſibi, ſeù à ſe deputandis de à ſe geſtis, & adminiſtratis rationes, & computa redden., & reliqua, ſi quæ ſint reſtituendi, per ſimiles cenſuras, & poenas, aliaque juris, & facti remedia opportuna cogendi, & compellendi, cogique, & compelli faciendi: Ac deniquè cætera omnia, & ſingula ad hujuſmodi rei frumentariæ negocium quomodolibet pertinentia gerendi, exercendi, & exequendi, ac edicendi, ſeù edici, & proclamari faciendi néceſſaria, & opportuna, quæque omnes Clerici Præſidcn. Cam. hujuſmodi, dum ſimùl coadunati, & congregati ipſam Cam. faciunt, & repræeſentant, facere, gerere, exercere, & exequi, ac dicere, ſeù edici, & proclamari facere poſſit, & valeat: Unumque, vel plures loco ſui cum ſimili, vel limitata poteſtate ſubſtituen., & ejus arbitrio removendi.

Miniſtros deſuper deputándi cum ſalariis ab eo declarandis.

Cæteraque omnia neceſſaria, & opportuna faciendi.

Officiales ſtatus, & alii omnes obediant Præfecto.

§.6. Mandantes propterea dilectis filiis Camerario, & Theſaurario generali noſtris, necnon Clericis Præſidentibus dictæ Cameræ, cæteriſque, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit, ut has noſtras in præfata Cam. admittant, & in illius libris deſcribi, & regiſtrari faciant, deſuperque patentes literas, & alias ſcripturas opportunas expediant, & expediri mandent, auctoritate noſtra, & Sedis Apoſtolicæ, & Legati de Latere, eorumque Vicelegati, ac tam dictæ Urbis, quàm aliarum Provinciarum, Civitatum, & locorum Nobis, & S. R. E. mediatè, vel immediatè ſubjectorum quoruncunque Gubernatoribus, Locatenen., Prætoribus, Vicariis, & aliis quovis nomine nuncupatis Officialibus, & juſtitiæ Miniſtris, necnon Communitatibus, & Univerſitatibus, earumque Magiſtratibus, & perſonis publicis, & privatis in virtute Sanctæ obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ poena, etiàm ſtrictiùs inhibendo, ne eundem Andream, aut ejus pro tempore Miniſtros in præmiſſis, vel aliis ad dictum rei frumentariæ negocium pertinentibus ullo modo, vel obtemptu impediant, vel remorentur, aut moleſtent, immò ejus, & eorum nomine requiſiti illi, & illis deſupèr opportunè faveant, & aſſiſtant, ejuſque, & eorum mandata, edicta, ſeù proclamationes, aùt alias ordinationes exequi mandent, & faciant realitèr, & cum effectu.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.7. Non obſtan. præmiſſis, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus, etiàm Apoſtolicis, necnon ſtatutis, & reformationibus, etiàm juramento &c. roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiàm eiſdem perſonis, & earundem Urbis, Civitatum, Provinciarum, Oppidorum, & locorum Populis, Communitatibus, ſeù Univerſitatibus, necnon tam Eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus, cæteriſque ſupra deſignatis, & aliis quibuſvis perſonis, etiàm ſuper extractione frumentorum, & leguminum, etiàm per Sed. Apoſt., & Cam. præfatam in genere, vel in ſpecie, etiàm ex cauſa onerosa, ac ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac aliàs quomodolibet conceſſis, & concedendis, quibus omnibus, etiàm ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, &c. eorum tenores, &c. illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxàt, ſpecialiter, & expreſsè harum ſerie latiſſimè derogamus, illaque adversùs præmiſſa nullatenùs ſuffragari poſſe, ſeù debere decernimus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Sola ſignatura ſufficit.

§.8. Decernentes præſentium noſtram ſolam ſignaturam ſufficere, & ubique in judicio, & extrà in Rom. Curia, & extrà plenam fidem facere, regula contraria non obſtan., ſeù ſi eidem Andreæ videbitur deſuper literas, etiàm per breve noſtrum, etiàm cum omnium, & ſingulorum præmiſſorum pleniori ſpecificatione, & expreſſione, ac quarumcunque ſcripturarum, deſupèr neceſſariarum, ad verbum, ſi videbitur inſertione, aliiſque clauſulis, & cautelis neceſſariis, & opportunis, adeò quòd contraria quæcunque prorsùs tollantur, & non obſtent ſimul, vel ſeparatim expediri poſſe, ipſarumque præſentium, & etiàm dictarum literarum tranſumptis, etiàm impreſſis manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Curiæ Eccleſiaſticæ, ſeù perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus ſides adhibeatur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Tranſumptorum fides.

Placet Motu proprio V.

Die 7. Maii 1576. admiſſa fuit in Cam. Ap. &c.

XXIV. CONSTITUTIO

SIXTI PP. V.

Inſtitutio quindecim Congregationũ in Urbe.

De deputatione Præfecti Annonæ Urbis, & totius Status Eccleſiaſtici vid. in præcedenti Conſt.

SIXTUS Epiſ. Ser. Ser. Dei ad per. rei mem.

Ed. an. Dom. 1587. 11. Ian. impr. in ejus bull. la 7. par. 2. pag. 36. & in bull. nov. l. a 74. tom. 2.

IMMENSA ÆTERNI DEI, &c.

Erectio Congregat. IV. pro Ubertate Annonæ.

Cumque ad providentiam noſtram pertineat curare, ut Populi Eccleſiaſticæ Ditioni

Digitized by Google

Cauſa erectionis hujus Cõgreg.

ctioni ſubjecti, non ſolùm pane verbi Dei reficiantur, ſed hoc quoq; terreno, quem etiàm cum illo à Patre cœleſti nobis dari quotidiè petimus, abundent præſertim, & egeni, quibus parentis loco ſumus: idcircò, ut in omnibus Provinciis noſtris, & in hac potiſſimùm Alma Urbe, ad quam tanta hominum frequentia undiq; confluit, res frumentaria benè curata ſit, & Annonæ publicæ copia (benedicente Domino) ſemper ſuppetat: Congregationem Cardinalium conſtituimus, quæ omni ſtudio curet, non ſolùm in Urbe, ſed in univerſo Statu Eccleſiaſtico temporali copiam haberi frumenti, atq; aliarum hujus generis frugum, quibus ad vitam humanam ſubſtentandam indigemus: quæ ſi peccatis Populi id promærentibus ob terræ ſterilitatem in Ditione Eccleſiaſtica aliquandò (quod Deus avertat) deerunt, aliundè commeatum pro locorum opportunitate convehi, comportarique ſtudeat, Civitatibus, Oppidis, locis, perſonis quibuſcunque, quavis etiàm Eccleſiaſtica, atque Cardinalatus dignitate fulgentibus, ea omnia, quæ ad abundantiam parandam, atq; conſervandam erunt opportuna, præcipiat: Commiſſarios ubiq; locorum, proùt exegerit neceſſitas, aùt ſuaſerit utilitas, deputet: contrà impedientes, aùt negligentes, ſivè Annonam extrahi, vel abduci per ſe ipſos, aùt per alios palàm, vel occultè procurantes, procedat, aliaq; faciat, quæ ad Annonæ Ubertatem omninò pertinere videbuntur;

Erigit Congregation. pro ubertate Annonæ.

Hic Pont. aſſignavit ſc. 200 mil. pro ubertate Annonæ Urbis.

Præcipuam verò curam, & diligentiam adhibeat, ut pecuniæ ſumma, ſcutorum ſcilicèt ducentorum millium à Nobis tàm ſalubri, ac neceſſario operi pauperum in primis cauſa paternè aſſignata, atq; attributa, nec in alium uſum convertatur, & integra conſervetur: quòd ſi in caritate Annonæ aliquid ex dicta ſumma deceſſerit, illius recuperandæ, ac reintegrandæ ratio quamprimùm ineatur, ut hoc publicum præſidium, & tanquàm patrimonium pauperum eorundem Cardinalium prudentia, & ſedulitate perpetuò aſſervetur, & proùt in alia conſtitutione ſuper hoc à nobis edita latiùs explicatur.

Hujus Congregationis Cardinales hi ſunt.

Jo. Antonius Sorbellonus Epiſcopus Portuen. Card. S. Georgii.
Ant. Maria Salviatus tit. S. Mariæ de Pace Præsbyter Cardinalis.
Henricus Cajetanus tit. S. Pudentianæ Præſbyter Card. S.R.E. Camerarius.
Federicus Cornelius tit. S. Stephani in Monte Cœlio Præsbyter Cardinalis.
Benedictus Juſtinianus S. Agathæ Diaconus Cardinalis.

Sequuntur Erectiones aliarum Congregationum.

Dat.

Dat. Romæ apud S. Petrum ann. 1587. 11. Kal. Februar. Pont. an. III.

XXV. CONSTITUTIO
PAULI PP. V.

Annona, et Graſcia.

Quoad Præfecturam, & Regimen.

Inſtitutio Congregationis Prçlatorum, & egregiorum Virorum ad ubertatem Annonæ, & Graſciæ, in Sedis Apoſtolicæ temporali Ditione, & in Urbe potiſſimùm curandam, ultrà Congregationem Cardinalium à Sixt. V. erectam, ut in Conſt. præced., elargitioq; Privilegiorum prò artem Agriculturæ exercentibus, & ordinationes prò faciliori ejuſdem artis propagatione.

Aliam etiam ex Equitibus Romanis compoſitam indixit Alex. VIII., ut in ſeq. Conſt.

De Privilegiis exercen. artem Agriculturæ notavi ſuprà in Conſt. XX.

PAULUS PP. V.
Motu proprio &c.

Ed. an. Dom. 1611. Menſe Octobr. In bul. nov. to. 70. 10. 3.

Exordium.

PASTORALIS Officii cura Nos admonet, ut quæ ad Annonæ, & Graſciæ ubertatem, in Ditione noſtra temporali, potiſſimùm verò in hac Alma Urbe noſtra, ad quam indies tanta hominum frequentia undique confluit, conſervandam ſpectare noſcuntur, intentiori animo amplectamur, ac quantùm in Domino poſſumus, in primis providere ſtudeamus, ut in Agro Romano, locisque finitimis Agriculturæ ars humano uſui adeò neceſſaria nullatenùs deſeratur; licèt enim quamplures prædeceſſores noſtri Rom. Pontifices eadem ſollicitudine ducti, in hanc rem diligentèr incumbentes, plura remedia, & proviſiones adhibere, privilegia concedere, ac ſubſidia parare curaverint, quibus tùm rei frumentariæ, tùm aliarum rerum Annonam, & Graſciam concernentium ubertas, nedùm conſervari, ſed augeri facilè poſſet, hominum tamèn culpa, quod non ſinè animi noſtri perturbatione recenſemus, fruſtratoria cuncta redduntur.

Cauſæ hujus Conſtit.

§. 1. Quaproptèr Nos, tanquàm paterfamilias, à Domino ſupèr familiam ſuam conſtituti, ſummoperè cupientes, quantùm in nobis eſt, noſtra vigilantia hiſce malis occurrere, dormientes Agricolas excitare, ac opportunè etiàm providere, ut Annonæ, & Graſciæ negocium univerſum in futurum benè, providèque geratur, Agriculturæ exercitium uberiùs fiat, necnon frumenti, & aliarum rerum ad communem vitæ uſum, & ſubſtentationem neceſſarium copia, in ipſa Urbe, & reliquo Statu noſtro temporali ſemper ſuppetat; Cum verò Populi promærentibus peccatis, ob terræ ſterilitatem, ſeù aliàs Annona, vel Graſcia aliquid incommodi, ſeù anguſtiæ inciderit, viri prudentes ſint, qui eam citò ſublevent, congruaq; remedia ſubminiſtrent.

Inſtitutio Cõgr. ad curandã ubertatẽ Annonæ, & Graſciæ.

§. 2. Motu ſimili, ac ex certa ſcientia, & deliberatione noſtris, ac de Apoſtolicæ Nobis attributæ poteſtatis plenitudine, Congregationem Prçlatorum, Officialiumq;, & egregiorum Virorum pro ubertate Annonæ, & Graſciæ curanda inſtituimus, in qua dilecti filii Theſaurarius noſter Generalis, ac Annonæ Præfectus, & Graſciæ Præſes, necnon Cameræ Apoſt. Commiſſarius Generalis pro tempore exiſten-

ANNONA, ET GRASCIA.

Quoad Præfecturam, & Regimen.

tes à nobis deputati, & dilectus filius Jo. Baptiſta Coſtaguta Januenſis familiaris noſter, ſeu aliàs à nobis ad Congregationem hujuſmodi deputandus perſonalitèr interſint, & quintodecimo quoque, ab eis ſtatuendo, die in unum conveniant, ac de arte Agriculturæ reſtituenda, & augenda, laboreriis, & paſcuis dividendis, atque vendendis, & de Statu Annonæ, & Graſciæ hujuſmodi, rebuſque omnibus illam concernentibus invicem conferant, tractent, & diligentèr perpendant, & quod ab eis, ſeù majori parte matura conſultatione præhabita fuit reſolutum Nobis referant, ut quid pro publica utilitate ſtatuendum ſit, providere poſſimus, firma remanente in rebus arduis Congregatione S.R.E. Cardinalium ſuper ubertate ejuſdem Annonæ à fel. rec. Sixto Papa V. prædec. noſtro inſtituta.

Prohibitio mactandi boves aratorios, vel ad arandum aptos.

§.3. Prætereà agnoſcentes, quantùm ad Agros excolendos, artemque Agriculturæ conſervandum, Boves aratorii pernecessarii ſint, motu, ſcientia, & poteſtate ſimilibus omnibus, & ſingulis perſonis, tàm Eccleſiaſticis, quàm Sæcularibus, cujuſcumque gradus, & conditionis, etiam S. R. E. Cardinalibus, necnon Principibus, Ducibus, Baronibus, & aliis quacunque dignitate, titulo, & prærogativa ſuffultis, ne Boves aratorios, ſeù ad arandum aptos, etiam nondùm domitos, præcipuè autem decem annis minores pro uſu Macellorum, ſivè Urbis, ſivè quorumvis aliorum Civitatum, Terrarum, & locorum Sedi Apoſt. mediatè, vel immediatè ſubjectorum, vel ad effectum incontinenti, vel in aliud tempus mactandi, emere, vendere, aut aliquem contractum, ſeù pactum inire, ſub amiſſionis bobum, & 500. ſcutorum Cam. noſtræ Apoſtol. applicandorum pœna;

Dohanerii, & Commiſſarii Annonæ boves inſpiciant antè gabellæ receptionem.

§.4. Necnon Dohaneriis, & Gabellariis etiam Urbis, ac quorumvis aliorum Civitatum, Terrarum, & locorum prædictor., eorumque Officialibus, & Miniſtris, & aliis, ad quos ſpectat, ſub aliorum 500. ſcut. eidem Cameræ, ut præfertur, applican., aliiſque etiam corporalibus pro qualitate perſonarum, & exceſſuum arbitrio Annonæ Præfecti pœnis irrogandis, & moderandis, ne aſſignationem notam, ſeù ſolutionem aliquam Dohanæ, ſeù Gabellæ, pro venditione, vel contractu bobum quorumcumq; etiamſi aratorii, vel ad arandum apti non ſint recipere, niſi prius dictos boves, ſuper quibus contractus initus fuerit, tàm ipſi, quàm Commiſſarius ad id ab Annonæ Præfecto deputatus diligentèr inſpexerint, ubi verò eos aratorios, vel ad arandum aptos eſſe cognoverint, contractum aliquem ſub eadem pœna nullatenùs admittere;

Lanii, & alii non mactent boves ad arandum aptos.

§.5. Laniis verò, & aliis animalium mactatoribus, ne ſub eiſdem, & etiàm fuſtigationis pœnis ejuſdem Præfecti arbitrio irrogan., boves aratorios, vel ad arandum aptos hujuſmodi, mactare audeant, vel præſumant diſtrictiùs prohibemus.

Conſt. prædeceſſ. deſuper editas confirmat.

§.6. Ac quaſcumque ordinationes, tàm per Nos, & prædec. noſtros Rom. Pontifices, quàm ejuſdem S. R. E. Camerarios, & Annonæ Præfectos, deſuper factas, ſeù editas, illarum tenorem præſentibus, etiàm pro expreſſo, & inſerto habentes, approbamus, confirmamus, & innovamus.

Juvenci 25. ex centum Vaccis albis ad uſum artis Agriculturæ quotannis nutriant, & numerũ Vaccarum Præfecto aſſignetur.

§.7. Mercatores autem, & quivis alii greges, ſeù armenta Vaccarum albarum habentes, ad quot annos juvencos 25. pro quolibèt centenario Vaccarum hujuſmodi ad uſum artis Agriculturæ educandum, necnon ad veram earundem Vaccarum quantitatem, quam habent iu principio cujuſlibèt anni eidem Annonæ Præfecto notificandum, & aſſignandum teneri ſtatuimus, & mandamus, & ad id ſub ſcutor. 500., aliiſque, etiam gravioribus pœnis ejuſdem Præfecti arbitrio irrogandis, etiàm compellantur.

Vaſſalli ubi voluerint agros colere poſſint, non obſtantibus &c.

§.8. Inſupèr, ut artis Agriculturæ exercitium latiùs patere poſſit, Agricultorumque, & colonorum copia ſit, nec illorum numerus minuatur, prohibitioni alias à rec. mem. Clemen. Papa VIII. ſimilitèr præd. noſtro per ſuas literas factæ inhærentes, illamquè extendentes, & ampliantes, Volumus paritèr, & declaramus, quod quicumque etiàm Ducum, Baronum, Domicellorum, Principum, & etiam ejuſdem S. R. E. Cardinalium, aùt alia quacumque temporali, vel Eccleſiaſtica Dignitate fulgentium Vaſſalli, ſeù Subditi, quò eis placuerit, ad laborandum agros accedere poſſint, nec ipſi, etiàm in propriis terrenis Ducum, Baronum, & Domicellorum ſuorum, etiàm Principum, & S.R.E. Cardinalium, aùt aliàs, ut præfertur, qualificatorũ inviti laborare cogantur, aut quominùs ad loca eis benè viſa ad laborandum, & colendum, etiàm cum eorum bobus, & animalibus accedant, ab eiſdem Ducibus, Baronibus, & Domicellis, & etiàm Principibus, & S.R.E. Cardinalibus, aùt aliàs, ut præfertur, qualificatis, eorumque Officialibus, Agentibus, Factoribus, & Miniſtris, ſub confiſcationis bonorum, & Feudorum, ac etiàm excommunicationis latæ ſententiæ pœna, directè, vel indirectè impediri poſſint, ſeù debeant, etiam prætextu quorumvis privilegiorum, & indultorũ eis conceſſorum, aùt conſuetudinum, vel etiàm juramentorum, quæ tanquàm contrà publicam utilitatem inducta, quoad hoc tollimus, & abrogamus.

Privilegia Agricultorum confirmat.

§.9. Ut autèm Mercatores, & alii quicumque ad agros excolendos, artemque Agriculturæ exercendam eò magis alliciantur, & invitentur; illos gratiis, & favoribus proſequentes, omnia, & ſingula indulta, & privilegia in favorem artem prædictam exercentium per Nos, & Prædeceſſores noſtros quomodolibèt hactenùs conceſſa, quoad ea, quæ præſentibus non adverſantur, confirmamus, & approbamus.

Eiſdem facultates extrahendi frumentum certo modo concedit.

§.10. Item omnibus Agricultoribus, Mercatoribus, & Colonis, qui tàm in propriis, quàm in alienis, & conductis terris, in Territorio, & diſtrictu Urbis, necnon Latii, Campaniæ, Maritimæque Provinciis Agriculturam exercuerint, & ſementem fecerint, ſingulis annis, quibus pretium, & valor frumenti communitèr in Urbe, per ipſos Agricultores, & Mercatores vendendi à tempore meſſis, & recollectionis uſque ad Kal. Martii, cujuſlibèt anni ſummam juliorum 55. in ſingula rubra non exceſſerit, quintam partem totius frumenti per ipſos

Tractæ frumentorum, quibus, & quomodo concedendæ.

ipſos eodem anno recollecti, deducto tamèn ſemine, ad quævis loca, prætèr Inſidelium, & S.R.E. hoſtium, terra, marique liberè extrahendi, & tranſportandi, ſeù extrahi, & tranſportari faciendi facultatem eoncedimus; & hoc etiàm intelligi volumus de frumento, quod Domini, & locatores tenutarum, ſeù terrarum à Conductoribus receperint, quatenùs eorum tenutas, & terras ad frumenti recolligendi quotam, & non aliàs locaverint, & dummodò quota hujuſmodi quintam partem prædictam non excedat, ij autèm qui alitèr, quàm ad quotam tenutas, ſeù terras locaverint, hujuſmodi extractionis beneficio, prò frumento ab eis exigendo, frui minimè poſſint, dictæ autèm extractionis licentia de menſe Martii cujuslibèt anni, & non priùs concedi debeat à Congregatione prædicta, ac præcedente Chirographo à Nobis ſubſignato, ſolutis tamèn priùs Cameræ noſtræ Apoſt. juliis quinque pro quolibèt rubro extrahendo; Quod ſi aliqui prædicti ob maris diſtantiam, ſeù aliàs quantitatem frumenti permiſſam extrahere nequiverint, ſeù noluerint, facultatem, & privilegium extractionis hujuſmodi aliis ad rationem juliorum quinque pro quolibèt rubro vendere, ſeù cedere valeant: Si autèm per Nos, vel Succeſſores noſtros, Cameramque, aùt Annonæ Præfectos ex quavis cauſa dictam licentiam impediri contigerit, teneatur ipſa Camera eiſdem Agricultoribus, ſeù Dominis tenutarum, ſeù terrarum, pro intereſſe dicti impedimenti ſummam julorum ſex pro quolibèt rubro ſolvere liberè, & abſque ulla prorsùs exceptione, dummodò tamèn totum eorum frumentum ad Urbem conduxerint, ſeù licentiam obtinuerint, illud extrà Urbem dimittendi ſub obligatione ad Urbem conducendi, & data nota ſummæ, & loci ubi dictum frumentum repoſitum fuerit.

Subventio ſc. 1000., vel alterius ſummæ à Præfecto Annonę ordinandæ, parvo ſub emolumento eiſdem dari præcipitur.

§.11. Ac eiſdem Agricultoribus, & Agriculturæ artem exercentibus, prætereà de aliquo ſubventionis auxilio providere volentes, quo faciliùs arti hujuſmodi incumbere, pecuniaſq; minori interuſurio habere valeant, motu, ſcientia, & poteſtate ſimilibus dilectis filiis Proviſoribus Sacri Montis Pietatis Urbis, eorumque Miniſtris, ad quos ſpectat, per præſentes diſtrictiùs præcipiendo mandamus, ut cuilibèt vero Agricultori uſque ad ſummam mille ſcutorum monetæ, ſeù aliam à Præfecto prædicto ordinandam, accepto eodem emolumento duorum pro centenario nomine meriti, ſeù aliàs ab aliis ratione expenſarum ſolvi conſueto, & accepto idoneo, & ſufficienti pignore, aliiſque ejuſdem Montis legibus, & inſtitutis hactenùs obſervari ſolitis, adimpletis, & obſervatis, debeant mutuare, de licentia tamèn Præfecti Annonæ prædictæ, & non alitèr, & cum conditionibus, & clauſulis ab eo præſcriptis, dummodò illæ Montem prædictum majori, quàm dicto onere non afficiant, qui quidem Annonæ Præfectus, antequàm Agricultorem ad hujuſmodi commodum admittat, licentiamque expediat, quantitatis laborerii, & qualitatis perſonæ rationem habebit, dictamque licentiam opportunis temporibus tantùm, & pro ea ſumma, quæ ſibi videbitur neceſſaria, dummodò quantitatem mille ſcutorum prædictam non excedat, concedet; Summa autèm mille ſcutorum prædicta de ordine ipſius Congregationis pro qualitate perſonæ, & laborerii ejuſdem Congregationis arbitrio, etiàm uſquè ad ſummam bis mille ſcutorum augeri poſſit, ſicque in præmiſſis omnibus &c. ſublata &c. irritum &c.

Annona, et Grascia.

Quoad Præfecturam, & Regimen.

Auctoritas Congreg. pro obſerv. hujus Conſtit.

§.12. Mandantes etiàm Congregationi, & Deputatis prædictis, & eorum ſingulis, ut præſentes noſtras literas, & in eis contenta quæcunque obſervent, & exequantur, & faciant ab aliis, quantùm in eis erit, condigna pœnarum inflictarum animadverſione, aliiſque opportunis juris, & facti remediis firmitèr, & inviolabilitèr obſervari: Dantes eis, & in præmiſſis, & circà ea, plenam, & omnimodam facultatem, & poteſtatem.

Cōtrariorum derogatio.

§.13. Non obſtan. præmiſſis, necnon quibuſvis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſt., ac illa etiàm quatenùs opus ſit, ejuſdem Pii IV. prædec. noſtri de regiſtran., itaùt præſentes, abſque alia in eadem Camera admiſſione, & regiſtratione validæ ſint, ſuumque debitum ſortiantur effectum, necnon Urbis, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Villarum, & locorum quorumcumque juramento, confirmatione Apoſtolica, & quavis alia firmitate roboratis, ſtatutis, conſuetudinibus, reformationibus, decretis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, Communitatibus, Univerſitatibus, Baronibus, aliiſque prædictis, & quibuſvis à Sede prædicta, vel à Nobis forsàn conceſſis, ac etiàm confirmatis, approbatis, & innovatis, quæ eis, quoad præmiſſa, nolumus ſuffragari, & quibus omnibus, & ſingulis etiàmſi &c. illorum tenores &c. pro ſufficientèr expreſſis, & inſertis habentes, hac vice ad effectum præſentium dumtaxàt, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ſpecialitèr, & expreſsè, ac latiſſimè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Sola Signatura ſufficiat.

§.14. Volumus etiàm, quod præſentium ſola ſignatura ſufficiat, etiàm abſque alia data, & regiſtratura, regula quacunque contraria paritèr non obſtante.

§.15. Et nihilominùs literæ in quavis forma expediri poſſint cum clauſulis opportunis.

Fides tranſūptorum.

§.16. Præſentiumque, & literarum, forsàn deſuper expediendarum, tranſumptis etiàm impreſſis, manu unius ex Cameræ noſtræ Apoſt. Notarii ſubſcriptis, & ſigillo alicujus ex Congregatione prædicta obſignatis, in judicio, & extrà plena fides adhibeatur.

Placet motu proprio: C.

Anno 1611. Indictione Nona Pontif. Sanctiſſimi D. N. D. Pauli PP. V. an. VII., die verò 19. Menſis Octobris ſupradicta Cedula Motus proprii public., & affixa fuit in Acie Campi Floræ, & aliis Locis ſolitis, & conſuetis per me Jo: Dominicum de Pace Curſorem.

Chriſtophorus Fund. Pro Mag. Cur.

XXVI. CON-

ANNONA, ET GRASCIA.

Quoad Præfecturam, & Regimen.

XXVI. CONSTITUTIO
ALEXANDRI PP. VIII.
CHIROGRAFO

In cui approva diverſi Decreti fatti da una Congreg. Particolare da Eſſo deputata per il buon regolamento dell' Agricoltura, e dell' Annona.

Ed. an. Dom. 1689. 26. Novembris.

Concord. de materia notavi in præcedentib. Conſt.

Efordio.

REVERENDISSIMO Cardinal Camerlengo. Eſſendo la Nobil' Arte dell' Agricoltura di tanta importanza per la noſtra Città di Roma, e per il noſtro Stato Eccleſiaſtico, che perciò li Noſtri Predeceſſori l' hanno avuta ſommamente a cuore, e molti di eſſi in più tempi hanno publicati diverſi ordini, che ſecondo la qualità de' tempi hanno creduto giovevoli per il mantenimento di eſſa;

§. 1. Ancora Noi nel principio del Noſtro Pontificato abbiamo applicato l'animo a dargli un profittevole ſtabilimento, & avendo inteſo, che gli Agricoltori, e li Padroni delle Tenute del Territorio Romano gravemente ſi dolgano, che la diſtribuzione de' Grani, che ſi fà dalla noſtra Annona di Roma, rieſce a loro di graviſſimo pregiudizio, abbiamo deputato una Congregazione da tenerſi avanti di Voi di più Reverendiſſimi Cardinali, Prelati, & altre Perſone di qualità prattiche di queſta materia, acciò eſaminato maturamente il negozio, ci ſoggeriſse il modo più accertato per regolare in avvenire queſto affare, la quale Congregazione avendo più volte ſentito gli Agricoltori, e li Fornari, & altre Perſone informate di queſta materia, & in molti congreſſi maturamente eſaminato tutto il negozio, hà riſoluto di rappreſentare a Noi, ſiccome Voi ci avete rappreſentato i ſuoi ſentimenti nella forma, che ſiegue.

Decreti della Congr. Particolare deputata ſopra l'Annona.

Cum Sanctiſſimus Dominus Noſter, auditis clamoribus, & querelis Agricultorum, & Poſſidentium in Agro Romano, occaſione diſtributionis fieri ſolitæ per Tribunal Annonæ Urbis providè exiſtimaverit Particularem Congregationem infraſcriptorum Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum Cardinalium, & RR. PP. DD. Prælatorum, ac aliorum Officialium deputare pro regulanda in poſterùm Re frumentaria, tàm in Urbe, quàm univerſo Statu Eccleſiaſtico; Hinc eadem Sacra Congregatio, auditis pluriès Piſtoribus, aliiſque Perſonis peritis, & informatis, ac re maturè diſcuſſa, opportunum cenſuit, ad infraſcripta decreta, & proviſiones devenire.

Primò. Quòd Tribunal Annonæ debeat in poſterùm totalitèr abſtinere ab emendo, vendendo, & reſpectivè diſtribuendo frumentum inter Piſtores Urbis, itaùt ſublato penitùs hujuſmodi mercimonio, reſtituatur omnibus liberum commercium, ac plena libertas illud emendi, & vendendi pro pretio inter Partes concordando.

Secundò. Ex frumento hodiè exiſtente in Horreis Reverendæ Cameræ, aſcendente ad rubra triginta millia circitèr, debeat in futurum perpetuò in eiſdem Horreis conſervari prò ubertate, & Annona Urbis portio, ſeù rata rubrorum viginti millium ſub cura, & adminiſtratione Ill. D. Annonæ Præfecti, injuncta Piſtoribus obligatione renovandi quolibet anno in alio frumento bono, & recipiente, & non in pecunia, illam quantitatem, quæ judicio ejuſdem Præfecti renovatione indigebit, ità tamen, ut renovatio prædicta fiat unico contextu, & eadem menſura, & non aliàs &c.

Tertiò. Quòd reliqua rubra decem millia vendi ſtatim debeant cum Tractis à Sanctiſſimo concedendis, pretium verò perpetuò manere debeat ſub diſpoſitione ejuſdem Annonæ Præfecti, ad effectum ſubveniendi Agricultoribus, præſertim pauperibus, in quantitate ſibi beneviſa ſub modico interuſurio duorum pro centenario, & ſub idoneo, & ſufficienti pignore, vel cautione, arbitrio ejuſdem Præfecti præſtanda, juxtà formam Conſtitutionis 70. aliàs 48. ſan. mem. Pauli V. §. 2. Ità tamen, ut potiori cautela ejuſdem Annonæ, teneantur Domini Caſalium, aliarumque Terrarum, in actu conſignationis pecuniarum, expreſsè renunciare cuicumque prælationi eis competen. ratione ſeminis, aut cujuſvis alterius eorum crediti etiam hypothecarii, & anterioris.

Queſta Conſtit. è la precedente.

Quartò. Quòd in poſterùm Piſtores Bajoccantes teneantur ſervare Tariffam Pauli V. renovandam, cum aliquali moderatione, arbitrio Sac. Congregationis.

Quintò. Quòd Piſtores Decinantes pro quolibet rubro frumenti eis conſignandi, vel in ipſo frumento bono, & mercantili, vel in pretio currenti tradere teneantur decinas 44. Panis, & quod ulteriùs pro manutentione expenſarum, & ſolutione debitorum Annonæ iidem Piſtores Decinantes contribuere debeant eidem Annonæ julios quinque pro quolibet rubro frumenti, per eos in futurum explanandi, juxtà formam ſpecialis obligationis per eoſdem Piſtores deſuper jam factæ.

Sextò. Quòd totum id, quod ſolutis expenſis, & debitis annualibus Annonæ ſupererit ex dicta contributione, atque ex aliis ejus emolumentis, vel augere debeat impræſtantias, & ſubventiones ab Ill. Præfecto faciendas favore Agricultorum, præſertim pauperum, ut ſuprà dictum eſt, vel debeat pro parte arbitrio ejuſdem Præfecti inveſtiri, & multiplicari ad beneficium Annonæ, ac pro majoribus illius indigentiis, quæ in futurum ſupervenire poterunt.

Septimò. Quòd ob eamdem rationem promovendi Artem Agrariam, & ſublevandi Subditos Status Eccleſiaſtici, ſupplicandum ſit Sanct. Dom. Noſtro, ut renovare dignetur Conſtitutionem 72. Clementis VIII. in ea parte, in qua conceditur libera facultas extrahendi tam per Mare, quàm per Terram quartam partem totius frumenti recolligendi (detracto tamen ſemine) dummodò in Urbe Romæ, ejuſque Diſtrictu, atque in Territoriis Corneti, & Tuſcanellæ pretium frumenti non excesserit ſcuta ſex prò quolibet rubro, & dummodò extractiones prædictæ fiant poſt elapſum menſem Decemb., cujuſlibet anni, & nõ priùs.

Queſta Conſt. è ſopra la 22.

Octavo. Quòd itidèm ſupplicandum ſit SS., ut præfatam Conſtitutionem extendere, ut ſuprà, dignetur, ad reliquum Statum Eccleſiaſticum, dummodò ibidèm pretium frumenti communiter non excedat ſcut. 4. cum dimidio, & denique quod in materia pretii dictarum Tractarum aliàs in Conſtiutione quinta Clementis VII. taxati in juliis duobus prò quolibet rubro, in Conſtitutione 72. Clementis VIII. in juliis tribus, in Chirogra-

Circà le tratte, vedi le Conſtitut. precedenti, e ſuſſeguenti.

rographis Urbani VIII., & Alexandri VII. in juliis quinque, in aliis Clementis IX., & X. in julio uno pro ſingulis ſcutis, & quod modò eſt de ſcuto uno prò quolibet rubro, ſupplicandum paritèr ſit Sanctiſſimo Dom. Noſtro, ut illud in poſterùm taxare dignetur in juliis ſex prò quolibet rubro frumenti, quemadmodùm taxatum reperitur in Conſtitutione 70., alias 48. fan. memor. Pauli V. §. 10. verſ. Si autem.

Il Papà approva i detti decreti. §.2. Et avendo Noi veduto la detta relazione, e maturamente conſiderato tutto il contenuto, abbiamo riſoluto di ordinare a Voi, che gli diate intiera eſecuzione con animo, che vedendoſi con eſperienza, che rieſca di quel profitto, che ſi deſidera ſtabilirne per ſempre l'oſſervanza con noſtra particolare Coſtituzione, da oſſervarſi perpetuamente; Perciò di noſtro Moto proprio, certa ſcienza, e pienezza della noſtra poteſtà ordiniamo à Voi, che facciate intieramente adempire per l'avvenire tutte le coſe contenute in detta relazione, & ogn'una di eſſe in particolare, dando Voi eſecuzione a tutte quelle, che appartengono alla voſtra carica, & il medeſimo dovrà ancora farſi da Monſignor Prefetto dell' Annona in ordine a quelle, che appartengono al ſuo Miniſtero, dandogliene Noi a queſt' effetto tutta quella autorità, e facoltà, che biſogna per la piena, & intiera eſecuzione di tutte le coſe ſudette in ampliſſima forma, & in ſpecie d'aggiuſtare la Tariffa per li Fornari Bajocanti, deſtinata nel Capitolo 4. d'approvarſi dalla ſteſſa Congregazione.

§.3. Volendo Noi, che il prezzo corrente del Grano, ſecondo il quale ogni anno reſpettivamente dovrà regolarſi la detta Tariffa, ſi dichiari dalla medeſima Congregazione, e ſopra tutte le coſe ſudette farete ordini, e mandati, publicarete Editti, e farete tutte quelle proviſioni, che ſtimarete neceſſarie, & opportune, perchè così è mente, e volontà noſtra eſpreſſa.

Deroga à tutto ciò, che faceſſe cõtrario. §.4. Volendo, e decretando, che il preſente noſtro Chirografo ammeſſo, e regiſtrato in Camera alla forma delle Coſtituzioni Apoſtoliche, e tutto ciò, che in eſecuzione di eſſo farete, vaglia, & abbia il ſuo pieno effetto, eſecuzione, e vigore, non oſtante qualſivoglia Coſtit., & ordinazione, e non oſtante l'uſo praticato, anche per lungo tempo, dalla noſtra Annona di Roma, ancorchè foſſe approvato da qualſivoglia ordinazione Apoſtolica, e non oſtante ogn' altra coſa, che in qualunque modo faceſſe in contrario, alle quali tutte, e ſingole, avendo il loro tenore quì per eſpreſſo a ſufficienza, e per queſta volta, & a queſt' effetto deroghiamo.

Data. Dato dal noſtro Palazzo Apoſtolico di Monte Cavallo, queſto dì 26. Novemb. 1689.

Alexander Papa VIII.

Sequitur admiſſio, & regiſtratio ejuſdem Chirographi in Camera, more ſolito.

XXVII. CONSTITUTIO
PII PP. IV.

Annona, et Graſcia.

Quoad Aſſignationẽ, & Extractionem.

Revocatio omnium licentiarum, præterquàm ex cauſa verè oneroſa, conceſſarum, extrahendi frumenta, blada, & legumina ex Provinciis, Civitatibus, & locis Ditionis Eccleſiaſticæ, & prohibitio de cætero extrahendi.

Supèr aſſignat. frumenti, & leguminum certa forma facien., ac prohibitione illa extrahen. extrà Statum Eccleſiaſticum Conſtit. priùs ediderat hic Pontifex, quàm hìc non habes, ſed impreſſa eſt in antiq. Bullar. an. 1579. la 36. pag. 523.

Idemque Pontif. inſupèr ann. 1560. die 30. Decemb. revocavit licentias extrahendi frumenta &c. extrà Statum Eccleſiaſticum ex cauſa etiàm oneroſa, ùt ex alia Conſt. Cum ſicùt, quàm vid. impreſſa in eodem Bullar. la 7. pag. 491.

Sèd pòſt hæc per præſentem Conſtitut. iterùm revocavit omnes licentias, præterquam tamèn ex cauſa verè oneroſa.

Hanc Conſtit., & omnes alias Prædeceſſ. Pontificum an. 1570. S. Pius V. in Conſtit. Romani Pontificis confirmavit, & extendidit, ad quodcumque genus Graſciæ, & Oleum; ac

Subindè Gregor. XIII. an. 1577. in Conſt. Volentes, prohibuit extractionem frumenti &c. & Animalium ſub diverſis pœnis, ac etiàm excommunicat. latæ Sentent., ac inſuper eod. an. per aliam Conſtit. indulxit Ordinariis facultatem abſolvendi à cenſuris ob extractiones jàm factas, ac ſeq. an. 1578. contrà extrahentes frumenta, ac impedientes illa ad Urbem afferentes, & ementes ultrà uſum unius anni, aliam Conſtit. edidit, in qua licentias etiàm ex titulo oneroſo revocavit.

Has omnes Conſtit. an. 1597. Clem. VIII. in Conſtit. Frumenti, confirmavit contrà extrahentes frumenta etiàm recollecta in bonis Eccleſiaſticis, quoad omnes pœnas, excepto excommunicationis Sententia, ac extendidit ad Mercantes, vèl retinentes ſal exterum, ac Barones ab eorum ſubditis frumenta ementes ultrà uſum anni.

Sed an. 1605. Paul. V. in Conſt. Intèr graviſſimas, rursùs has omnes innovavit ſub pœna etiàm excommunicat. quoad extrahentes frumenta, blada, legumina, & oleum tantùm, illaſque extendidit ad omnes res Annonam, & Graſciam pertinen. revocando omnes licentias, & Privilegia, etiàm ex cauſa oneroſa, quam ſuam Conſtitut. idem Pontifex ſeq. an. 1606. declaravit, quod ab immediatè ſubjectis ad medintè ſubjecta loca, & à mediatè ſubjectis extrà Statum, frumenta, etiàm tempore nundinarum, & emporiorum aſportari non poſſent.

Deniquè Greg. XV. an. 1622. in Conſtit. Romani Pontificis, declaravit, quod in excommunicationem, & cenſuras Eccleſiaſticas non incurrunt, qui frumenti, & aliàs hujuſmodi Annonæ ſpecies extrà Statum Eccleſiaſticum certis caſibus extrahunt.

Has omnes Conſtit. habes infrà hoc eodem ordine impreſſas.

PIUS

Digitized by Google

Annona, et Graſcia.

PIUS PAPA IV.

Motu proprio &c.

Quoad Aſſignationē, & Extractionem.

Ed. an. Dom. 1565. 23. Aug. in Bull. nov. la 99. tom. 2. in vet. la 113. pag. 875. vol. 1. & in antiqu. ann. 1579. la 160. pag. 707. part. 1.

Exordium.

INTER MULTIPLICES curas, quibus aſſiduè præmimur, eas ſollicitudinis partes à nobis non immeritò ſuſcipiendas eſſe arbitramur, per quas illis, quos ſupremæ dignitatis noſtrę Pontificalis ratione, juriſdictioni noſtræ temporali ſubjectos eſſe cernimus, etiàm in his, quæ communem vitæ uſum, & ſubſtentationem concernunt, opportunè providetur, ac proindè nonnulla facultates, licentias, & indulta hactenùs tàm à nobis, quàm à prædeceſſ. noſtris Rom. Pont. quibuſdam, certis tùnc ſuadentibus cauſis, conceſſa, quæ præmiſſis obeſſe contuemur, aliis urgentibus, magiſque neceſſariis ſupervenientibus cauſis, pro noſtra in cunctis ſolita providentia interdùm revocamus, & annullamus, aliaſque deſupèr diſponimus, proùt omnium communi utilitati, & commoditati percipimus ſalubritèr expedire.

Cauſa Conſtitutionis.

§. 1. Sanè attendentes, quod licèt Dei omnipotentis gratia, & benignitate in Statu noſtro Eccleſiaſtico ea talis hactenùs fuerit, ac ſit in præſentarium Annonæ copia, quod ex ea Status ejuſdem populi, & ſubditi noſtri facilè, commodèque, ac vili pretio ſe, ſuaſque familias ſubſtentare poſſent, nihilominùs nimia lucri cupiditate multorum, forsàn prætextu certarum licentiarum, & facultatum eis (ut aſſerunt) conceſſarum, ex diverſis dicti Status partibus, & locis frumenta, & alia blada, ac legumina in multarum, etiàm pauperum partium, earundem perſonarum præjudicium, & gravamen extrahentium, & alio aſportantium efficitur, ut ferè ſempèr populi, ac ſubditi ipſi nimia Annonæ hujuſmodi caritate, rerumque penuria oppreſſi, quoad eorum qualemcumque ſubſtentationem, & victum quotidianum non mediocritèr, ſed pluſquàm par ſit, noſtramque deceat providentiam, patiantur.

Revocatio quarumcumque licentiarum, præter quam ex cauſa onerosa cōceſſarum, extrahendi frumenta, &c. ex Provinciis, Civitatibus, & locis Ditionis Eccleſiaſ.

§. 2. Nos igitùr, quorum eſt præ cæteris, per debitæ proviſionis noſtræ miniſterium, præmiſſis obviare, ac populorum, & ſubditorum præfatorum commoditatibus opportunè conſulere, & ne licentiarum, & facultatum hujuſmodi cauſa aliis prodeſſe quidam velint, noſtri rerum penuria hujuſmodi pergraventur, ſatagere volentes, auctoritate Apoſt. & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſt. poteſtatis plenitudine præſentibus perpetuò valituris eas omnes, & ſingulas, præterquàm ex cauſa verè oneroſa, ſolutionis videlicèt, & exburſationis pecuniarum, extrahendi frumenta, & cujuſvis alteriùs generis blada, & legumina ex quibuſvis Provinciis, Civitatibus, Terris, & locis nobis, Ditionique noſtræ Eccleſiaſticæ mediatè, vèl immediatè ſubjectis, quibuſvis Communitatibus, Univerſitatibus, & perſonis, tàm ſæcularibus, quàm quorumvis ordinum regularibus cujuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtentibus, ac etiàm Ducali, Marchionali, Comitiali, aùt alia ſæculari dignitate, & excellentia, necnòn Cardinalatus honore fulgentibus, per nos, & prædec. noſtros præfatos, aùt alios quoſcunque quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, & irritandis, etiàm de neceſſitate exprimendis, etiàm Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac aliàs quomodolibèt conceſſas, approbatas, & innovatas, illarum ſingularum veros tenores, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus infereretur, pro ſufficientèr expreſſis haben., revocamus, caſſamus, & annullamus, ac viribus vacuamus, illaſque revocatas, caſſatas, & annullatas, ac invalidas, & viribus vacuas, neminique prodeſſe, aùt ſuffragari poſſe, ſeù debere decernimus, & declaramus.

Innovatio prohibitionum emanatarum contra extrahentes.

§. 3. Necnon hactenùs de non extrahendo frumenta, blada, & legumina hujuſmodi in Provinciis, Civitatibus, Terris, & locis præfatis, tàm à nobis, quam à prædeceſſ. noſtris Conſtitutiones, & inhibitiones emanatas, ac aliis quibuſvis factas inhibitiones, bannimenta, prohibitiones, & proclamata innovamus, ac ſub pœnis in illis contentis obſervari volumus

Prohibitio extrahendi, & pœna contravenientium, alias pœnas vide infrà in Conſt. Greg. XIII.

§. 4. Diſtrictiùs inhibentes quibuſvis perſonis etiàm, ut præfertur, qualificatis, ne in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub noſtræ indignationis omnium bonorum, & amiſſionis Feudorum pœnis, licentiarum, ſeù facultatum, aliàs tamen, quàm, ut præfertur, ex oneroſa videlicet ſolutionis, exburſationiſque cauſa pecuniarum conceſſarum, aut alio quovis prætextu, directè, vel indirectè frumenta, & blada, necnon legumina hujuſmodi ex Provinciis, Civitatibus, Terris, & locis præfatis quocunque modo extrahere, & alio aſportare audeant, vel præſumant.

Executoris deputatio, & facultates.

§. 5. Ac mandantes in virtute ejuſdem ſanctæ obedientiæ dilecto filio noſtro Vitellotio S. Mariæ in Via lata Diacono Cardinali Vitellio nuncupato S. R. E. Camerario, quatenùs ipſe ultrà ordinariam ſui Camerariatus Officii facultatem, ſpecialem quandam, & præcipuam in præmiſſis curam habens, præſentem noſtri motus proprii cedulam, ac in ea contenta quæcunque ab eis, quos illa quomodolibèt concernunt, & concernent in futurum, firmitèr, & inconcuſsè obſervari, executionique debitæ demandari, necnon in Provinciis, Civitatibus, Terris, & locis hujuſmodi, ac alibi, ubi opus fuerit, publicari, & notificari, necnon contradictores quoſlibet, & inobientes, ac præſentibus, & indè pro tempore emanatis proclamatibus, bannimentis, & inhibitionibus quibuſcunque non parentes, quacunque appellatione, & ſubterfugio remotis, auctoritate noſtra compeſcat, ac ſi ei expediens, & opportunum fore videbitur, legitimis ſupèr his haben. ſervatis proceſſibus, aùt etiàm ſimplicitèr, & de plano, necnon manu regia, ac ſine ſtrepitu, & figura judicii, ſed ſola facti veritate inſpecta, illas cenſuras, & præfatas, ac alias quaſcunque in eiſdem pro tempore ſubſecutis bannimentis, inhibitionibus, proclamatibus, & prohibitionibus contentas, pœnas incidiſſe, & incurriſſe declaret, eaſque ab illis exigi, & recuperari faciat, & procuret, ſibi in præmiſſis omnibus, & ſingulis amplam, & omnimodam dantes, & concedentes facultatem, poteſtatem, & auctoritatem.

§. 6. Ac decernens omnes, & ſingulos frumenta, blada, ac legumina, ut præfertur,

ex-

extrahentes, & alio aſportantes, facultates, & licentias ex oneroſa, ſolutionis videlicet, ac exburſationis pecuniarum, cauſa ſibi conceſſas eſſe, allegantes, prætendentes, antequam ipſi illis modo aliquo deincèps, ullo unquam tempore, uti poſſint, illas coràm eodem Vitellotio Cardinale, & Camerario verificari debere, ac ad id teneri, & obligatos exiſtere, alioquin ipſis non juſtificatis, & per eundem Cardinal. Camerar. non approbatis, eaſdem facultates, & licentias, ac illarum vigore, ſeù prætextu quaſcunque per eos frumentorum, bladorum, & leguminum hujuſmodi de cætero factas extractiones, & aſportationes nullas, & invalidas, ac de facto, & nullitèr, ac prætèr mentem, & intentionem noſtras factas fuiſſe, & eſſe, ac perſonas talitèr extrahentes, & aſportantes pœnas præfatas incidiſſe, & incurriſſe, ac ad illarum totalem ſatisfactionem penitùs teneri.

Licentias habere prætendentes ex cauſa oneroſa, verificent coram Camerario, alioquin eis uti non poſſint.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.7. Non obſtan. præmiſſis, ac quibuſvis Conſtitut., & Ordinat. Apoſt. necnon ſtatutis &c., etiàm juramento, &c. roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis Univerſitatibus, Communitatibus, ac perſonis etiàm, ut præfertur, qualificatis quomodolibèt, etiàm motu, ſcientia, auctoritate, & poteſtatis plenitudine paribus, etiàm conſiſtorialiter &c., ac aliàs quomodolibèt conceſſis, &c. quibus omnibus, & ſingulis, illorum omnium, veros tenores præſentibus pro ſufficientèr expreſſis, habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Licentiæ extrahendi frumenta à Camerario non approbatæ nõ valent.

§.8. Volumus autèm, ut deinceps perpetuis futuris temporibus nulli quaruncuuque licentiarum, etiàm ex canſa oneroſa, etiàm ſi propria auctoritate extractio illis permiſsa ſit, conceſſarum, & concedendarum vigore extractiones granorum, bladorum, & leguminum hujuſmodi abſque ejuſdem Camerarii Cardinalis patentibus, deſuper concedendis literis, aliquo pacto in toto Statu Eccleſiaſtieo facere poſſint, aùt valeant; Alioquin contrafacientes in præfatas pœnas incidiſſe, & incurriſſe declaramus, & ab eodem Cardinale Camerario declarandos eſſe decernimus &c.

Sola ſignatura ſufficit.

§.9. Quodque ſola præſentis motus proprii ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat in judicio, & extrà, quacunque regula, ſeù Conſtit. Apoſt. contraria non obſtante.

Placet Motu proprio I.

Dat. Romæ apud S. Marcum Id. Aug. An. VI.

XXVIII. CONSTITUTIO
S. PII PP. V.

Confirmatio præced. Conſtit. Pii IV., circa revocationem licentiarum extrahendi frumenta, &c. ex Provinciis, & locis Ditionis Eccleſiaſticæ, illiuſque extenſio ad quodcunque genus Graſciæ, & Oleum.

Ed. an. Dom. 1570. in bull. nov. To. 108. pag. 236. to. 2. in vet. To. 176. pag. 1180. to. 2. & in antiqu. ann. 1579. To. 20. pagin. 13. part. 2.

Concord. retuli in præced. Conſtit. 27.

PIUS PAPA V.

Motu proprio &c.

Exordium.

ROMANI Pontificis providentia circumſpecta Prædeceſs. ſuorum geſta, quæ præcipuè pro Annona, & ad uſum vivendi neceſſaria facta ſunt, penſatis opportunis occaſionibus confirmat, innovat, atque extendit, proùt conſpicit in Domino ſalubritèr expedire.

ANNONA; ET GRASCIA.

Quoad Aſſignationẽ, & Extractionem.

§.1. Dudum ſi quidem à fe.re. Pio PP. IV. Prædec. noſtro emanarunt literæ tenoris ſubſequentis, videlicèt.

Pii IV. Conſt. illam hab. ſup.

Pius Papa IV. Motu proprio &c. INTER MULTIPLICES CURAS &c.

Omittitur tenor hujus Conſt. quia habes ſupra in præcedenti.

Confirmatio dictæ Conſtit. Pii IV.

§.2. Nos præmiſſa firmitèr obſervare, perpetuaque roboris firmitate ſubſiſtere, ſinceris deſiderantes affectibus, revocationem, caſſationem, annullationem, decretum, declarationem, innovationem, voluntatem, & inhibitionem præfata, ex certa noſtra ſcientia, ac de ejuſdem poteſtatis plenitudine auctoritate Apoſt. tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adiicimus, dictamque motus proprii cedulam innovamus.

Extenſio ad quodcunque genus graſciæ.

§.3. Ac illam ad licentias, & facultates quodcunque genus Graſciæ etiàm in carnibus, ovibus, agnis, & aliis animalibus, necnon oleo, ac rebus aliis quibuſcunque conſiſtentis quomodocunque, & qualitercunque nuncupat. concernentes, quibuſcunque (prætèrquam ex cauſa oneroſa præfata) quomodocunquè conceſſas, itaùt illæ ſimilitèr revocatæ, caſſæ, & irritæ ſint, & eſſe cenſeantur, auctoritate, poteſtatis plenitudine, & motu ſimilibus extendimus, & ampliamus.

Executorem deputat.

§.4. Necnòn eidem Vitellotio Card. prætèr ordinariam ſui facultatem, quoad extenſionem, & ampliationem hujuſmodi, eandem exequendi, publicandi, & notificandi, ac declarandi poteſtatem, facultatem, & auctoritatem, quæ illi quoad contenta in præinſerta Motus proprii cedula ab eodem Prædec. conceſſa, data, & attributa extitit, damus, concedimus, & impartimur.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.5. Non obſtan. omnibus, quæ dictus prædeceſſor voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Licentiam habentes, eis uti nõ poſſunt abſque Camerarii patentibus.

§.6. Volumus autèm, ut deinceps perpetuis futuris temporibus nulli quarumcunque licentiarum, etiàm ex cauſa oneroſa, etiàm ſi propria auctoritate extractio illis permiſſa ſit, conceſſarum, & concedendarum vigore, extractiones granorum, bladorum, & leguminum, necnòn carnium, olei, & aliorum, ut ſuprà ſpecificatorum, etiàm cujuſcunque alterius generis, etiàm, ut præfertur, ſpecificatæ Graſciæ hujuſmodi abſque ejuſdem Camerarii Card. patentibus deſuper coucedendis literis, aliquo pacto in toto Statu Eccleſiaſtico facere poſſint, aut valeant; Necnon quoſcunque contrafacientes in præfatas poenas incidiſſe, & incurriſſe declaramus, & ab eodem Card. Cam. declarandos eſſe decernimus &c.

Sola ſignatura ſufficit.

§.7. Quodque ſola præſentis motus proprii ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat in judicio, & extrà, quacunque regula, ſeù Conſtitut. Apoſt. contraria non obſtante.

Placet Motu proprio. M.

ANNONA, ET GRASCIA.

Quoad Aſſignationē, & Extractionem.

XXIX. CONSTITUTIO GREGORII PP. XIII.

Prohibitio extrahendi frumenta, blada, & animalia extrà Statum Eccleſiaſticum, ſub variis pœnis, etiàm Excommunicationis latæ Sententiæ.

Ed. an. Dom. 1577. die 18. Decembris in bullar. nov. to. 10. 2. in veter. to 53. pag. 1267. to. 2. Et in antiq. ann. 1579. to 39. pag. 52.

Concord. poſui ſup. in Conſt. 27.

GREG. Epiſ. Ser. Ser. Dei Ad fut. rei mem.

Exordium.

VOLENTES pro noſtra paſtorali ſolicitudine providere, ut ea, quæ communem vitæ uſum, & ſubſtentationem concernunt, in Statu noſtro eccleſiaſtico, honeſto pretio habeantur, veſtigiis quoque fel. rec. Pii Papa IV. prædec. noſtri inhærentes.

Prohibitio extrahendi frumenta extra ſtatum Eccl. etiam ſub pœna excommunicationis.

§.1. Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra omnibus, & ſingulis Communitatibus, Univerſitatibus, ac perſonis, tàm laicis, quàm eccleſiaſticis, etiàm quorumvis ordinum regularibus, cujuſvis ſtatus, conditionis, & ordinis exiſtentes, etiàm Archiepiſcopali, & Epiſcopali, vèl alia majori dignitate fungentibus, ac etiàm Baronibus, Domicellis, & Dominis temporalibus Status noſtri Eccleſiaſ., ac S. Sedi Apoſt. immediatè ſubjectis, in virtute ſau. obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ, ac excommunicationis latæ Sententiæ pœnis, tenore præſentium inhibemus, ne quovis prætextu directè, vèl indirecte cujuſvis generis frumenta, blada, & legumina, atque animalia quæcumquè extrà Statum Eccleſiaſticum extrahere, & aſportare audeant, ſeù præſumant.

Pœnę contravenientium. Alias pœnas vid. hic inf.

§.2. Eos verò, qui contrà inhibitionem noſtram hujuſmodi commiſerint, ultrà prædictas, etiàm amiſſionis frumentorum, bladorum, leguminum, & animalium præfatorum, necnòn quinque ſc. pro qualibèt ſalma frumenti, bladorum, & leguminum hujuſmodi, & duorum ſcut. pro quolibet capite animalis, pœnas Fiſco, & Cam. Noſtræ Apoſt. applican., ipſo facta incurrere volumus, ac decernimus.

Executorum deputatio, & facultates.

§.3. Mandantes dilectis filiis Aloyſio tit. S. Marci Præsb. Card. Cornelio nuncup. noſtro, & S. R. E. Camerario, necnòn Magiſtro Andreæ Spinulæ dictæ Cam. Clerico, & Annonæ Præfecto, quatenùs ipſi præcipuam in præmiſſis curam habentes, præſentes noſtras literas, & in eis contenta quæcunque ab omnibus, quos illa concernunt, firmitèr obſervari, executioniquè debitæ demandari; necnòn in Provinciis, Civitatibus, terris, & locis Status Eccleſiaſtici præfati, ubi opus fuerit publicari, & notificari curent, ac ad exactionem pœnarum prædictarum, quacunque appellatione remota, quibuſvis opportunis juris, & facti remediis procedant, & procedi faciant.

§.4. Contradictores, ac præmiſſorum executionem quomodolibèt impedientes, per prædictas & alias pecuniarias, ac ſibi viſas pœnas, etiàm omni appellatione ceſſante, compeſcant, ſupèr quibus omnibus, aliiſque circà ea neceſſariis, & opportunis plenam, & liberam per eaſdem præſentes ipſis concedimus facultatem.

Clauſulæ derogatoriæ ampliſſimæ.

§.5. Non obſtan. Conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione apoſt. vèl quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis apoſt. Communitatibus, Univerſitatibus, ac perſonis quibuſcunque, etiàm, ut præfertur, qualificatis, etiàm Motu ſimili, vel alias quomodocunquè, & qualitercunquè conceſſis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, eorum tenores, ac ſi ad verbum infererentur præſentibus, pro ſufficientèr expreſſis, habentes, ad effectum præſentium ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, contrariis quibuſcunque: aùt ſi aliquibus communitèr, vèl diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem.

§.6. Volumus autèm præſentium tranſumptis etiàm impreſſis manu Notarii pub. ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eandem prorsùs fidem adhiberi, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vèl oſtenſæ. Tranſumptorum fides.

Datum Romæ apud S. Petrum die 18. Decemb. 1577. Pontif. An. 6. Dat.

Sequitur Facultas Ordinariorum abſolvendi à cenſuris incurſis ob extractiones jàm factas.

GREG. Epiſ. Ser. Ser. Dei ad futur. rei mem.

CUM AD NOSTRAM &c. omittitur tenor hujus Conſt., utpotè non neceſſarius. *Ed. an. Dom. ut ſup.*

Sequitur ejuſdem Pontificis.

Confirmatio Prohibitionis, extrahendi frumenta extrà Statum Eccleſiaſticum, & impediendi aſſerentes illa ad Urbem, & emendi ultrà neceſſarium uſum unius anni.

GREG. Epiſ. Ser. Ser. Dei Ad futur. rei mem.

Ed. an. Dom. 1578. die 1. Maii in bull. nov., & vet. poſt dict. Conſtit. 50. & 53. & in antiquo to 42. pag. 69. par. 2.

INTER MULTIPLICES Nobis ex alto commiſſi paſtoralis Officii curas, ad eam libentèr intendimus, per quam in Statu noſtro Eccleſiaſtico Annonæ abundantia habeatur, & Subditi noſtri in rerum humano victui neceſſariarum copioſa affluentia latè vivant, nequè illarum penuria opprimantur.

Cauſa hujus Conſt.

§.1. Quod ut ſiat, experientia rerum magiſtra docente, id maximè neceſſarium eſſe cognovimus, ut ne ipſa Annona è Statu noſtro prædicto extrahatur, utque ad almam Urbem noſtram, undiquè liberè aſſeratur, neque afferentibus ullum impedimentum præſtetur, neque aliqui propriis commodis ſtudentes, contrà publicam utilitatem de his rebus monopolia facere valeant, omni ſtudio provideamus.

Proviſio Papę

§.2. Idcircò Nos pro noſtri Officii debito in præmiſſis opportunè providere volentes, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac matura deliberatione, quòd nulli Nobis, & S.R.E. mediatè, vel immediatè ſubjecti cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtant, etiamſi Barones, Domicelli, Comites, Marchiones, vel Duces, & Domini temporales, aùt Epiſcopi, Archiepiſcopi, Patriarchæ, vel etiàm S. R. E. Cardinales extiterint, ſub excommunicationis majoris, ac læſæ majeſtatis criminis, dominiorum, & bonorum ſuorum confiſcationis, Feudorum amiſſionis, & quorum- Pœnæ contra extrahentes.

rum-

Præfecti Annonæ Urbis facultates, vide ſup. in cõſt. 23.

rumvis privilegiorum ſuſpenſionis, & aliis, etiàm pecuniariis arbitrio noſtro imponen., & applican.,ac etiàm in publicis edictis,& proclamatibus per Præfectos Annonæ pro tempore tàm hactenùs editis, & emiſſis, quàm in futurum edendis, & emittendis, quæ Nos ex nùnc, proùt ex tùnc, Apoſt. auctoritate approbamus, & confirmamus, contentis cenſuris, & pœnis, triticum, hordeum,legumina,ac omnis generis frumenta, & fruges etiàm ex bonis Eccleſiaſticis collecta à terris, & locis dicti Status noſtri eccleſiaſtici abſq; expreſſa noſtra,& à Nobis obtenta in ſcriptis, & manu noſtra ſignata licentia, extrahere, vel extrahi facere, nulliqueex prædictis eorum ſubditos, & vaſſallos, aùt alias quaſcunque perſonas, quominùs triticum, hordeum,legumina, frumenta, & fruges præfata à quibuſvis locis eis ſubjectis, quovis prætextu, etiàm moliture, aut cujuſvis alteriùs oneris ſolutionis ad almam Urbem noſtram afferant, prohibere, aùt per ſe, vèl alium, ſeù alios directè, vel indirectè impedire audeant, quin potiùs illis ſic afferentibus,omnem opem, & favorem præſtent.

Prohibitio extrahendi frumenta,&c.extra ſtatũ Eccl., & impediendi illa afferentes ad Urbem.

Et illa emendi ultra uſum unius anni.

§.3. Ac inſupèr nulli aliquam tritici, hordei, leguminum, omniſque generis frumentorum, & frugum quantitatem, niſi pro ſuo, ſuarumque familiarum unius anni dumtaxàt uſu emere valeant, & contrafacientes pœnas prædictas incurriſſe declarentur, & aggraventur ipſo facto, ſtatuimus, atque decernimus.

Deputatio, & facultates exe cutoris.

§.4. Mandantes dilecto filio Aloyſio tit. S. Marci Præsb. Card. Cornelio nuncup. noſtro, & S. R. E. Camerario, ac dictæ Annonæ Præfectis, ut contrà eos, qui ſtatuto, & decreto noſtro hujuſmodi in aliquo contravenerint, manu regia, & nulla tela judicaria ſervata procedant, ac eos pœnas prædictas incurriſſe declarent, aggravent, reaggravent, interdicant, & brachium ſæculare in eos adhibeant.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.5. Non obſtantibus Conſtit. & ordinat. Apoſt., ac quibuſvis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiàm juramento, confirmatione Apoſt., vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis, ac gratiis Apoſt., eiſdem perſonis, ac Civitatibus, terris, & locis, ac quibuſvis aliis per Cameram, aùt per Nos, & prædeceſſ. noſtros in genere, vel in ſpecie, etiàm ex cauſa onerosa, ac ſub quibuſcunque tenoribus, & formis forsàn conceſſis, confirmatis, & ſæpiùs innovatis, quibus omnibus, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autèm per clauſulas generales idem importan. mentio, ſeù quævis alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores præſentibus pro ſufficientèr expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris,hac vice dumtaxàt, latiſſimè derogamus, & ad effectum prædictum ad beneplacitum noſtrum ſuſpenſa eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Licentiæ etiã ex cauſa onerosa revocantur.

For ma, & effectus public.

§.6. Et ut præmiſſa omnia ad notitiam omnium deducantur, ne aliquis de eis ignorantiam prætendere poſſit, volumus, quòd præſentes literæ per aliquos Curiæ noſtræ Curſores ad Baſilicæ Principis Apoſtol. de Urbe, & Cancellariæ Apoſt. valvas, & in acie Campi Floræ affigantur, & cum indè amovebuntur, earum exempla in eiſdem locis affixa remaneant: Mandantes quoquè Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, & aliis dictorum locorum Officialibus, quatenùs præſentes publicent, & publicari faciant: Et quod earum tranſumptis, etiàm impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem fides adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Annona, et Grascia.

Quoad Aſſignationē, & Extractionem.

Dat.

Datum Romæ apud S. Petrum die 1. Maii 1578. Pont. an. 6.

XXX. CONSTITUTIO
CLEMENTIS PP. VIII.

Confirmatio, & Extenſio Conſtit. edit. contra Extrahentes de Statu Eccleſiaſtico animalia, fruges, & frumenta, etiam ex bonis Eccleſiaſticis collecta, præterquam quoad penam Excommunicationis;& contra Mercantes,vel retinentes in dicto Statu Sal Exterum, Baroneſque ab eorum Subditis Frumenta ementes ultra uſum unius anni.

Concordantes de materia retuli in Conſt. 27.
Et quoad extrahentes Sal Exterum, habes infrà ubi de Vectigali Salis.

CLEM. PP. VIII. Ad futur. rei mem.

Ed. an. Dom. 1597. die 13. Sept. in bull. nov. la 49. tom.3.

Exordium.

FRUMENTI PENURIAM, non tàm Dei judicio, à quo juſtè pro peccatis noſtris affligimur, quàm hominum avaritiâ, ac deteſtabili frumentario quæſtu, in locis, maximè Ditioni noſtræ temporali ſubjectis, invaleſcentem, ejuſque pretium, hoc præcipuè anno, falſis rumoribus, ac diverſis artibus nimis adauctum conſpicientes, in hoc unum præcipuè incumbendum duximus, ut Subditi noſtri, ac pauperes hujus Almæ Urbis noſtræ, quos paterna charitate complectimur, quantùm in Nobis erit ab iſta Annonæ Caritate releventur.

§.1. Intelligentes itàque, non ſinè animi noſtri maxima perturbatione, quòd quamplures, tàm ex ipſiſmet ſubditis, quàm alii, propriæ ſalutis penitùs immemores, non obſtantibus tot Conſtitut. per prædeceſſores noſtros, & præſertim fel. rec. Gregorium XIII. ſuper prohibitione extrahendi Frumenta, & alia Blada extra Statum Eccleſiaſticum, editis, ac pœnis in eis contentis, in dies maximam frumenti quantitatem extrà dictum Statum nobis immediatè ſubjectum, & ad ea loca, in quibus precium adauctum eſſe audiunt, vel per ſe ipſos comportant, vel his, qui illud exportaturi ſunt, ſcientèr vendunt, & non ſolùm propria ipſorum Frumenta, Bladaque, quæ ex prædiis ſuis, propriaque induſtria, & arte colligunt, verumetiàm, quæ ab aliis, & præſertim pauperibus ruſticis, Operariis, & Agricolis, ac etiàm Subditis, ſi Barones ſint, vili pretio ex negociatione compararunt, & congeſſerunt.

Multi extrahunt de Statu Eccleſiaſtico frumenta &c. in ſpretum Conſt. Apoſt.

Hæc Conſtit Gregor. eſt præcedens.

§.2. Alii verò Frumenta prædicta, etſi non extrahunt, ità in horreis, & foveis recondunt, ac concluſa ſupprimunt, ut quam Dei benignitas aliquando populis fertilitatem anni concedit, ipſi avarè, & ſordidè perturbare, & vitia-

Alii Frumenta recondunt.

ANNONA, ET GRASCIA.

Quoad Aſſignationẽ, & Extractionem.

vitiare non erubeſcunt, pœnas, & cenſuras in Conſtit. per fel. rec. Clementem VII., & Pium PP. V. prædeceſ. noſtr. deſupèr editis, temerè incurrentes.

Alii Sal exterum mercantur.

Conſt. Greg. XIII. ac alias prohiben. Sal exterum mercari hab. infr.

§.3. Alii autèm ſumpta occaſione, quod aliquibus ab hinc annis, ob devaſtationem Salinarum Cervien., Miniſtri Cameræ, ut neceſſariam Salis quantitatem populis noſtri Status ſubminiſtrarent, illud ab exteris Regionibus convehi fecerunt, credentes ad inſtar Cameræ idem ſibi licere in præjudicium Cameræ noſtræ, & animarum ſuarum perniciem, dictum Sal exterum, & mercari, & vendere, eoque uti temerè audent, nulla habita ratione pœnarum in Conſtit. per fel. rec. Gregorium XIII. prædeceſs. noſtrum, contra inobedientes in hujuſmodi materia inflictorum.

Hic Pont. cõfirmat Conſt. contra extrahentes, & pœnas in eis indictas, excepta excommunicationis ſententia.

Quoad Sal exterum mercantes vid. infra Conſt. ſuper vectigali Salis.

§.4. Ut his igitùr malis, radicitus evellen., nova remedia adhibeantur, & quos charitatis vinculo potiùs, quàm pœnarum ſeveritate, in officio huc uſquè continere, fruſtrà ſtuduimus, indignitionis noſtræ, ac legum, & Magiſtratuum ſeveritas, juſtitiæque gladius, ac debitas luendi pœnas timor exterreat, ac penitùs ab his cohibeat, hac præſenti, & perpetuò valitura Conſtitutione, omnes, & ſingulas Conſtitut. à Gregor. XIII., Pio IV., Pio V. Clemente VII., & quibuſvis aliis RR. Pontif. prædeceſ. noſtris, ſuo cujuſque tempore, ſuper manutentione Annonæ, contra extrahentes Frumenta, Blada, Legumina, & omnia alia cujuſvis generis commeatus, ac mercantes Sal exterum, & alios ſuprà nominatos, & infrà dicen., editis, pœnaſque, etiàm privationis Feudorum, ac conſiſcationis aliorum quorumcunque bonorum, quoad Domicellos, & Barones, & amiſſionis Frumenti, Bladorum, Salis, & animalium, ac ſcut. 5. pro qualibet ſalma dicti frumenti, ac 2. pro quolibet capite animalium, quoad omnes cum omnibus aliis, & ſingulis in eis contentis, quoad ea, quæ præſentibus non adverſentur, & excepta excommunicationis ſententia, quæ cum ad medelam, & ſalutem inventa ſit, ne animarum perniciem, & interitum afferat, tàm in ſuprà expreſſis caſibus, quàm in emendo Frumenta, & alia, ultrà uſum conſultò tollen., & ſubmoven. duximus, ex certa ſcientia noſtra approbantes, & innovantes, illarumque omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum insererentur, præſentibus pro expreſſis, & inſertis haberi volentes.

Alias ſuper pœnas adjungit.

§.5. Univerſis, & Singulis tenore præſentium interdicimus, ne ſub indignationis noſtræ, & ſub jàm dictis pœnis, nempè quo ad Barones, Domicellos, Feudatarios, & Subditos noſtros, quacunque etiàm Ducali dignitate fulgentes, privationis Feudorum, ac conſiſcationis aliorum bonorum, & rerum quarumcunque, quo verò ad alias privatas perſonas cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis, ultrà amiſſionis Frumentorum, Bladorum, Leguminum, & animalium, illa quomodolibet deferentium, necnon 5. Scutorum pro qualibet ſalma, & 2. ſcutorum pro quolibet capite animalis, triremium pro prima vice ad decennium, ac deindè ſub capitis, ſive extremi ſupplici, & conſiſcationis omnium bonorum, ipſo facto, & abſque alia declaratione incurren. pœnis, Triticum, Hordeum, Legumina etiàm ac omnis generis Frumenta, fruges, & animalia, etiàm ex bonis Eccleſiaſticis collecta, à terris, & locis dicti Status noſtri Eccleſiaſtici, abſque expreſſa noſtra, & à Nobis obtenta in ſcriptis manu noſtra, ſeù ſucceſſorum noſtrorum ſolùm ſignata licentia, extrahere, ſeù extrahi facere, vel extrahentibus vendere, neve dictum ſal exterum undecunque intrà Eccleſticę noſtrę Ditionis temporalis fines comportare, aut vendere, vel quoquomodo mercari, retinere, vèl eo uti audeant, vèl præſumant.

Baronibus prohibet Frumẽta &c. ultrà uſũ anni à vaſſallis emere etiã ſub pœna capitis.

§.6. Baronibus autem, Ducibus, aut Domicellis prædictis, nè ab eorum Subditis, per ſeipſos, vèl per interpoſitam perſonam, Frumenta, & Blada, vèl Legumina, præterquam pro ſuo, ſuarumque familiarum unius duntaxat anni uſu emant, ſub jam dictis omnibus, ac etiàm capitis, pœnis ſtatuimus, atque decernimus.

Camerarius, & Annonæ Præfectus in contravenien. procedant.

§.7. Mandantes dilectis filiis noſtro, & S. R. E. Camerario, & Annonæ Præfecto, quatenùs contra prædictos delinquentes, ſeù in flagranti fuerint reperti, ſivè ad Curiam denunciati fuerint, vèl aliàs etiàm ſecretò delati, ex officio ad executionem prædictarum pœnarum irremiſſibilitèr procedant, & procedi mandent, & faciant, & quotiès opus fuerit, bona conſiſcata, & Feuda devoluta declarent, eaque Fiſco, & Cameræ noſtræ attualitèr incorporari faciant.

Clauſulæ derogatoriæ.

§. 8. Non obſtan. in contrarium facien. quibuſcunque.

Dat.

Datum Romæ apud S. Marcum die 13. Septembr. 1597. Pont. an. IV.

XXXI. CONSTITUTIO
PAULI PP. V.

Innovatio, & extenſio Conſtitutionum Pii IV. S. Pii V., & Gregorii XIII. Con. extrahentes de Statu Eccleſiaſtico, ejuſque terris, etiàm mediatè ſubjectis frumenta, blada, legumina, animalia, & alia Annonam, & Graſciam concernentia, cum revocatione omnium licentiarum, quomodolibet conceſſarum.

Declaratur, & ampliatur Conſtit. hac in ſeq. Conſtit.

PAUL. Epiſ. Ser. Ser. Dei, Ad perp. rei mem.

Ed. an. Dom. 1605. die 3. Decem. in bul. nov. la 12. to. 3

Exordium.

Sequitur declaratio edita ann. Do. 1606.

INTER GRAVISSIMAS curas, quas pro noſtro munere aſſiduè ſubſtinemus, illa poſtrema non eſt, in quam Nobis totius viribus incumbendum eſſe ducimus, ut nimirum Almam Urbem noſtram, & univerſam Eccleſiaſticam Ditionem Annonæ caritate jamdiu, graviterque laborantem, quantùm cum Domino poterimus, liberemus, utque frumentorum, & aliarum rerum ad communem vitæ uſum, & ſubſtentationem pertinentium copia in ipſa Urbe, & Eccleſiaſtica Ditione, conſervari, Populoſque Nobis ſubditos, fertilitate, quæ eis à Domino conceditur, perfrui poſſe procuremus.

§.1. Ad quæ præſtanda, tum præcipua

noſtra

noſtra erga ipſos Subditos noſtros charitate inducimur, tum nonnullorum piæ mem. Roman. Pontif. prædeceſs. noſtrorum, qui in hanc ipſam curam diligenter incubuerunt, exemplo movemur; Dudum ſiquidem providè, ac prudentèr fel. rec. Pius PP. IV. ad prædictis opportunè conſulendum per ſuam editam Conſt. ſub dat. Romæ apud S. Marcum Idibus Auguſti, An. VI., quæ incipit *Inter multiplices curas.* Omnes, & quaſcunque licentias, & facultates extrahendi frumenta, blada, & legumina ex Provinciis, Civitatibus, Terris, & locis S. R. E. mediatè, vel immediatè ſubjectis, prætèrquàm ex cauſa verè oneroſa, videlicèt ſolutionis, & exburſationis pecuniarum, eatenùs quomodolibet quibuſvis conceſſas revocando, ne de cætero à dictis Provinciis, Civitatibus, Terris, & locis, frumenta, blada, & legumina aliqui, præterquam ex dicta cauſa extrahentes, ſub certis pœnis expreſsè prohibuit.

Pius IV. prohibuit extractionem frumentorũ &c. ut ſuprà in Conſt. 27.

§. 2. Quam revocationem, prohibitionem, necnon alia in dicta Conſtit. contenta S. mem. Pius PP. V. per aliam ſuam Conſtit., quæ incipit, *Romani Pontificis providentia circumſpecta*, confirmavit, & innovavit, ac illam, & illa ad licentias, & facultates quodcunque genus Graſciæ, etiàm in carnibus, ovibus, agnis, & aliis animalibus, necnon oleo, ac rebus aliis quibuſcunque conſiſten. extendit, & ampliavit.

S. Pius V. innovavit dictã Conſt. ut ſup. Conſt. 28.

§. 3. Et deinde piæ mem. Gregor. PP. XIII. per quaſdem ſuas ſub Dat. die 18. Dec. 1576. Pontif. ſui an. VI. Omnibus, & ſingulis Communitatibus, Univerſitatibus, ac quibuſcunque perſonis in virtute ſanct. obedientiæ, & ſub indignationis ſuæ, ac excommunicationis latæ ſententiæ pœnis inhibuit, ne quovis prætextu directè, vel indirectè cujuſvis generis frumenta, blada, legumina, atque animalia quæcumque extra Statum Eccleſiaſticum extrahere, & aſportare auderent, ſeu præſumerent: Eos verò, qui contra inhibitionem hujuſmodi, commiſiſſent, ultra prædictas, etiàm amiſſionis frumentorum, bladorum, leguminum hujuſmodi, & animalium prædictorum, necnon 5. ſcut. pro qualibet ſalma frumenti, bladorum, & leguminum hujuſmodi, & 2. ſcutorum pro quolibet capite animalis pœnas, Fiſco, & Cam. Apoſt. applican. ipſo facto incurrere voluit, ac decrevit, & deindè per alias ejus in forma brevis literas ſub dat. die 1. Maii 1578. eodem ſui Pontif. an. 6., quod nulli ſibi, & S. R. E. mediatè, vel immediatè ſubjecti cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſterent, etiamſi Barones, Domicelli, Comites, Marchiones, vel Duces, & Domini temporales exiſterent, ſub excommunicationis majoris, ac læſæ majeſtatis criminis Dominiorum, & bonorum ſuorum confiſcationis, Feudorum amiſſionis, & quorumvis privilegiorum ſuſpenſionis, & aliis etiàm pecuniariis arbitrio ſuo imponendis, & applicandis, ac etiàm in publicis edictis, & proclamatibus per Annonæ Præfectos pro tempore, tam hactenùs editis, & emiſſis, quàm in futurum edendis, & emittendis contentis cenſuris, & pœnis, triticum, hordeum, legumina, ac omnis generis frumenta, & fruges à Terris, & locis dicti Status Eccleſiaſtici abſque eſpreſſa ipſius Gregorii prædec., & ab eo obtenta in ſcriptis, & ejus manu ſignata licentia extrahere, vel extrahi facere, nullique ex prædictis eorum Subditos, & Vaſſallos, aut alias quaſcumque perſonas, quo minùs triticum, hordeum, legumina, frumenta, fruges prædicta à quibuſvis locis eis ſubjectis, quovis prætextu, etiàm moliture, aut cujuſvis alterius oneris ſolutionis ad Almam Urbem aſſerrent, prohibere, aut per ſe, vel alium, ſeu alios, directè, vel indirectè impedire auderent, quin potius illis, ſic aſſerentibus, omnem opem, & favorem præſtarent: ac inſuper nulli aliquam tritici, hordei, & leguminum, omniſque generis frumentorum, & frugum quantitatem, niſi pro ſuo, ſuarumque familiarum unius anni dumtaxàt uſu emere valerent, & contrafacientes pœnas prædictas incuriſſe declararentur, & aggravarentur ipſo facto ſtatuit, atque decrevit; Non obſtan. etiàm privilegiis, indultis, literis, & gratiis Apoſt. quibuſvis Perſonis, Civitatibus, Terris, & locis, in genere, vel in ſpecie, etiam ex cauſa oneroſa, conceſſis.

Gregor. XIII. itidem eas ampliavit ut ſup. Conſt. 25.

ANNONA, ET GRASCIA.

Quoad Aſſignationẽ, & Extractionem.

§. 4. Demum rec. mem. Clem. PP. VIII. prædictas Conſt., dempta ex illis excommunicationis pœna, approbavit, & confirmavit, proùt in eiſdem Conſtit., & literis reſpectivè, quarum omnium, & ſingularum totos tenores, cum omnibus, & ſingulis ibidem contentis, & diſpoſitis, pro expreſſis haberi volumus, pleniùs continetur.

Clem. VIII. eaſdem Bullas approbavit dempta pœna excommunicationis, ut in præced.

§. 5. Cum autem, licet per prædictas, & alias, deſuper editas Conſtit., & prohibitiones, ſatis, præmiſſis proviſum eſſe videatur, nihilominus, quia ſicut accepimus, aliqui propriæ ſalutis immemores tot Conſtit., prohibitionibuſque, ac pœnis in illis appoſitis, non obſtantibus, frumenta, blada, legumina, animalia, oleum, & alia id genus tàm Annonæ, quàm Graſciæ concernentia extra Statum noſtrum Eccleſiaſticum abſque licentia extrahere non verentur, alii verò prætextu diverſorum privilegiorum, licentiarum, & facultatum eis conceſſarum frumenta, aliaque prædicta, ita continuò extrahunt, ut per continuas, & immoderatas extractiones hujuſmodi Statum prædictum, & illius loca exhauriant, & exhauſta relinquant in maximum Populorum, & ſubditorum noſtrorum damnum, & præjudicium, cumque experientia compertum ſit ad conſervandam, tam in Alma Urbe noſtra, quàm in reliqua Eccleſiaſtica Ditione Annonę copiam, maximè conducere, ut nimia facilitas extrahendi ex dicta Urbe, & Ditione frumenta, blada, legumina, oleum, & animalia, reprimatur, ac memoratæ ſupradictorum noſtrorum Prædeceſs. Conſtit. diligentèr, & ſine ulla exceptione obſerventur.

Sed plerique dictis Conſtit. contraveniũt.

§. 6. Nos pro paterna noſtra erga noſtros, & Apoſt. Sed. Subditos charitate, eorum utilitati, & commodis in præmiſſis opportunè proſpicere cupientes, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtol. poteſtatis plenitudine omnes, & ſingulas Pii IV., Pii V., & Gregorii XIII., ac Cle-

Hic idẽ Pontifex innovat, etiam quoad pœnam excommunicationis circa extractionem frumentorum &c.

Annona, et Graſcia.

Quoad Aſſignationẽ, & Extractionem.

ac Clementis VIII. prædec. noſtrorum Conſtit., & literas in quibuſlibet earum partibus, etiàm quoad excommunicationis, & alias Eccleſiaſticas cenſuras, quantùm attinet ad frumentorum, bladorum, leguminum, & olei extractionem tantùm, & quoad cæteras pœnas quaſcunque in eiſdem Conſt., & literis contentas, non ſolùm in quantùm ad præmiſſorum, ſed etiàm in quantùm ad aliarum rerum ad Annonam, & Graſciam pertinentium extractionem, attinet, auctorit. Apoſt. tenore præſentium perpetuò innovamus, confirmamus, & approbamus, illaſque adversùs, quaſcunque revocationes, ſuſpenſiones, limitationes, & moderationes in priſtinum, & eum, in quo, antequam illæ emanarent, erant ſtatum, reſtituimus, repouimus, & plenariè reintegramus, illaſque, & earum ſingulas ab omnibus, & ſingulis, quos concernunt, inviolabilitèr de cæterò obſervari debere ſub temporalibus,& Eccleſiaſticis pœnis, & cenſuris prædictis in illis contentis præcipimus, ſtatuimus, & ordinamus.

Indultaq; omnia, & licentias revocat, præterquam ex cauſa verè oneroſa.

§.7. Præterea ad hunc effectum motu, & ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, hac noſtra perpetuò valitura Conſtit. omnia, & ſingula, ac quæcunque privilegia, licentias, & facultates, frumenta, blada, legumina, animalia, oleum, & alia id genus, tàm Annonam, quàm Graſciam concernentia, etiàm in propriis eorum prædiis, poſſeſſionibus, agris, & terrenis pro tempore recollecta ex quibuſcunque Status noſtri Eccleſiaſtici temporalis Provinciis, ac Civitatibus, Terris, Caſtris, & locis, eorumque territoriis, & diſtrictibus, Nobis Ditionique noſtræ Eccleſiaſticæ, mediatè, vel immediatè quomodolibet ſubjectis extrahendi quibuſvis Communitatibus, Univerſitatibus, & perſonis cujuſcumque dignitatis, Status, Gradus, Ordinis, Præeminentiæ, vel conditionis exiſtentibus, etiàm ratione Legationum, Guberniorum, & aliorum, Officiorum, & Munerum eis commiſſorum,& per quoſvis Rom. Pontifices Prædec. noſtros, ac Nos, Sedemque, & Cam. Apoſt., & quoſvis alios, & etiàm noſtra auctoritate, aut aliàs ex quavis cauſa, etiàm in recompenſam laborum, damnorum paſſorum, & ipſorum laborum, damnorum, vel meritorum intuitu, & alia etiàm, quantumuis rationabili, juridica, & privilegiata cauſa, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, etiàm in vim contractus, & cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiàm irritantibus, etiàm quantumvis prægnantibus inſolitis, & de neceſſitate exprimendis, etiàm motu, ſcientia, & poteſtate ſimilibus, aùt aliàs quomodocumque, & qualitercumque (præterquam dumtaxat ex cauſa verè oneroſa, videlicet congruæ ſolutionis, & exburſationis pecuniarum, aut ratione appaltuum, & locationum, introituum, juriumque, & bonorum Sedis, & Cameræ prædictorum) hactenus conceſſa, approbata, confirmata, & innovata, illorum omnium, & ſinlorum tenores veros, plenarios, & integros, ac ſi de verbo, ad verbum, nihil penitus omiſſo, inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, inſertis, & regiſtratis haben., auctoritate, & tenore prædictis perpetuò revocamus, caſſamus, annullamus, ac viribus vacuamus, ac revocata, annullata, caſſata, invalida, viribuſque, & effectu vacua eſſe, & fore, ac nemini ullatenus ſuffragari poſſe, aut debere.

Clauſulæ præſervativæ.

§.8. Præſentes quoque literas, etiàm ex eo quod intereſſe habentes, ſeù prætendentes ad hoc vocati, & auditi non fuerint, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeù intentionis noſtræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, redargui, aut propterea revocari, retractari, ſuſpendi, limitari, aut in jus, vel controverſiam vocari, aut adverſus illas quodcunque gratiæ, vel juſtitiæ remedium impetrari nullatenus poſſe.

Indultaq; hujuſmodi alias in Cam. non verificata, verificari debeat

§.9. Omnes prætereà, & ſingulas ſimiles facultates, & licentias extrahendi ex cauſa, ut præfertur oneroſa, ſibi conceſſas eſſe allegantes, & prætendentes, antequam ipſi de cætero ullo unquam tempore illiſmet facultatibus, & licentiis uti poſſint, illas in Camera Apoſt., citato ejuſdem Cameræ Commiſſario Generali verificari debere, niſi aliàs pro talibus verificatæ, examinatæ, & admiſſæ fuerint, quia dicto caſu ad novam probationem, & verificationem teneri nolumus.

Formamque utendi dictis indultis præſcribit.

§.10. Ac deinceps perpetuis futuris temporibus nullos quarumcumque licentiarum, & facultatum hujuſmodi, niſi ex cauſa oneroſa, ut præfertur, conceſſarum, vel concedendarum vigore, etiamſi extractionem propria auctoritate faciendi illis permiſſum ſit, extractiones frumentorum, & aliorum prædictorum extra Statum noſtrum prædictum aliquo pacto facere, nec etiàm ſimiles extrahendi licentias, & facultates imposterùm concedi poſſe, aut debere, niſi Chirographo manu noſtra, aut Rom. Pontif. pro tempore exiſtentis, quoties extractio facienda erit, ſubſignato præcedente, alioquin licentias, & facultates hujuſmodi, aliaſque Chirographo prædicto non præcedente pro tempore concedendas, & extractiones faciendas, nullas, nulliuſque roboris, & momenti fore, & eſſe, ac ipſos extrahentes pœnas ſupradictas incidere, & ad illarum executionem contra illos irremiſſibilitèr procedi poſſe, & debere.

Clauſula ſublata, & Decretum irritans.

§.11. Sicque per S. R. E. Camerarium, Theſaurarium, Annonæ Præfectum, & quoſvis alios Judices, Ordinarios, & Delegatos, etiam S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari deffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecùs ſuper his à quoquam quavis auctoritate, ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari decernimus, declaramus, ſtatuimus, & ordinamus.

Clauſulæ derogatoriç ampliſſimæ.

§.12. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis; conceſſionibus quoque, licentiis facultatibus, privilegiis, & literis Apoſtolicis, Communitatibus, Univerſitatibus, & aliis, etiam particularibus perſonis prædictis, etiam, ut præfertur, qualificatis, & quibuſvis aliis quomodolibèt, etiàm motu,

motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac etiàm conſiſtorialitèr, & de Ven. Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium conſilio, & aſſenſu, & ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis,ac irritantibus, & aliis decretis, etiam inexcogitabilibus, & neceſſariò exprimendis, ac aliàs quomodolibèt in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, & approbatis, quibus omnibus, & ſingulis, etiàm ſi in eis caveatur expreſsè, quod ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aùt aliis quibuſcumque contrariis diſpoſitionibus pro tempore edendis,minimè comprehendantur, ſed ſemper ab illis exceptæ, & quoties illæ emanerent, totiès in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutæ, repoſitæ, & plenariè reintegratæ, & de novo, etiam ſub poſteriori data per eos, quibus conceſſæ fuerunt eligenda de novo conceſſæ cenſeantur, & quod illis nullatenus, aut nonniſi certis modo, & forma in illis expreſſis derogari poſſit, & aliter factæ derogationes nullæ ſint, quodque pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, ac de verbo, ad verbum, nihil penitus omiſſo, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes,mentio, ſeù quævis alia expreſſio habenda, aùt aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, acſi de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, ac forma in illis tradita, plenè, & ad unguem obſervata, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habentes, ad effectum præmiſſorum ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, ac derogatum eſſe volumus, necnon omnibus illis, quæ ſupradicti Prædeceſſores noſtri in eorum literis voluerunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Publicari mādat.

§.13. Ut autem præmiſſa ad omnium notitiam deducantur, & ne aliquis de eis ignorantiam prætendere poſſit, volumus,quod præſentes literæ per aliquem, ſeù aliquos ex Curſoribus noſtris ad Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, & Cancellariæ Apoſtolicæ valvas, & in acie Campi Floræ affigantur, & publicentur, & cum indè amovebuntur earum exempla, in eiſdem locis affixa, dimittantur, utque ſinguli Legati, Vicelegati, Gubernatores, & alii ſupradictorum locorum Officiales illas in eorum locis reſpectivè publicari faciant, quæ ſic publicatæ, & affixæ, omnes, & ſingulos, quos concernunt, perindè afficiant, & arctent, acſi unicuique illorum perſonalitèr intimatæ, & notificatæ fuiſſent.

Tranſumptorum fides.

§.14. Utque illarum tranſumptis, etiàm impreſſis manu Notarii publici ſuſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem fides, in judicio, & extrà ubique adhibeatur, quæ ipſiſmet præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat.

Datum Romæ apud S. Petrum, die 23. Decembris 1605., Pontific. an.I.

XXXII. CONSTITUTIO
PAULI PP. V.

ANNONA, ET GRASCIA.

Quoad Aſſignationē, & Extractionem.

Declaratio Præfatæ Conſtitut. determinans quod ab immediatè ſubjectis ad mediatè ſubjecta loca, & à mediatè ſubjectis locis extrà Statum Eccleſiaſticum frumenta, blada, & legumina, etiam tempore nundinarum, & emporiorum aſportari non poſſint.

Concordantes retuli in Conſt.27.

PAUL. Epiſ. Ser. Ser. Dei Ad per. rei mem.

Ed. an. Dom. 1606. die 26. Aug. in bull. nov.impr.poſt la 12. tom.1.

Exordium.

PRo PECULIARI, ac paterno, quem in Subditos noſtros gerimus charitatis affectu propenſiùs intendentes,ut in Statu noſtro temporali, hoc præcipuè anno, quo ſterilitatis rumor increbuit, & illius prætextu frumenti pretium augeri dignoſcitur, Subditi ipſi, ac pauperes ab omni Annonæ anguſtia releventur, quæ præjudicio, & impedimento eſſe poſſunt, ea ſolicito ſtudio removemus.

Hic Pontifex edidit Bullam præinſertam.

§.1. Sanè, licet aliàs pro manutentione, & conſervatione Annonæ in Statu noſtro prædicto, ſatis opportunè providerimus per noſtras literas inter cætera Prædeceſſorum noſtrorum R. Pontificum Conſtitutiones, proclamata, & bannimenta ſuper Annona, & frumenta, blada, legumina, à Provinciis, Civitatibus, Terris, & locis S.R.E. mediatè, vel immediatè ſubjectis extrahendi prohibitione eatenus facta, & emanata quæcumque confirmando, & ne in futurum illa, ut præfertur, extraherentur, expreſsè, & ſub graviſſimis cenſuris, & pœnis prohibendo, ac quaſcumque licentias, & facultates (præterquàm titulo verè oneroſo, ſcilicèt congruæ ſolutionis, & exburſationis pecuniarum, aùt ratione appaltuum, & locationum,introituum,juriumque, & bonorum Sedis, & Cameræ Apoſtolicæ conceſſas) revocando, proùt in eiſdem literis ſub Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die 23. Decembris 1605. Pontif. noſt. an.I. latiùs continetur, à nemineque dubio vertendum ſit per noſtras, aliaſque literas, & proviſioues prædictas, quin frumenta, blada, legumina, & id Annonæ genus, etiamſi in propriis bonis in Statu Eccleſiaſtico exiſtentibus eſſent recollecta à locis Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjectis ad loca eidem Sedi mediatè ſubjecta, & à dictis locis, ſic mediatè ſubjectis ad alia loca extrà dictum Statum aſportentur, & conducantur etiàm prohiberi: Nihilominùs, quia à nonnullis ſuper his accepimus dubitari, eoque, ac diverſorum etiàm privilegiorum, licentiarum, & facultatum prætextu frumenta, & alia Annonam concernentia, à Statu prædicto extrahi in literarum, & proviſionum prædictarum, ac populorum, & Subditorum noſtrorum maximum præjudicium.

Hæc Conſtit. eſt precedens.

D. Conſt. declarat, ac cætera dubia tollit.

§.2. Igitùr omnem dubitationis materiam è medio tollere, ac noſtra declaratione opportunè deſupèr providere volentes, motu ſimili, ac ex certa noſtra ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine earumdem literarum noſtrarum tenorem præſentibus, pro expreſſo, & inſerto habentes, ſub prohibitione,

ANNONA, ET GRASCIA.

Quoad Aſſignationẽ, & Extractionem,

ne, literiſque noſtris ſupradictis quæcunque loca eidem S.R.E. mediatè ſubjecta, comprehendi, & comprehenſa fuiſſe, & eſſe declaramus, & quatenùs opus ſit, illas cum omnibus in eis contentis ad loca prædicta extendimus; Ita quod de cætero etiàm, nèc liceat quibuſvis Communitatibus, Univerſitatibus, & perſonis etiàm qualificatis, & cujuſvis ſtatus, gradus, & præeminentiæ exiſtant ſub eiſdem prioribus noſtris literis expreſſis, & contentis pœnis, & cenſuris,etiàm prætextu quorumvis privilegiorum, & indultorum, etiam Apoſtolic., à Nobis, & Sede prædicta conceſſorum, & confirmatorum, ac etiàm favore publicarum nundinarum, emporiorum, ſeù aliàs quoquo modo emanatorum, frumenta, blada, & legumina etiàm propria, & in propriis poſſeſſionibus, & bonis eorum exiſtentia, ſeù recollecta, à quibuſvis Provinciis, Civitatibus, Terris, & locis eidem R.E. immediatè ſubjectis, ad Civitates, Terras, & loca eidem Eccleſiæ mediatè ſubjecta, etiàm ipſarum nundinarum,& emporiorum tempore, ſeù aliàs, minuſque à dictis Civitatibus, & locis ſic mediatè ſubjectis, extrà Statum Eccleſiaſtic. juxtà formam, & tenorem earumdem noſtrarum literarum, aſportare, conducere, ſeù aſportari, & conduci facere, per ſe, vel alium, ſeù alios, quovis prætextu, vel obtentu, abſque ſpeciali Chirographo à Nobis, & pro tempore exiſten., R. Pontiſice ſubſignato.

Clauſula ſublata,& decretum irritans.

§.3. Sicque &c. ſublata, &c. irritum, &c.

Clauſulæ derogatoriæ,

§.4. Non obſtan. præmiſſis, & omnibus. & ſingulis, quæ in prioribus noſtris literis voluimus, non obſtare, & quibuſvis privilegiis, conceſſionibus, indultis, ac literis Apoſt. etiàm motu, ſcientia, & poteſtate ſimilibus, & cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiàm irritan., ac derogatoriarum derogatoriis,poſterioremq; datam concedentibus, ac aliàs quomodolibèt quibuſvis conceſſis, factis, & emanatis, & pluries, etiam confirmatis, approbatis, & innovatis, quibus &c., etiàmſi, &c. illorum tenores &c., ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Sola ſignatura ſufficit.

§.5. Volentes quoque præſentis ſolam ſignaturam ſufficere, etiàm abſque alia data, & regiſtratura, regula quacumque contraria pariter non obſtante,

Tranſumptorum fides.

§.6. Et illius tranſumptis,etiàm impreſſis, & ſigillo alicujus in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti, publicique Notarii manu ſubſcriptis, plenam in judicio, & extrà fidem adhiberi.

Placet Motu proprio C.

Seq. publicatio an.1606. die 26.Aug. Pont.an.II.

XXXIII. CONSTITUTIO
GREGORII PP. XV.

Quod in Excommunicationem, & Cenſuras Eccleſiaſticas non incurrant, qui frumenta, & alias Annonæ ſpecies extrà Statum Eccleſiaſticum certis caſibus extrahunt.

Ed. an. Dom. 1622. die 30. Iulii in bull. nov. la 10.to.3. Et materno idiomate in Collect. Cherl.

De facultate abſolven. à Cẽſuris,vid.ſup.Conſt.29.

GREG. Epiſ. Ser. Ser. Dei Ad perp. rei mem.

Exordium.

ROMANI PONTIFICIS. Providentia circumſpecta ea, quæ juſtas ob cauſas interdùm ſtatuta ſunt, cum temporum ratio, & ipſa rerũ experientia ſuadet, moderatur, & immutat, proùt conſpicit in Domino ſalubritèr expedire.

Paul. V. cont. extrahentes frumenta &c. Conſtitutionem edidit.

§.1. Aliàs ſiquidem à fel.rec. Paulo PP.V. Prædeceſ. noſtro emanarunt literæ tenoris ſubſequentis, videlicèt.

INTAR GRAVISSIMAS &c.*omittitur tenor hujus Conſt. quia habetur ſupra la 31.*

Idem Paulus aliam addidit Conſtit. cujus tenorem hab. in præceden.

§.2. Sub indè verò per eundem Paulum prædeceſſ. accepto, à nonnullis dubitari, an per præinſertas ſuas, aliaſque literas, & proviſiones ſupradictas, etiàm prohiberetur, ne frumenta,blada,legumina,& ad id Annonę genus, etiamſi in propriis bonis in Statu Eccleſiaſtico exiſtentibus,eſſent recollecta, à locis Sedi Apoſtol. imediatè ſubjectis ad loca eidem Sedi mediatè ſubjecta, & à dictis locis, ſic mediatè ſubjectis, ad alia loca extrà dictum Statum aſportarentur, & conducerentur, tenoris videlicèt.

PAULUS PAPA V. PRO PECULIARI &c. *omittitur etiàm tenor hujus Conſt. quia habetur in præceden.*

Hic Pontifex modo juſtis de cauſis excommunicationem &cenſuras cõtra extrahentes modificat, in certis caſibus.

§.3. Cum autèm,ſicut accepimus, nunnullorũ locorum Status noſtri Eccleſiaſtici Nobis imediatè ſubjecti perſonæ, frequens admodùm commercium cum perſonis ejuſdẽ Status Nobis mediatè ſubjecti, & e contrà, proptèr locorum vicinitatem, ſeù aliàs habeant; propterea eaſdem perſonas ſæpe cenſuris, & pœnis hujuſmodi, in eorum perniciem animarum, variis modis illaqueari contingat; Nos earundem perſonarum conſcientiarum ſecuritati, & animarum ſaluti,commodiſque paterna charitate, quantùm cum Domino poſſumus proſpicere volentes: Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine.

Primus Caſus

§.4. Quod de cætero omnes, & quæcumque perſonæ, quæ Annonæ (in Conſtitutionibus prædictis) extralù prohibitæ, etiàm ſolummodò quantitatem, quæ ad neceſſariam ſubſtentationem ſuam, & familiarum ſuarum unius anni, ſivè uſque ad novam meſſem ſufficiat extrà Statum noſtrum Eccleſiaſticum hujuſmodi Nobis, & S. R. E. immediatè ſubjectum ad Statum mediatè ſubjectum.

Secundus Caſus.

Necnon quod pauperes, qui faſciculos ſpicarum in agris relictarum unius diei labore collectos pro victu, & neceſſitate tantùm ſua diurna.

Tertius Caſus

Ac ſimilitèr quod Religioſi Mendicantes, qui granum, & alia ſimilia pro eleemoſyna data pro victu Conventuum ſuorum communi.

Quartus Caſus.

Ac præterea, quod ruſtici, & pauperes operarii, qui mercedem diurnam, non niſi in grano, aut aliis Annonæ generibus hujuſmodi conſequi poſſunt.

Quintus Caſus.

Quiq; ad mercatus pullos, ova, fructus, vel alia ſimilia in parva quantitate ferunt, & ex pretio rerum prædictarum panem, farinam, & ſimilia pro ſuo, & familiarum ſuarum uſu, & neceſſitate dumtaxat, ex locis Status prædicti immediatè ſubjecti ad loca Status Nobis mediatè ſubjecti,aùt etiàm extra Statum noſtrum Eccleſiaſticum extraxerint, & aſportaverint, dummodo omnis dolus, & fraus abſit, ac mercatura, excommunicationis pœnam, ac cenſu-

ſuras Eccleſiaſticas non incurrant, decernimus, ſtatuimus, & ordinamus.

Contrariis derogat.

§.5. Non obſtan. prædictis Pauli Prædeceſſoris, & aliorum RR.Pontif., ejuſdem Pauli expreſſis literis, cæteriſque contrariis quibuſcunque; Admonemus autem, & in Domino hortamur omnes Chriſtifideles, ad quos ſpectat, ut noſtro hujuſmodi paſtoralis indulgentię beneficio minimè abutantur, & agi meminerint de diſpendio ſalutis æternæ.

Fides transſumptorum.

§.6. Volumus autem, quod præſentium transſumptis, etiàm impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorsùs fides adhibeatur, quæ ipſis pręſentibus adhiberetur.

Dat.

Dat. Romæ apud S. M. Maj. die 30. Julii 1622. Pont. An. 2.

XXXIV. CONSTITUTIO

GREGORII PP. XIV.

CHIROGRAFO

Sopra la diſtribuzione dell' impreſtanza di ſcudi cinquecento mila da farſi alle Provincie, e Communità dello Stato Eccleſiaſtico ad effetto di comprar Grano, per proveder all'Annona delle medeme Communità, dandoſi facoltà à Monſignor Teſoriere d'accreſcer il detto preſtito, anche in maggior ſomma.

Ed. an. Dom. 1590. die 19. Decembr., & regiſtr. penes acta Andreæ Martini hodiè Galloſi Segr. Camer. in libr. Signat. d. an. pag. 77. tergo.

Pro extinctione hujuſmodi debiti Clemens VIII. ampliavit Montem Provinciarum favore Communitatum earumdem, qui deindè remanſit extinctus, ut infrà ubi de Monte Provinciarum. Idem Sixt. V., qui mutuavit dd. ſc. 500. mila, aſſignavit etiàm ſc. 200. mila pro ubertate Annonæ Urbis, ut ſuprà Conſt. 24. pag. 42.

Eſordio.

REVERENDISSIMO Camerlengo, Teſoriere, Decano, e Chierici della noſtra Camera. Avendo il Collegio de' Cardinali, nel numero de'quali Noi eravamo nella Sedia Vacante, per morte della fel. me. di PP. Urbano VII. noſtro Predeceſs. ordinato, che ſi effettuaſſe il preſtito già dalla fel. me. di PP. Siſto V. nel ſuo Conciſtoro Segreto determinato di ſc. 500. mila di moneta alle Provincie, e Communità del noſtro Stato Eccleſiaſtico per comprarne Grano in beneſizio dell'abbondanza de' noſtri Popoli, & avendo commeſſo alli Cardinali, e Prelati della Congregazione dell' Abbondanza l'eſſecuzione di detto Decreto, e ripartimento de'danari, e ſtipulazione de' contratti, eſſendo dd. Cardinali impediti da altri negozii, ò dall'ingreſſo del Conclave, avendolo rimeſſo alla noſtra Camera con le forme, cautele, e condizioni contenute nel Decreto di detto Collegio fatto a' 28. di Settemb. proſſimo paſſato, & avendo Voi Teſoriere, Decano, e Chierici con li noſtri Camerali doppo la remiſſione fattavi di tutto il negozio da dd. Cardinali, e mentre eſſi ſono ſtati in Conclave, diſtribuito la maggior parte di dd. Denari, e fatti gl' Iſtrumenti con li Procuratori, ò Agenti di dd. Provincie, Città, e Communità di detto ſtato; e per la noſtra aſſunzione al Pontificato eſſendo ſpirata l'autorità datavi dal detto Collegio de'Cardinali, Noi volendo nel noſtro Pontificato ajutare quanto poſſiamo i Noſtri Popoli, che paternamente amiamo, e maſſime uell'Abbondanza, oltre le altre grazie, che gli facemmo, approvando quanto dal detto Collegio de' Carnali è ſtato ordinato, e da Voi conforme al detto Decreto eſeguito;

Siſto V. ordinò l'impreſtāza di ſc. 500. mil. per l'abbōdanza delle Communità dello Stato Eccleſiaſt.

Il Collegio de Cardinali vacata la Sede decretò la d. impreſtanza.

ANNONA, ET GRASCIA.

Quoad cōſulendum, ubertati Communitatum Stat. Eccleſ.

Ora il Papa ordina l'eſecuzione, e compimento di d. impreſtanza.

§.1. Per la preſente di noſtro *Motu proprio*, certa ſcienza, e plenitudine di poteſtà vi ordiniamo, che dobbiate ſeguitare a fare i contratti di detto preſtito, e sborſo de' denari con le altre Provincie, e Luoghi, che non l' hanno avuti ſotto le forme, e cautele, e condizioni in detto Decreto contenute, & altre, che voi giudicarete opportune per ſicurezza della noſtra Camera, e per beneficio de' noſtri Popoli in proviſione dell' Annona.

E dà facoltà à Monſ. Teſoriere &c. di far il det. preſtito, anche in maggior ſomma.

ARCHIVIA. Quoad Inſtitutionē. movet, ut non ſolùm ad ea, quæ univerſi chriſtiani gregis, Nobis ex alto commiſſi, animarum ſalutem reſpiciunt, verùm etiàm, quæ ad populorum noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ temporali Ditioni Subditorum utilitatem, pacem, tranquillitatem, perpetuamque ſecuritatem pertinere noſcuntur, vigilantiæ noſtræ aciem dirigamus, & præſertìm noxiis illis, quæ ob non adhibitam, ſatis exactam, diligentiam in conſervandis, tàm publicis, quàm privatis ſcripturis, inter Subditos noſtros gravi cum noſtra, eorumque moleſtia, fortunarumque ſuarum diſpendio, & jactura frequentèr exoriri, & vigere intelligimus, commoda aliqua ratione provideamus.

Cauſa hujus Conſtit. §.1. Cum itaque ex diligenti earumdem ſcripturarum cuſtodia fraudes, & falſitates, quæ litibus, diſcordiis, ac periculis hujuſmodi, ut plurimùm viam præbent, arceantur, dominia, poſſeſſiones, & familiæ ipſæ conſerventur, juſtitia deniquè cum animi certitudine, ac publica, & privata omnium utilitate æqua lance adminiſtretur; ac proindè publica Archivia, nedùm in Europa, ſed etiam in pluribus aliis univerſi Orbis, etiàm Barbarici partibus, qui hac potiſſimùm ratione commune bonum Subditorum ſuorum, atque adeò Societatis humanæ vinculum inter ſe retinuerunt, accuratè inſtituta fuerint; Operæ precium verò, & condecens ſit, ut quod omnibus in exemplum ſalubrioris regiminis, & adminiſtrationis rerum publicarum cedere dignoſcitur, id ipſum in noſtro Statu Eccleſiaſtico, cui ſuperioribus illis ſæculis ob bellicos tumultus, quibus illæ, ac univerſa ferè Italia, tunc exarſit, tantùm publicæ quietis beneficium impendi non potuit, nùnc tandèm noſtræ proviſionis miniſterio ſalubritèr introducatur.

Inſtitutio Archiviorum in toto Statu Eccleſiaſtico, Urbe, ac Bononia exceptis. §.2. Idcircò Nos, more pii Patris hujuſmodi quietem, & utilitatem univerſalem Subditis noſtris aſſerre volentes, ad dictarum ſcripturarum conſervationem, fidem, & ſecuritatem, ac illarum deperditioni, & falſitatibus obviandum, lites quoque, diſcordias, cæteraque pericula omnia tollendum, Motu proprio, non ad alicujus ſuper hoc Nobis oblatę petitionis inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, meraque deliberatione, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, in toto Statu Eccleſiaſtico Nobis, & Sedi Apoſtolicæ mediatè, & immediatè ſubjecto (hac Alma Urbe noſtra, Civitateque, & Comitatu Bononien. dumtaxàt exceptis) ſcilicèt in quibuſvis ipſius Status, Provinciis, Civitatibus, Oppidis, Caſtris, Villis, ac locis aliis, etiàm quibuſvis Metropolitanis, Cathedralibus, vel aliis Eccleſiis, etiàm Monaſteriis, Abbatiis, & aliis etiàm regularibus, ac piis locis ſubjectis, Archivia publica, & generalia in quibus inſtrumenta, necnon apocæ, cedulæ, Chirographa, aliæque ſcripturæ, tàm publicæ, quàm privatæ, quas quomodolibèt occaſione quorumcumque contractuum, ex quibus actio, ſeù receptio, etiàm ad tempus, reſultet, fieri contigerit, etiàm à Notariis, & Cancellariis, ſeù Notariis Curialibus nuncupatis, ac Officialibus quibuſcumque, etiàm à Camera noſtra, ſeù à Nobis, vel Prædeceſſoribus noſtris cauſam, etiàm cum titulo oneroſo habentibus, & quibuſvis aliis particularibus perſonis cujuſcumque dignitatis, officii, ſtatus, gradus, ordinis & conditionis fuerint, etiamſi clericali, vel alio quocunque, etiàm cum titulo oneroſo, indulto, & privilegio potiantur jàm confecta, & deinceps quovis nomine, & titulo pro tempore conficienda, roganda, & ſtipulanda, tàm venditiones, emptiones, mutua, debita, credita, & quaſvis alias obligationes, ſocietates, ſocidas, cenſus, locationes, livellos, concordias, compoſitiones, tranſactiones quaſcumque, cujuſvis generis ſententias, compromiſſa, lauda, donationes, permutationes, ceſſiones, quietantias, delegationes, ſolutiones, dationes etiàm in ſolutum, ac inter vivos, & cauſa mortis donationes, inventaria, revocationes, hypothecationes, pignorationes, etiàm judiciales, mandata quecumque, ratificationes, paces, ſubſtitutiones, diviſiones, confeſſiones debitorum, tàm in judicio, quàm extrà, emancipationes, arrogationes, adoptiones, renunciationes, inſinuationes, teſtamenta in ſcriptis, & nuncupativa, codicillos, aditiones, & repudiationes hæreditatum, fideicommiſſa, ſubſtitutiones, prohibitiones, poſſeſſiones bonorum continentia, quàm quoſcumque alios contractus, nominatos, & innominatos inter quaſcunque Eccleſiaſticas, & cujuſvis Ordinis regulares, & ſæculares perſonas, quavis eccleſiaſtica, aùt ſæculari, ſeù temporali, vel mundana dignitate, etiàm ducali præeminentia, fungentes, necnon Univerſitates, Eccleſias, Capitula, Collegia, Conventus, Monaſteria, Hoſpitalia, & quæcumque alia pia, & non pia loca, eorumque Univerſales, & particulares perſonas, necnon Eccleſiarum, & Monaſteriorum hujuſmodi, ac quoſcunque alios Prælatos, ſeù Priores pro tempore initos, & celebratos ſub modo, & forma in Capitulis, quæ per dilectum, filium, noſtrum Henricum tit. S. Pudentianæ Præsbyt. Card. Cajetanum noſtrum, & S. R. E. Camerarium, dictæque Cameræ Theſaurarium, Decanum, & Clericos Præſidentes, aùt eum, vel eos, qui à Nobis, vel Succeſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſuper adminiſtratione, & gubernio dictorum Archiviorum pro tempore deputabuntur, ſtatuendis, & declarandis, aſportari, & reſpectivè recipi, annotari, & diligentèr perpetuò conſervari, & cuſtodiri debeant, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuò erigimus, & inſtituimus.

§.3. Et ſi in aliquibus Provinciis, Civitatibus, & aliis locis prædictis, vigore quarumcunque facultatum, deſuper etiàm à Nobis, vel Prædeceſſoribus noſtris Rom. Pontificibus, aut Apoſt. Sedis Legatis, Vicelegatis, Præſidentibus, Gubernatoribus, ſeu Officialibus, vel etiàm à Camera Apoſt., & pro ea Agentibus quibuſvis Provinciarum, Civitatum, locorum hujuſmodi Communitatibus, Univerſitatibus, Collegiis, Capitulis, aut aliis, etiàm particularibus Perſonis, & Officialibus, ac Cancellariis, & aliis præfatis, quavis cauſa, vel occaſione, ac ex titulo, etiàm oneroſo conceſſarum, aliqua Archivia, vel aliqua, ad illorum inſtar ad præſens reperiantur, vel erigi deberent, illa omnia, & ſingula Archiviis per præ- Incorporatio omnium Archiviorum ad illud Archivium.

præſentes erectis, & inſtitutis, ac earumdem præſentium vigore inſtituendis, & ſtabiliendis, etiàm perpetuò aggregamus, & incorporamus; Cum modificationibus tamen, & limitationibus, ac declarationibus in dictis Capitulis juxta mentem Noſtram eiſdem Henrico Camerario, & Cameræ præfatæ Clericis declaratam, aliiſque declarationibus, etiàm futuris temporibus, tam per Nos, quàm alium, vel alios ad id à Nobis, vel Succeſſoribus Noſtris Roman. Pontif., ſi eis videbitur, atque eorum arbitrio, toties, quoties eis placuerit. faciendis, ſtatuendis, & reformandis.

Revocatio facultatum erigendi Archivia, alteri conceſſarum.

§.4. Facultates verò erigendi, & inſtituendi Archivia, vel aliquid ad illorum inſtar aliis forſan, ut præmittitur, conceſſas, necnon privilegia, indulta, immunitates, ſeu exemptiones quaſcunque, etiàm ex titulo oneroſo, ac ſub quibuſcunque verborum formis, & tenoribus, conceſſa fuerint, quorum omnium tenores, acſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus haberi volumus pro expreſſis, ſimiliter perpetuò caſſamus, & annullamus.

Mandat deputari Præfectū Archiviorum unum ex Clericis Cameræ quot annis ſorte extrahendum.

§.5. Necnon, ut pro felici regimine, & gubernio Archiviorum præfatorum aliqua perſona ad hoc munus apta, & idonea in eorundem Archiviorum totius præfati Status Eccleſiaſtici Præfectum, vel ſub quovis alio titulo, Nobis benè viſo, ac per Nos declarando, ſubque certa forma &c. Habeatque plenam, liberam, & omnimodam facultatem, poteſtatem, & auctoritatem hujuſmodi Archivia in omnibus, & ſingulis provinciis, civitatibus, terris, oppidis, & aliis locis antedictis ejuſdem Status, in quibus illa ex forma dictorum capitulorum conſtitui debere duxerit, toties, quoties ſibi videbitur, per ſe, vel alium, ſeù alios ad id ab eo deputandos conſtituendi, & ſtabiliendi, eaque amovendi, transferendi, ſeparandi, aggregandi, & incorporandi, cæteraque omnia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna faciendi, gerendi, exercendi, & exequendi &c. Ac pro ſalubriori eorumdem Archiviorum directione, ſucceſſu, gubernio, & adminiſtratione illa omnia, & ſingula per unum ex dictæ Cameræ Clericis, in Præſidentem, ſeù Præfectum annalem, juxta ejuſdem Cameræ inſtituta per ipſam Cameram ſorte extrahendum, ſeù aliàs eligendum &c. deputandum.

Juriſdictio d. Præfecti.

§.6. Qui ſumma auctoritate, & manu Regia, Notarios Cancellarios, ac alios prædictos, & quaſcunque alias perſonas, tàm Eccleſiaſticas, quàm Sæculares, necnon Communitates, Univerſitates, Eccleſias, Capitula, Collegia, Conventus, Monaſteria, Hoſpitalia, cæteraque alia etiàm pia loca, eorumque univerſales, & particulares perſonas, necnon Eccleſiarum, & Monaſteriorum hujuſmodi, ac quoſcunque alios Prælatos, & Superiores, quacunque Eccleſiaſtica dignitate, aut mundana, ac temporali, etiàm Ducali, aut Marchionali honore, & præheminentia fungentes, ut ad Archivia ſic erecta, & inſtituta, inſtrumenta, & alias ſcripturas prædictas, juxtà dictorum Capitulorum formam, deferant, & aſportent; Communitates verò, ac Univerſitates Civitatum, & locorum hujuſmodi, illorumque Priores, & noſtri, & Cameræ prædictæ Officiales, ut commodas, ac idoneas manſiones pro ſcripturarum, & inſtrumentorum prædictorum conſervatione aſſignent, cæteraque in dictis capitulis ſtatuenda, declaranda, obſervare, & adimplere debeant, cogat, & compellat: cauſaſque tàm civiles, quàm criminales, meraſque, & mixtas, etiam ſi in eis obligationes quantùmvis ſtrictè intervenerint, occaſione Archiviorum hujuſmodi, & ab ipſis quomodolibet dependentes, emergentes, annexas, & connexas, etiàm ratione terminorum, ſeù pagarum, ſolutionum occaſione, ſubappaltus, ſeù affictus contra quaſcunque perſonas, & inter quoſcunque particulares Archiviſtas, ac inter eum, ſeù eos & quaſcumque Communitates, Collegia, Univerſitates, & alias perſonas procedendo, ac etiàm alias cauſas, & differentias ſuper præſentium intelligentia, declaratione, ac ampliatione, & ſuper omnibus privativè, quoad omnes alios Judices Ordinarios, & extraordinarios, tàm in Urbe, quàm extra, & in toto Eccleſiaſtico Statu, etiàm ſummariè, ſimpliciter, & de plano, & abſque ſtrepitu, & figura Judicii &c. cognoſcat, audiat, decidat, fineq; debito terminet, regi, gubernari, & adminiſtrari poſſe, ac debere, ſtatuimus, & ordinamus; Necnon Archiviis præfatis, ac perſonarum illorum manutentione, ac ſtabilimento, necnon regimini, gubernio, & adminiſtrationi pro tempore incumbentium laboribus, & ſalariis omnia, & ſingula jura, obventiones, emolumenta, & alia regalia in dictis capitulis ſpecificanda pariter perpetuò applicamus, & appropriamus &c.

ARCHIVIA; Quoad Inſtitutionē.

Clauſulę preſervativæ.

§.7. Decernentes quoque eaſdem præſentes nullo unquàm tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aùt nullitatis vitio, ſeù intentionis noſtræ, vel quovis alio defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, aùt in jus, vel controverſiam revocari poſſe, ſed illas ſemper, perpetuò validas, & efficaces fore, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, atque ita per quoſcunque Judices, etiàm cauſarum Palatii Apoſt. Auditores, ac dictæ Cameræ Clericos, ac ejuſdem S. R. E. Cardinales, ſublata illis quavis alitèr judicandi, vel interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, irritum quoque, & innane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſula ſublata, & Decretum irritans.

Derogatio contrariorū.

§.8. Non obſtantibus præmiſſis, ac noſtra de non tollendo jus quæſitum, & fel. record. Pii PP. IV. prædeceſs. noſtri ſub datum, videlicèt octavo idus Auguſti Pontific. ſui An. VI. edita, inter alia diſponentis, quod forſan ſimiles gratiæ, infra certum tunc expreſſum tempus, præſentari, & regiſtrari debeant, dummodo ſaltem intra biennium à data præſentium omninò regiſtrentur, aliiſque Conſtitut., & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Provinciarum Status Eccleſiaſtici hujuſmodi, ac quarumvis illius Civitatum, Locorum, diſtrictuum, necnon Monaſteriorum, Eccleſiarum, & aliorum piorum, ac non piorum locorum,

ARCHIVIA.

Quoad Præfecturam, & Regimen.

etiàm juramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis, exemptionibus, immunitatibus, etiàm cum titulo oneroſo, tam à Camera, quàm à Nobis, ſeù Prædeceſſ, noſtris quomodolibet, etiàm illis, eorumque Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Judicibus, Notariis, Cancellariis, & aliis præfatis quibuſcunque Communitatibus, Univerſitatibus, Cameræquæ noſtræ, & illius Auditori Generali, ac Fiſco, aliiſque etiàm perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis etiàm Motu ſimili, etiàm conſiſtorialitèr, ac aliàs in contrarium quomodolibet facientibus, & conceſſis, ac in futurum concedendis, quibus omnibus etiàmſi de illis, illorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda foret, tenores hujuſmodi præſentibus, pro ſufficienter expreſſis, habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Tranſumptorum fides.

§.9. Volumus autem, quod præſentium exemplis, etiàm impreſſis, ſigilloque ejuſdem Camerarii obſignatis, ac manu unius dictæ Cameræ Notarii ſubſcriptis, ea proſùs fides adhibeatur, tàm in judicio, quàm extra, quæ eiſdem preſentibus adhiberetur, ſi exiberentur, ac oſtenderentur.

Sanctio pœnalis.

§.10. Nulli ergo &c. Si quis autem &c.

Dat.

Datum Romæ apud S. Marc. An. Dom. 1588. Kal. Aug. Pont. noſt. An. IV.

XLI. CONSTITUTIO
SIXTI PP. V.

Erectio Officii Regentis Archiviorum Status Eccleſiaſtici, cum juriſdictione, ac privilegiorum, & emolumentorum aſſignatione.

Hoc Officium ſupreſſit Gregor. XIV., & ejus loco mandavit quot annis ſorte extrahi unum ex Clericis Cameræ, ut in ſeq. Conſt., ſed in uno ex Clericis, ejuſdem Cam. ſtabilivit Innoc. XIII. per Chirographum Motu proprio expedit. per acta Petrucci Secr. Cam. die 5. Jun. 1723., quod hìc non habes.

Ed. an. Dom. 1588. die 31. Octob. impr. in ejus bullar. la 25. pag. 139 part. 2. Et in bull. nov. poſt la 83, tom. 2.

SIXTUS Epiſ. Ser. Ser. Dei, Ad per. rei mem.

Exordium.

SOLLICITUDO Miniſterii paſtoralis Nos admonet, & inducit, ut pro felici progreſſu eorum, quæ ad communem Reipublicæ, & Subditorum noſtrorum utilitatem, & commodum per Nos ordinata fuerunt, illorum curam egregiorum Virorum prudentiæ demandemus, quorum opera, & ſtudio feliciter regantur, & gubernentur: lites quoque, & diſcordiæ quæcunque facilius decidantur, & terminentur, prout tàm pro juſtitiæ complemento, quàm Subditorum eorumdem quieti conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Hic Pont. Archivia public. ſcripturarum in ſtatu Eccleſiaſ. erexit, ut in præced. Conſt.

§.1. Cum itaque Nos nuper ad publicar. ſcripturar. conſervationem, & illarum deperditioni, ac falſitatibus, quæ niſi diligens cura, & ſollicitudo adhibeatur circa eas, in fraudem juſtitiæ, ac Subditorum noſtrorum grave præjudicium evenire poſſunt, obviandum; lites quoque, diſcordias, & alia pericula, quæ dictarum ſcripturarum occaſione inter eoſdem Subditos noſtros in dies magna cum eorum jactura, & læſione hactenùs motæ fuerunt extirpandum, certiſque aliis rationabilibus animum noſtrum moventibus, & tunc expreſſis cauſis in toto Statu Eccleſiaſtico Nobis, & Sedi Apoſtolicæ mediatè, & immediatè ſubjecto (Alma Urbe noſtra, ac Civitate, & Comitatu Bononien. dumtaxat exceptis) Archivia publica, in quibus dictæ ſcripturæ, ac inſtrumenta publica aſportari, & diligentèr cuſtodiri debeant, erexerimus, & inſtituerimus, illaque in Appaltum dilecto filio Paulo Falconerio nobili Florentino ad novem annos, ſub certis tunc quoque expreſſis modo, forma, & conditionibus dederimus, & aſſignaverimus, proùt in literis Apoſtolicis, ac ſcripturis deſuper confectis pleniùs continetur.

Cauſa hujus Conſt.

§.2. Operæ, pretiumque duxerimus, ut pro ſalubri directione, providoque Gubernio dictorum Archiviorum, aliquis ſupremus Judex, qui ſumma auctoritate, omnes, & quaſcunque differentias, lites, querelas, & controverſias, tàm inter particulares perſonas, & Archiviſtas per præfatum Paulum, ejuſque in adminiſtratione eorumdem Archiviorum ſucceſſores, & deputandos, eorumque in hac parte ſocios, & miniſtros, ac ſubappaltatores, & tàm inter ſemetipſos, etiàm ob non paritionem, quàm de, & ſuper Taxis, & mercedibus, nullitatibus, & falſitatibus, ac quibuſvis aliis rebus, ad præfata Archivia, illorumque adminiſtrationem, & gubernium, ac directionem quomodolibet, & ex quavis cauſa pertinentibus, oriri, & ſuſcitari contigerit, audiat, cognoſcat, decidat, fineque debito terminet, conſtituatur, & deputetur; Unde rei hujuſmodi virum morum gravitate, literarumque ſcientia conſpicuum præficere, & in premiſſis providere ſummoperè cupientes, ac tam erectionis, & inſtitutionis Archiviorum, quàm illorum dationis, & conceſſionis in Appaltum hujuſmodi, necnon privilegiorum, indultorum, facultatum, exemptionum, & aliarum gratiarum, necnon quarumcunque literarum deſuper confectarum, ac edictorum circa præmiſſorum emanatorum, cæterorumque præmiſſorum, ac inde ſecutorum tenores, etiàm veriores præſentibus pro expreſſis, & inſertis habentes.

Et modo erigit Officium Regentis Archivii generalis Status Eccleſiaſtici cum facultate cauſas cognoſcendi ſummariè &c.

§.3. Motu proprio, non ad infraſcripti Fabii, vel alterius pro eo Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera deliberatione noſtra, unum Officium Regentis Archivii Generalis Status noſtri temporalis Eccleſiaſtici nuncupandum pro uno Prælato, aut utriuſque, ſeù alterius jurium Doctore, vel Licentiato, aut alia perſona ad hoc munus habili, & idonea, Regente Archivii generalis Status noſtri prefati nuncupando, qui prefatas, & quaſcunque alias differentias, lites, querelas, & controverſias occaſione dictorum Archiviorum, etiàm ex obligatione in forma Cam. Apoſt., provenientes, etiàm alias, ac inter alios, quàm, ut præmittimur, ſuſcitandas, & judiciariam indaginem, aut quamvis aliam cognitionem, deciſionem, probationem, declara-

clarationem,interpretationem,& executionem qualitercunque, & quomodocunque requirentes, pro tempore movendas civiles, criminales, meras, & mixtas, unà cum inciden., emergen. annexis, & connexis, ſuprema auctoritate, & manu regia, tela judiciaria penitùs omiſſa, ſolaque facti veritate inſpecta, ac omni, & quacumque appellatione, recurſu, & remiſſione remotis, etiàm privativè quoad omnes alios judices ordinarios, & extraordinarios, tàm in Urbe, quàm extra eam, totoque Statu præfato, jus dicendi, audire, cognoſcere, terminare, decidere, ac debitę executioni demandare.

Delinquentes etiam in præmiſſis, ejus arbitrio puniendi.

§.4. Delinquentes quoque, & quos falſi, & cujuſvis alterius generis crimen, vel errorem, aut delictum in ſcripturarum, & inſtrumentorum præfatorum in Archivium regiſtratione, & ex eo tranſumptione, recollectione, cuſtodia, & conſervatione, ſive taxarum illicita alteratione, & exactione, præſentatione, & ſubſignatione, ac aliàs in exercitio, & adminiſtratione dictorum Archiviorum quomodolibet commiſiſſe accuſati, aut ſuſpecti fuerint, eorumque complices condigna punitione, & exemplari coërctione, ac debitis pœnis in locis commiſſorum delictorum, ac ſi videbitur etiàm in Urbe, & aliàs ubilibet plecti, & arbitrio ſuo puniri, & caſtigari facere, ſententiare, judicare, condemnare, bonaque conſcribere, & confiſcare, omniaque, & ſingula alia in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & quomodolibet opportuna gerere, exercere, & exequi per ſe, vel alium, ſeù alios omni, & quacunque appellatione remota perpetuum ſilentium deſuper imponere.

Edicta pro regimine dictor. Archiviorum edendi.

§.5. Necnon edicta, ac proclamationes, & banna pro regimine, gubernio, & adminiſtratione Archiviorum, Archiviſtarum, & Rectorum, aliorumque præfatorum ſuo ſub nomine, pœniſque ejus arbitrio exprimen., non tamen in præjudicium appaltus noſtri prædicti: Et ideò antequàm edantur ab ipſo Appaltatore dicti Archivii, ſeù ab ejus Deputato videnda, & ſubſcribenda, quoties ſibi expedire videbitur proponere, & publicari facere; Illaque, ac jam emanata declarare, interpretari, reformare, ampliare, & innovare, ac tàm per eum edenda, quàm alia deſuper de mandato noſtro quomodolibet etiàm ad dicti Pauli, & appaltus hujuſmodi contemplationem ſub eiſdem pœnis obſervari facere.

Notarios tànquam cauſarū hujus officii actuarios eligendi.

§.6. Cum facultate deputandi, & conſtituendi proprium Notarium, ſeù Notarios, unum, vel plures, tàm in dicta Urbe, quàm extra eam, tamquàm actuarios cauſarum ad Officium Regentis hujuſmodi quomodolibet ſpectantium, eoſque ſingulos toties, quoties eidem Regenti viſum fuerit amovendi, & ponendi, ac alios eorum loco ſubſtituendi.

Commiſſarios deputandi ad viſitan. dicta Archivia, & cogendū Notarios, ac alios ad portandum ſcripturas in Archiviis &c.

§.7. Commiſſarios quoque ad Archivia præfata viſitandum cum ſimili, aùt limitata facultate, necnon poteſtate, & auctoritate, tam Archiviſtas, & ab eis deputatos præfatos, quàm Notarios viventes, ac eorum hæredes, qui vita functi fuerint, cæteroſque eorundem defunctorum, quovis titulo ſucceſſores, ac earumdem ſcripturarum detentores, ſeù poſſeſſores; Necnon in quantùm ad ipſa Archivia ſpectat, quoſcunque contrahentes cujuſcumque ſtatus, ſexus, gradus, ordinis, & conditionis, etiàmſi Collegium, Communitas, Univerſitas, Capitulum, etiàm Collegiatarum, & Cathedralium, ac Metropolitanarum Eccleſiarum, earumque Præſules, Monaſteriorum Abbates, Conventus, & pia loca, eorum Gubernatores, & Officiales, ac Præſidentes, necnon Duces, Marchiones, Comites, aut aliæ perſonæ, quantumvis privilegiatę, ac Eccleſiaſtica, vel temporali, & mundana dignitate, excellentia, & honore præfulgentes fuerint ad ſcripturas, & inſtrumenta pro tempore celebrata in eiſdem Archiviis deportandum cogendi, aliaque quoad hæc neceſſaria, & opportuna faciendi, & exequendi (citra tamen præjudicium ejuſdem Appaltus, & ſine alicujus onere, aut gravamine) toties, quoties ſibi videbitur, deputare.

Archivia. Quoad Præfecturam, & Regimen.

Patentes literas quibuſcūque ſuis Miniſtris, ſuo ſub nomine, & ſigillo expediēdi.

§.8. Ac de præmiſſis omnibus, & ſingulis, pro quibuſcumque aliis ſuis in Officio Regentis Archivii hujuſmodi Miniſtris, cæteriſque omnibus, quibuſcumque ad officium, illiuſque juriſdictionem, tàm in Urbe, quàm extra eam quomodolibet ſpectan., & pertinen. patentes, & quaſcunque alias literas ſub eodem nomine, & ſigillo ſuo, per unum, vel duos Secretarios ab eo ſimul, vel ſucceſſivè nominandos (qui ad eorum vitam, ejus, & in dicto officio ſucceſſorum obſequiis, hac in parte inſiſtere debeant, ac pro generali ex patentibus hujuſmodi à ſubſtitutis Commiſſariis, & Miniſtris ſuis hujuſmodi, ſine alicujus gravaminis nova impoſitione, & ſine præjudicio dicti Appaltatoris aliqua regalia exigere, & levare queat) confici, & expediri facere, aliaque, & ſingula officium, illiuſque liberum exercitium, quomodolibet concernentia adimplere liberè, & licitè poſſit, & valeat.

In Archiviſtas, Notarios, & alios circa ea, quæ hujuſmodi officium concernunt ōnimodam juriſdictionem exercendi.

§.9. Ita etiàm, quòd illud pro tempore obtinens, in Archiviſtas, Notarios, & alios præfatos in præmiſſis, & quoad ea, quæ Officium hujuſmodi concernunt tantùm ſupremam, & omnimodam juriſdictionem, & auctoritatem habeat, gerat, & exerceat; Illique ad eum dumtaxat pro juſtitiæ complemento recurrere, ac ad ipſum reclamare debeant, eaque in parte Curiæ ſuæ ſuppoſiti cenſeantur, nec cuipiam Tribunali, aùt moderno, & pro tempore exiſtenti S. R. E. Camerar., nec Cam. Apoſt., minuſque Curiæ cauſarum dictæ Cam. generali Auditori, aùt cuivis alteri Judici, ſed Nobis, & dict. Succeſſoribus noſtris immediatè ſubſit perpetuum, ac poſt tres annos à data præſentium computan. Vacabile, Reſignabile, & Venale, ac aliàs ad inſtar Rom. Curiæ Officiorum vacabilium, reſignabilium, & venalium, cujus conceſſio, & omnimoda diſpoſitio, quoties illud quovis modo vacare contigerit, ad Nos, & eoſdem Succeſſores noſtros in perpetuum ſpectet, & pertineat Apoſt. auctoritate tenore præſentium (ſine præjudicio dicti Pauli principalis Appaltatoris, ſeù Archiviſtę dicti Archivii, ac ejus in hujuſmodi appaltu ejuſdem Archivii ſucceſſorum) perpetuò erigimus, & inſtituimus.

Officium iſtud vacabile, venale, & reſignabile eſſe decernit.

§.10. Illique ſic erecto, & inſtituto pro ejus

ARCHIVIA.

Quoad Præfecturam, & Regimen.

Illique dotem ſcutorum centum pro quolibet menſe, ac cætera omnia emolumenta ex patentibus &c. aſſignat.

ejus dote proviſionem centum ſcutorum monetæ ad rationem decem Juliorum argenteorum pro quolibet hujuſmodi ſcuto, ex dicto appaltu, & eo quomodolibet deficiente, ex quibuſvis aliis dictæ Cam. redditibus provenientium, ſingulis menſibus, necnon omnia, & ſingula emolumenta, fructus, ſalaria, mercedes, regalia, cæteraque jura, tàm ordinaria, quàm extraordinaria quomodolibet nuncupata ex ſententiis, decretis, reſcriptis, patentibus (ac etiàm ſine ullo prorſus præjudicio, detractione, defalcatione, aut imminutione, jurium, & emolumentorum ad præfatam noſtram Cameram, ſive ad Appaltatorem modernum, ac pro tempore exiſtentem ipſius Archivii pertinentium, quæ eis omninò integrè reſerventur, & ſine ullo partium novo gravamine) regalia, ſeù jura ex pœnis, gratiis, confiſcationibus, abſolutionibus, compoſitionibus, aliiſque ex Officio hujuſmodi, illiuſque exercitio quomodolibet provenientia juxta taxam, ſtylum, & conſuetudinem Curiæ generalis illius Provinciæ, in qua ſententias, decreta, & alia præfata fieri contigerit, abſque aliqua illorum alteratione, mutatione, vel minutione, etiàm perpetuò applicamus, & appropriamus, & ex nunc applicata, & appropriata eſſe volumus, ita ut ipſe Regens Archivii præfati pro tempore exiſtens proviſionem hujuſmodi, aliaque jura, regalia, & emolumenta præfata, ut præfertur, etiàm perpetuò habere, illaque ab eis, ad quos id pro tempore ſpectabit exigere, & pro ſe retinere, ac in ſuos uſus, & utilitatem convertere abſq; aliqua alia noſtra, vel Rom. Pontif., aut Camerarii, ſeù Auditoris prædictorum, aùt cujuſvis alterius licentia, liberè etiàm, & propria auctoritate valeat.

§.11. Mandantes nihilominùs, & præcipientes, tam eidem Paulo moderno, & pro tempore exiſtenti Appaltori, ut nullo alio à Nobis, vel pro tempore exiſtente Rom. Pontif., ſeù dictæ Cameræ mandato, aùt præcepto minimè expectato, ſine ulla mora dicta centum ſcuta ſingulis menſibus infraſcripto Fabio, & pro tempore exiſtenti dicti Archivii Regenti integrè ſolvat, quàm etiàm dictæ Cameræ, illiuſque officialibus, & miniſtris, ut ſolutionem, ſeù ſolutionis hujuſmodi ratam, & gratam, ac ratas, & gratas habeant, & ipſi Appaltatori excomputentur, ac pro ea rata ipſum Appaltatorem quietent, & liberent.

Et illius Regenti, ut hoc ſuum officium per ſe, vel per alium exercere poſſit, indulget.

§.12. Eumdenque dicti Archivii pro tempore exiſtentem, ut per ſeipſum, aut unum, vel duos, ſeù plures ejus arbitrio, & nutu ponendos, & amovendos ſubſtitutos ad hoc idoneos, & habiles, prædictum officium omniaque, & ſingula ad illius exercitium, ut præfertur, aùt aliàs quomodolibet ſpectantia, ubicumque opus fuerit tractare, & exercere, ac tractari, & exerceri facere, ac mandare poſſe ſimilitèr perpetuò ſtatuimus, & ordinamus.

Eumdemque Regentem, Prælatum domeſticum, familiarem, & utriuſque Signaturæ Referendarium eſſe decernit.

§.13. Ac ut præfatum Officium ſic creatum amplioribus per Nos favoribus, & gratiis decoretur, quod prædictus Regens dicti Archivii pro tempore exiſtens, Prælatus noſter domeſticus, ac familiaris, continuus Commenſalis, & utriuſque ſignaturæ noſtræ Referendarius, dictæque Sedis Notarius (non tamen de numero participantium) ac Aulæ Lateranenſis Comes, aliorumque, Referendariorum, & dictæ Sedis Notariorum, aulæque hujuſmodi Comitum numero, & conſortio aſcriptus, & aggregatus eo ipſo exiſtat, etiàm Conſtit. à Nobis ultimò ſuper reformatione Referendariorum edita, & in ea contentis, quæ hic pro expreſſis haberi volumus, non obſtante, ac in noſtra, & Succeſſorum noſtrorum Rom. Pontif. Signatura continuò interveniat, & aſſiſtat.

Privilegia ōnia familiaribus Papæ, & Referendariis conceſſa, eidē concedit.

Hæc privilegia Referendariorum, vid. in ejuſd. conſt. 39. f. 128. par. 1

Hæc privilegia Familiarū vid. inſr. in Clem. 7. conſt.

§.14. Omnibuſque, & ſingulis aliis privilegiis, antelationibus, prærogativis, honoribus, favoribus, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, & aliis gratiis, tàm ſpiritualibus, quàm temporalibus, quibus cæteri Familiares continui Commenſales noſtri, ac Referendarii, & Sedis Apoſt. Notarii, dictæque Aulæ Comites, etiàm quoad hoc, ut Notarios ſimplices, ſeù Tabelliones, aliàs tamèn habiles, qui de quibuſvis inſtrumentis rogari poſſint, & habeant facultates, quas alii publici Apoſtolica, & Imperiali auctoritate creati Notarii habent, creare, & inſtituere valeat; ſine tamèn præjudicio jurium ipſi Appaltatori Archivii debitorum, & Prælati prædicti utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poſſint, & poterunt quomodolibet in futurum pariformiter, & abſque ulla prorſus differentia uti, potiri, & gaudere valeat.

In Cappella Pontificia, ac aliis actibus publicis, eidē locū aſſignat.

§.15. Ac tàm in Capella noſtra, quàm pro tempore exiſtentium Succeſſorum prædictorum, & quibuſcunque Seſſionibus, Conſiſtoriis publicis, cum Veſtibus, & Capuecio violacei coloris, ac in proceſſionibus, equitationibus, aliiſque actibus, tàm publicis, quàm privatis, in noſtra, & pro tempore exiſtentis Rom. Pontificis præſentia, & conſpectu, vel etiàm abſentia faciendis, immediatè poſt modernum, & pro tempore exiſtentem officiorum Cur., & ſtatus præfatorum Præſidentem, in eo nimirum loco, qui immediatè poſt locum dicto Præſidenti aſſignatum ſequitur, tam ipſo Præſidenti præſente, & in loco ſibi aſſignato ſedente, ſeù ſtante, & incedente, ac privilegio hujuſmodi utente, quàm etiàm alibi ſedente, ſtante, ſeù incedente, vel non utente, aùt etiàm abſente ſedeat, & incedat.

Expeditionem literarum Apoſtol. gratis pro eo fieri concedit.

§.16. Necnon pro ſe ipſo quaſcunque literas Apoſtolicas ſub plumbo, ac etiàm in forma brevis ſuper quibuſcumque gratiis, tàm juſtitiam, quàm gratiam, aùt mixtim concernentibus, per eum à Nobis, & Succeſſoribus noſtris prædictis impetratis, & impetrandis, ac præſentes literas in omnibus, & ſingulis ejuſdem Curiæ Officiis, ac Taxis, tàm in Cancellaria, quàm Camera Apoſtolicis, necnon plumbo, & regeſtro, ac aliàs ubilibet ad inſtar Clericorum dictæ Cameræ, in omnibus, & per omnia expedire omninò, & perpetuò poſſit, & debeat, proùt expediri volumus, & mandamus.

Miniſtris ejuſdem licentiā arma in Statu Eccleſ. deferendi indulget.

§.17. Quodque Miniſtri Commiſſarii, ſeù ſubſtituti præfati Regentis dicti Archivii iiſdem privilegiis, quoad delationem Armorum per quæcumque loca temporalis noſtræ Ditionis Eccle-

Eccleſiaſticæ perpetuò utantur, & gaudeant, quæ cæteris juſtitiæ miniſtris ſunt conceſſa.

Fidem Regēti ſuum Officiū unà cum quibuſvis penſionibus, Eccleſ. vel Monaſteriis retinendi facultatem elargitur.

§.18. Inſupèr eidem Regenti, ut Officium Regentis Archivii prædicti, unà eum quibuſvis penſionibus, ac fructuum reſervationibus de, & ſuper quibuſvis, & quovis nomine nuncupatis Eccleſiis, ſeù Beneficiis Curatis, vel non Curatis, etiàm Monaſteriis, & Abbatiis, aliiſque ſpecialiori nota ſignificantibus Eccleſiis, Apoſtolica auctoritate ſibi reſervatis, & conceſſis, aùt in futurum reſervan., & eoncedendis, cujuſcunque qualitatis, quantitatis, ac ſpeciei, ſeù annui valoris ſint, & eſſe poſſint; necnon unà cum quibuſvis etiàm Cathedralibus, & Metropolitanis, ac Provincialibus, & Primatialibus, & Patriarchalibus Eccleſiis, necnon Monaſteriis, etiàm Conſiſtorialibus, Prioratibus, Præpoſituris, & aliis quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis ſæcularibus, & quorumvis ordinum regularibus liberè recipere, & retinere poſſit, paritèr perpetuò concedimus, & indulgemus.

§.19. Nec per Beneficiorum Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum præfatorum aſſecutionem Officium hujuſmodi, aùt per talis officii retentionem beneficia ſic obtenta vacare, ſed illud cum eiſdem beneficiis compatibile eſſe, nec officialem hujuſmodi incapacem, aùt inhabilem ad retinendum jam obtenta, vel nuova cujuſvis qualitatis, ſpeciei, & dignitatis beneficia, penſiones, ac etiam fructus fuerint obtinen., & impetran.

§.20. Nec Officium prædictum, ſeù beneficia, ac penſiones, & fructus, ut præfertur, vacare, ceſſare, aùt extingui, ſed perpetuò firma, & inconcuſſa remanere.

In exercitio d. officii nec irregularitatē, nec aliam pœnam incurri decernit.

§.21. Minuſquè irregularitatem, aùt cenſuram, vel aliam pœnam Eccleſiaſticam in exercendo hujuſmodi Officio incurrere ſtatuimus, & declaramus.

Officium per triennium per obitum Regentis non vacare declarat.

§.22. Poſtremò Officium Regentis Archivii hujuſmodi ad tres annos, ut præfertur computandos per obitum illud pro tempore obtinentis, minimè vacare, ſed ejuſdem intereà decedentis ſucceſſores, ad ſolvendum illius hæredibus etiam ab inteſtato, integrum ejuſdem officii pretium tùnc reperibile, ipſique hæredes ad hujuſmodi pretium, & pro illo ad officii Regentis Archivii hujuſmodi uſque ad integram dicti pretii ſolutionem directam habeant actionem; ita ut ipſi, & non alii ſuper pretio hujuſmodi quale, & quantumcunque fuerit cū perſona, vel Succeſſoribus noſtris prædictis benè viſa ad dictum Officium Regentis Archivii tùnc deputanda, antequàm ad illud deputetur convenire, & contrahere, liberè, & licitè poſſint; quæ perſona deindè deputata, antequàm de dicto pretio, ut præfertur, integrè ſatisfecerit, poſſeſſionem officii hujuſmodi, ſeù illius exercitii apprehendere minimè valeat.

De pretio officii intra triennium diſponere poſſit.

§.23. Nec ipſe, ſeù quiſquàm alius illud interim, etiàm per modum proviſionis, niſi de fructibus, redditibus, & proventibus, ex illo quomodolibèt provenientibus hæredibus, & aliis prædictis re ipſa reſponderit exercere poſſint, & valeant, Ipſequè Regens Archivii prædicti ab hac prima erectione ad dictum officium deputandus intra dictum trium annorum ſpatium de dicto pretio per viam legati relicti, donationis, etiàm cauſa mortis, Teſtamenti, ſeù alterius cujuſcunque ultimæ voluntatis, vel etiàm donationis, aùt alterius cujuſvis contractus inter vivos, ac etiàm ab inteſtato, ac aliàs omni, & quocunque alio meliori modo, in toto, vel in parte, in unius, vel plurium, & diverſarum perſonarum, & piorum, ac aliorum locorum favorem, diſponere, & ordinare, illudque tranſmittere, & transferre liberè, & validè poſſit, nec fructus, redditus, & proventus ex eodem officio pro tempore interim percepti, in ſortem illius pretii connumerari ullatenùs debeant, & ſi ipſius officii pretium, quod vigintiquinque millium ſcutorum monetæ ad rationem prædictam eſſe volumus pro hac vice, & ita judicamus, ſummam longè majorem exeederet, & ad quamcunque etiàm notabiliſſimam quantitatem aſcenderet, illam totam, & integram ipſi, qui dictum officium pro hac prima vice à Nobis obtinebit, ac etiàm eo intra dictum triennium vita functo ejus hæredibus, & ſucceſſoribus prædictis gratioſè inter vivos donamus, & penitùs liberalitèr remittimus, ac totum dictum pretium qualecunque & quantumcunque ſit præfati Regentis Archivii hæredum intra dictum triennium decedente omninò eſſe volumus.

Archivia. Quoad Præfecturam, & Regimen.

Pretium dicti Officii ad ſc. 25. mil. hac vice præfinit.

Officiumque prędictum Fabio Urſino cū emolumentis &c. concedit

§.24. Ut autèm quàm primùm Officium hujuſmodi viro idoneo, & experto, qui illud fidelitèr, & diligenter exerceat, concedatur; Idcircò Nos de dilecti filii magiſtri Fabii Urſini Clerici Roman. juris utriuſque Doctoris in Signatura noſtra Referendarii recto judicio, & integritate, ac juris prudentia plurimùm in Domino confiſi, ipſumque Fabium à quibuſvis excommunicationis ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eecleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibèt innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequen. harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, Officium Regentis Archivii hujuſmodi, ſic, ut præfertur, erectum, à primæva erectione vacans, eidem Fabio, per eum quoad vixerit, ad inſtar aliorum Officiorum Sedis, Curiæ, & Cameræ hujuſmodi tenendum, & exercen. cum proviſione, omnibuſque aliis emolumentis, fructibus, redditibus, proventibus, ſalariis, aliiſque ſupradictis ipſi officio, ut præfertur, attributis, & applicatis, quæ hic pro repititis haberi volumus, dicta auctoritate concedimus, & aſſignamus, dictumque Fabium ad hujuſmodi officium Regentis Archivii, ejuſque liberum exercitium, ac omnia, & ſingula alia ſupraſcripta ex nùnc recipimus, ac per dilectos filios Henricum tit. S. Pudentianæ Præsbyt. Card. Cajetanum nuncupat. ejuſdem Rom. Eccleſ. modernum Camerarium, necnon in dicto Statu noſtro, & quibuſvis illius Provinciis Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, Poteſtates, eorumque Locatenentes, cæteroſque, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit recipi, & admitti, receptumque, & admiſſum in eis, quoad vixerit, manuteneri, & defendi, ſibique de eiſdem proviſione emolumentis, fructibus, redditibus, & proventibus, cæteriſque ſupradictis integrè reſpon-

ARCHIVIA.

Quoad Præfecturam, & Regimen.

ſponderi debere decernimus, volumus, & mandamus.

§.25. Necnon omnes, & quaſcumque cauſas, lites, moleſtias, & controverſias de, & ſuper præmiſſis, necnon Taxarum illicita alteratione, & exactione ipſum Officium Regentis concernentibus, & quarum cognitio ad eumdem Regentem, ut præfertur, pertinet, inter quaſcunque perſonas, Univerſitates, Communitates, vel Collegia hactenùs motas, & indeciſas pendentes, & pro tempore movendas cum illarum omnium incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis coram dictis Camerario, ac Clericis, ſivè Theſaurario, aùt Commiſſario noſtro, & dictæ Cam., vel aliis quibuſcunque judicibus, quavis auctoritate, & dignitate etiàm Cardinalatus fungentibus, & in quibuſcunque Curiis, & Tribunalibus, tàm in Rom. Curia, quàm extrà eam introductas, etiàm ſi inſtructæ, & in eis jàm concluſum ſit, & eiſdem Judicibus per noſtrum ſpeciale reſcriptum, aùt de mandato noſtro editum, vel aliàs quomodolibet commiſſæ fuerint (quarum omnium ſtatus, & merita, Judicumque, & collitigantium nomina, cognomina, gradus, & qualitates præſentibus pro expreſſis haberi volumus) ad Nos harum ſerie advocantes, eiſdemque judicibus, nè in eis ad ulteriora procedant inhibentes, ſingulas cauſas, lites, moleſtias, & controverſias præfatas eidem Fabio, & pro tempore exiſtenti Regenti Archivii hujuſmodi, committimus, qui illas in eiſdem ſtatu, & terminis, in quibus reperinntur reaſſumat, cognoſcat, & decidat, ac procedat, cum facultatibus ſupradictis, atque iis omnibus, quæ juxtà formam edicti pro conceſſione, ſeù appaltu dicti Archivii editi, pro tempore exiſtenti dictæ Cameræ Clerico in Præſidentem ipſius Archivii, ut inibi expreſſum fuerat, deputando, attributæ erant, ſeù de jure, ſtylo, vel conſuetudine, aùt ex privilegiis, vel Conſtitutionibus, aùt literis Apoſtolicis quomodolibèt competere potuiſſent,

§.26. Itaùt deputatio Clerici hujuſmodi per ipſam Cameram fieri nullo modo poſſit, nec debeat, & ſi eam fieri contigerit, tamquàm de facto, ac præter, & contra mentem, & intentionem noſtram attentata, nulliùſque ſit roboris, vel momenti, ac irritum decernimus, & inane, ſi ſecùs ſupèr his à quoquam quavis auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari: ſed potiùs dictus Regens Archivii in locum ipſius Clerici, & prædictæ Cameræ quoad hujuſmodi juriſdictionem, & auctoritatem in omnibus, & per omnia ſubſtitutus, & ſubrogatus, ipſaque juriſdictio, & facultates ab ipſis Clerico, & Camera penitùs abdicatæ, & in præfatum Regentem integrè translatæ, & transfuſę ſint, & eſſe cenſeantur; Ipſumque Fabium, qui in noſtram, dictæque Sedis ſubventionem ſummam dictorum 25. mil. ſcut. monetæ ad eamdem rationem nomine pretii dicti Officii Cameræ Apoſt. ſe ſoluturum obtulit, ejus vita durante ab Officio Regentis Archivii hujuſmodi per Nos, vel Succeſſores noſtros, & Sedem, & Cameram prædictas, etiàm ex quavis cauſa invitum amoveri, & eximi, aùt illud, ac proviſionem, emolumenta, fructus, redditus, & proventus, cæteraque ſibi aſſignata, & conceſſa præfata in toto, vel parte ſubtrahi, vel minui, neque ſuper eiſdem per prædictum, & pro tempore exiſtentem noſtrum, & ipſius S. R. E. Cardinalem Camerarium, Theſaurarium, vel quoſcunque alios quavis auctoritate fungentes, quomodolibet moleſtari poſſe, nec debere, declaramus.

Et pro illius aſſecuratione bona omnia Cam. Apoſtol. obligat.

§.27. Et nihilominùs pro ejuſdem Fabii indemnitate, ac illius hæredum, ſeù in dicto Officio Regentis Archivii hujuſmodi ſucceſſorum perpetua iu dicto Officio conſervatione, ac adverſus quoſcunque intereſſe prætendentes defenſione, manutentione, ac omnium, & ſingulorum præmiſſorum obſervatione, totalique executione, etiàm nomine, & loco damnorum, & intereſſe, quæ ipſum Fabium, ejuſque hæredes dicto triennio durante, ſeù in dicto Officio ſucceſſores ſentire, ac pati contingeret, omnia, & ſingula ejuſdem Cameræ noſtræ lucra, res, & bona quæcunque, tàm præſentia, quàm futura generalitèr, & ſpecialitèr, ac expreſsè in noſtro, & Succeſſorum noſtrorum Roman. Pontificum verbo, ac noſtro, & ipſorum nomine, etiàm in ampliſſima dictæ Cameræ forma, cum omnibus, & ſingulis clauſulis, decretis, & cautelis in ſimilibus obligationibus apponi conſuetis latiſſimè extendendis Fabio, ejuſque hæredibus, ſeù ejus in dicto Officio ſucceſſoribus prædictis, æquè perpetuò obligamus, & hypothecamus.

Et quodcunqs majus pretiũ, quod pro dict. officio reperiri poſſit, eidem condonat.

§.28. Et ſi pro conſequendo dicto Officio majus pretium dicta ſumma 25. mil. ſc. quandocunque repertum fuerit, vel reperiri contigerit, illud omne, & totum cujuſcunque quantitatis, & ſummæ fuerit, etiàm ſi dimidiam, vel majorem partem juſti pretii excedat, eidem Fabio, & hæredibus ipſius gratioſè, & irrevocabilitèr, ac perpetuò etiàm titulo donationis inter vivos remittimus, & condonamus.

Clauſulæ præſervativæ.

§.29. Decernentes præſentes literas ſub ea, per quam in principio cujuſque Pontificatus Roman. Pontificis revocantur facultates percipiendi pretium Officiorum in toto, vel parte, ac quævis diſpoſitiones per quemcunque Prædeceſſorem Roman. Pontificem de Officiis vacaturis etiàm in vim contractus, & ex titulo oueroſo, ac ſub quacunque verborum forma pro tempore factæ, aùt omninò ſub aliis Conſtitutionibus, revocationibus, ſuſpenſionibus, derogationibus, limitationibus, decretis, declarationibus generalibus, & ſpecialibus quomodolibet editis, & edendis, ac factis, & faciendis minimè comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quotiès illæ emanabunt, totiès in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas, & de novo conceſſas fore, eſſe, & cenſeri, dictoque Fabio, ejuſque hæredibus, & ſucceſſoribus ſuffragari debere: Necnon eaſdem præſentes literas ad probationem præmiſſorum ubique, tàm in judicio, quàm extrà illud ſufficere, nec ad id alterius probationis adminiculum requiri, ipſaſque nullo unquam tempore quovis prætextu, etiàm enormis, & enormiſſimæ læſionis, aùt quod in præmiſſis intereſſe habentes, ſeù prætendentes ad id vocati non fuerint, uec præmiſſis conſenſerint, ac in eis tractatus,

dili-

diligentiæ, & quæcunque aliæ ſolemnitates, ac alia de jure, conſuetudine, vel privilegio, ſeù juxtà decreta, ordinationes, reformationes, aùt ſtatuta dictæ Cameræ, ac literas, & conceſſiones Apoſtolicas ſuper tractatibus, & formis in venditionibus rerum, & bonorum dictæ Cameræ edita, vel aliàs quomodolibet requiſita, non intervenerint, irritari, impugnari, invalidari ad terminos juris reduci, ſeù in jus, vel controverſiam revocari poſſe, ac vim validi, & efficacis contractus inter Nos, & dictam Cameram ex una, ac Fabium, & hæredes, ſucceſſoreſque ſuos prædictos, partibus ex altera, ritè, & rectè initi, ſtipulati, & jurati habere; dictamque Cameram ad Fabium, & hæredes ſuos præfatos in juribus, & aliis præmiſſis manutenendos, & ab omni damno, læſione, lite, cauſa, ſeù controverſia immuoes, indemnes, & exemptos conſervandos teneri, & obligatam eſſe.

Inhibitio contra quoſcunq; circa lites &c. dict. officium concernentes, ſe intromittēdo.

§.30. Diſtrictiùs inhibentes omnibus, & quibuſcunque Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Poteſtatibus, & eorum Locatenentibus, cæteriſque Officialibus, necnoo eidem Henrico, & pro tempore exiſtenti Camerario noſtro præfato, dictæque Cam. Præſidentibus Clericis, Theſaurario, Commiſſario, ac omnibus aliis cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis, & præeminentiæ extiterint, & præſertim Archiviſtis, ſubſtitutis, & miniſtris, nec non Notariis, eorumque hæredibus, ac contrahentibus prædictis ſub indignationis noſtræ, ac 1000. duc. aur. de Cam. pro una, videlicèt eidem Cameræ, & altera medietatibus Fabio, & ſuis prædictis applican., & pro qualibet vice, qua contraventum fuerit, ac per quemlibet contravenientem, aliiſque arbitrio noſtro imponen. pœnis eo ipſo omni, & quacunque appellatione remota, iocurrendis, ac per eundem Fabium Regentem declarandis, & exequendis, nè de cætero Judices, & alii ſuperiores, aùt quæcunque aliæ perſonæ circa præmiſſa quomodolibet intereſſe habentes, videlicèt in aliquibus ex ſupradictis cauſis, differentiis, litibus, querelis, & controverſiis, aùt aliàs ad dictum Officium quovis modo ſpectantibus, & pertinentibus, ſe ingerere, intromittere, aùt aliqua Officium ipſum illiùſque exercitium concernentia temerè facere, vel attentare, ſeù aliàs ipſum Fabium, & hæredes, & ſucceſſores ſuos, uecoon ſubſtitutos, Commiſſarios, & alios miniſtros præfatos in Officio, & exercitio hujuſmodi impedire, turbare, vel aliàs quoquomodo inquietare, & moleſtare.

§.31. Archiviſtis verò, ſubſtitutis, ſubappaltatoribus, eorumque miniſtris ſupradictis, nè pro eiſdem cauſis, differentiis, litibus, querelis, & controverſiis, ac aliis rebus Officium, & exercitium prædictum tangentibus, ad alium, quàm Fabium, ejuſque deputatos Commiſſarios, & ſubſtitutos recurſum habere, aùt illius juriſdictionem in aliqoo lædere præſumant: ſed eaſdem præſentes literas cum primùm eis præſentatæ fuerint, earumve exempla authentica in eadem Camera admittant, & regiſtrent, eiſque in omnibus obtemperent.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

§.32. Sicque, & non alitèr per præfatos, & quoſcunque alios Judices, & Commiſſarios ordinarios, vel delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiàm ejuſdem Rom. Eccleſiæ Cardinales, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibèt quavis alitèr judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate nbique judicari, & definiri debere, necnon quicquid ſecùs ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari, irritum, & inanè decernimus.

ARCHIVIA. Quoad Præfecturam, & Regimen.

Executorum deputatio.

§.33. Quocircà Venerabilibus Fratribus noſtris Oſtien., & Amerin. Epiſcopis, ac Petro Epiſcopo Spoletano Officiorum Curiæ, & ſtatus hujuſmodi Præſideoti præfato per Apoſtolica ſcripta Motu ſimili maodamus, quatenùs ipſi, vel duo, aùt unus eorum per ſe, vel alium, ſeù alios præſentes literas, & in eis coutenta quæcuoque ubi, & quandò opus fuerit, ac quotiès pro parte Fabii, & ſuorum prædictorum, ſeù alicujus eorum fueriot requiſiti ſolemnitèr publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, eaſdem præſentes literas, & in eis coutenta quæcunque hujuſmodi debitæ executioni demandent, ac ab omnibus ad quos ſpectat, & ſpectabit quomodolibèt in futurum inviolabilitèr obſervari, necnon Fabium, ejuſque ſucceſſores prædictos ſingulis præmiſſis pacificè frui, & gaudere ubique faciant, non permittentes eos, & illorum quemlibèt deſupèr per quoſcumque, contra earundem præſentium tenorem, quomodolibèt indebitè moleſtari, perturbari, vel impediri.

Pœnæ in contradictores.

§.34. Contradictores quoſlibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes per ſententias, & cenſuras Eccleſ., ac etiàm pecuniarias pœnas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; oecnon legitimis, ſuper his habendis; ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiàm iteratis vicibus aggravando; invocato etiàm ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.35. Non obſtant. præmiſſis, ac fel. rec. Bonif. PP. VIII. Præd. noſtri de una, & Concilii generalis, de duabus dietis, dummodò ultrà tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad judicium non trahatur, necnon, quatenùs opus ſit, regula de non tollendo jure quæſito, aliiſque Conſtit., & ordinat. Apoſt., necnon Provinciarū Status Eccleſiaſtici hujuſmodi, ac quarumvis illarum Civitatum, locorum, terrarum, diſtrictuum, & aliorum locorum, dictæque Urbis, & quarumconque Curiarum, & Tribunalium ſuorum, etiàm juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, reformationibus, uſibus, ſtabilimentis, & naturis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis etiàm illis, earumqne Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Poteſtatibus, Judicibus, Notariis, Commnnitatibus, Univerſitatibus, aliiſque ſuperioribus, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiàm Motu pari, etiàm Conſiſtorialitèr, ac aliis in contrarium quomodolibet facientibus conceſſis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & ſingulis, etiàmſi pro il-

Archivia.

Quoad Præfecturam, & Regimen.

§.5. Cumque veriſimile non ſit hujuſmodi Hominum genus in occulto verſari, & eos, qui ad cuſtodiam tenentur, ſi diligentèr invigilent, illorum notitiam non habere, neque tantam multitudinem eſſe poſſe, quin à Dominis temporalibus, ac Communitatibus, & Univerſitatibus prædictis vinci, & opprimi queat, juncto præſertim finitimorum auxilio, cauilloſæ excuſationes ſibi impoſterùm nullo modo ſuffragentur.

Particulares perſonæ con. bannitos, & arma capiant, & accurrant.

§.6. Particulares verò perſonæ cujuſcunque ſtatus, gradus, & conditionis exiſtentes ſub 500. duc. ſimilitèr eidem Cameræ ipſo facto applican., aliiſque corporalib. etiàm ultimi ſupplicii incluſivè, Gubernatorum, & Officialium prædictorum arbitrio, juxtà cujuſcunque perſonæ, & culpæ qualitatem, extendendis pœnis, cum primum campanæ ſonitum, aliave ſigna Populum adversùs dictos facinoroſos Homines convocantia audiverint, vel aliàs de illis quomolibet notitiam habuerint, arma capere, & ad locum neceſſarium accurrere, ac unà cum aliis, & per ſe ipſum omnem conatum in perſequendis, capiendis, & profligandis Bannitis, aliiſque nefariis hominibus prædictis adhibere teneantur.

Executoribuſque juſtitiæ armata etiam manu ſubveniant.

§.7. Præterea ſub eiſdem pœnis omnes, & ſinguli prædicti, tàm in Urbe, quàm extrà eam ad quamcunque Curiæ, ſeù Miniſtrorum, & Executorum Juſtitiæ, vel cujuſque eorum ſimplicem requiſitionem, ac etiàm nulla requiſitione prævia (ſi aliquos ipſos reſiſtere, vel ſeſe opponere, ſeù aliquod impedimentum adferre, eoſve ad aliquam executionem faciendam, auxilio egere, quoquo modo cognoverint) eiſdem Curiæ Miniſtris, & Exequutoribus opem, & favorem, armata etiàm manu conferre, & ſubvenire, ac præſtò eſſe, & denique obedire, eoſque, ſi opus fuerit, in perquiſitione, executione, permanſione, & aliis præmiſſis comitari debeant.

Barones, & Communitates loci, non parentes, pœnas hic expreſſas incurrunt.

§.8. Inſupèr ſtatuimus, & ordinamus, ut ſi qui ex Perduellionibus, homicidis, latronibus, furibus, & aliis facinoroſis hominibus prædictis in Civitatibus, Terris, Oppidis, Caſtris, Villis, Dominiis, locis, Territoriis hujuſmodi damna aliqua intulerint, ſeù furtum, aùt latrocinium commiſerint, nec capti, & depræhenſi fuerunt, ſed impunè evaſerint, Domini temporales, ſeù Communitates, Univerſitates Nobis, & Sedi Apoſtolicæ mediatè, ac immediatè ſubjecti, in quorum locis, territoriis, & juriſdictionibus reſpectivè ſimilia perpetrata fuerint, præter hoc, quod ad damnorum quorumcunque ſic illatorum parti læſæ, damnaque hujuſmodi patienti, ac eorum hæredibus plenariam reſtitutionem, & ſatisfactionem omninò teneantur, ad tantundèm etiàm, quantùm damna illata æſtimata fuerint Cameræ prædictæ realitèr, & cum effectu perſolvendum eo ipſo ſint adſtricti, ac aliàs, prout latiùs continetur in aliis literis dicti Pii V. præd. contra Dominos, ac Communitates, & Univerſitates eorum territoria non cuſtodientes editis, quas, firmis tamèn remanentibus aliis ſuprà, & infraſcriptis pœnis, tenore præſentium etiàm innovamus.

Conſt. Pii V. & aliorum, indicavi hic in rubr.

Communitates, et Barones non custodientes eorum loca a Bannitis.

§.9. Duces quoque, Principes, Marchiones, Comites, Barones, Domicellos, Vicarios, Feudatarios, Gubernatores, Magiſtratus, Ductores, Capitaneos, & Officiales prædictos, necnon quoſcunque alios cujuſcunque etiàm Eccl. dignitatis, conditionis, ſtatus, gradus, ordinis, excellentiæ, ſexus, & ætatis, dummodo decimumquartum illius annum excedant, hujus Status, & juriſdictionis noſtræ temporalis, prædictæ R. E. in eiſdem temporalibus mediatè, vel immediatè ſubjectos, etiàm dominia, juriſdictiones, & loca extrà Statum prædictum obtinentes, qui Perduelliones, homicidas, latrones, & alios nefarios homines prædictos in ſuis quiſque dominiis, terris, Oppidis, Caſtris, fortalitiis, villis, locis, territoriis, ſeù domibus, tàm in ipſo Statu, quàm extrà eum conſiſtentibus receptaverint, ſeù confoverint, aùt quod in illis recipiantur, vel confoveantur quoquo modo permiſerint, ſeù, nè ij capiantur, impediverint, vel captos eripuerint, ſeù occultaverint, aùt illis poteſtatem, ſeù commoditatem evadendi fecerint, vel carcerem, aùt aliam quamcunque cuſtodiam effregerint, invaſerint, aùt quoquo modo violare tentaverint, ſivè ad hoc homines, vel arma, aliave miniſtraverint, ſivè aliàs auxilium, conſilium, vel favorem palàm, vel inocculto, per ſe, vel alium, ſeù alios quoquo modo, etiàm extrà territoria, juriſdictiones, & domos proprias præſtiterint, ſeù præſtare permiſerint, vel etiàm quoſcunque Judices, Miniſtros, aùt Executores Juſtitiæ in perquiſitione, captura, vel abductione, ac omnino in eorum officii libera exequutione, ſive in Urbe, ſive extrà, ubique locorum impediverint, ſeù verberaverint, vel inſequuti fuerint, aùt concuſſerint, ſeù minis, vel aliàs perterrefecerint, aùt ad arma conclamaverint, alioſve concitaverint, ſeù talia fieri mandaverint, facientib. adhæſerint, & faverint, ſeù alicujus Magnatis nomen auxilii cauſa adversùs Curiam, Executores, & miniſtros prædictos invocaverint, ſeù franchitias appellaverint (contra quas aliam Conſtitutionem dicti Greg. Præd. deſuper editam ſimilitèr innovamus, acriorib. etiàm remediis in dies uſuri pro hujuſmodi Aſylis, præſertim in dicta Urbe tollendis, & omninò extirpandis) læſæ Majeſtatis reatum verum, ac nulla juris, aùt hominis fictione confictum crimen incurriſſe, & ejuſdem R. E. Rebelles, omnibuſque, & ſingulis privilegiis, gratiis, libertatib., indultis, exemptionib., immunitatibus realib., & perſonalib., necnon Ducatib., Principatib., Marchionatib., Comitatibus, Civitatib., Terris, Oppidis, Caſtris, Dominiis, Vicariatib., Guberniis, locis, juriſdictionib., dignitatib., etiam Eccleſiaſticis, honorib., jurib., officiis, penſionib., beneficiis, & fructib. Eccleſiaſticis, ac etiam quibuſcunque feudis, & conceſſionib., quæ à Rom. prædicta, & quibuſcunque aliis Eccleſiis obtinent, & in futurum obtinebunt, cæteriſque, etiàm immobilib., mobilib., & ſe moventib. bonis, jurib., & actionibus, eo ipſo privatos, Ipſoſque, & illorum filios ad illa, & quælibet alia impoſterùm obtineuda, ac quoſcunque actus legitimos exercendos inhabiles, & indignos fore, atque eſſe; necnon à toto Statu Eccleſiaſt. unà cum eorum familiis

Barones, & alii auxiliantes, aut bannitos receptantes, pœnas hic deſcriptas incurrant.
Ad quod habes alias conſtit. indicatas hic in rubr.

Hæc conſtit. Gregor. XIII. eſt in bull. vet. fol. 1213. la 20

COMMUNITATES, ET BARONES NON CUSTODIENTES BORUM LOCA A BANNITIS.

perpetui exilii pœna damnari, domoſque, ædificia, arces, & fortalitia eorundem demoliri, & ſolo æquari, ſeù aliis d. Cam. jurib. adſcribi debere, nec illis portam ullius Dignitatis Eccleſiaſticæ, vel mundanæ unquàm patere decernimus, & declaramus.

§.10. Vaſſallos verò, Cuſtodes, Capitaneos, Officiales, Populos, & Subditos eorundem à fidelitatis juramento, ac homagii, & quocunque alio jure, quo ipſis quomodolibet adſtricti fuerint, ex nunc penitus abſolvimus, & liberamus.

§.11. Ducatus autem, Dominia, Vicariatus, Gubernia, Feuda, Civitates, Terras, Oppida, Caſtra, cæteraque bona prædicta, necnon jura, & actiones cum fructibus, & emolumentis eorundem Fiſco noſtro, & Cam. prædictæ ipſo facto, abſque aliqua declaratione, citatione, Judicis ſententia, ſeù decreto, vel alia juris, & facti ſolemnitate habenda, etiam in præjudicium filiorum, deſcendentium, & aliorum quorumcunque Agnatorum in inveſtituris, conceſſionibus, ſeù aliis diſpoſitionibus, comprehenſorum, in omnibus, & per omnia perindè, ac ſi per lapſum temporis illorum conceſſionis, & finitam lineam ad ipſam Cameram rediiſſent, ſeù devoluta eſſent, confiſcamus, applicamus, & incorporamus, illaque ſic Nobis, & pro tempore exiſtentibus Rom. Pontificibus, & Cam. prædictæ aperta, devoluta, confiſcata, applicata, & incorporata ſub Conſtitutione ejuſdem Pii V. Præd. de hujuſmodi dominiis, & juriſdictionibus in Feudum, aùt aliàs non concedendis, minimè comprehendi, etiàm declaramus.

Hæc conſt. S. Pii V. eſt in bull. vet. fol. 975. conſt. 35.

§.12. Necnon quæcunque fideicommiſſa, ſubſtitutiones, & alias diſpoſitiones ſub quacunque verborum forma, etiàm cum expreſſa alienationis prohibitione, aliiſque ſtrictiſſimis clauſulis, & cautelis conceptas, ad hoc ut fructus bonorum hujuſmodi fideicommiſſis ſubjectorum, durante vita naturali delinquentis, etiam in contumaciam ex prædictis cauſis condemnati Fiſco applicentur, & in dictæ Cameræ uſum convertantur, propietateſque dictorum bonorum, quamdiù ipſe delinquens naturalitèr vixerit, per Fiſcum, & Cameram hujuſmodi poſſideantur, & detineantur, tollimus, & abrogamus.

Communitateſque eoſdem tolerâtes, eaſdem pœnas incurrant.

§.13. Ad hæc Communitates, & Univerſitates hujuſmodi, ſi homines facinoroſos prædictos receptaverint, toleraverint, cibis, commeatu, auxilio, conſilio, vel favore, aut quocunque alio modo, etiàm ut evadant, per ſe, vel alios juverint, omnibus pœnis ſupradictis ſupponimus, eorumque res, & bona omnia, necnon fructus, & emolumenta eidem Fiſco, modo, & forma præmiſſis applicamus, & appropriamus.

Particulares autem eos capere non valentes, illicò propalare, & côvicinos convocare debêt. Scientes in præmiſſis aliquem eſſe culpabilem revelare teneātur.

§.14. Particularibus autem Hominibus, qui ad facinoroſos prædictos capiendos, & apprehendendos, juſtitiæque miniſtris tradendos, ſufficientibus viribus fuerint deſtituti, niſi eoſdem illicò propalaverint, officialeſque, populos, & finitimos, itaut nullo modo evadant, convocaverint: Ac demum iis, qui aliquem in præmiſſis culpabilem ſciverint, nec Nobis, vel Succeſſoribus noſtris, ſeù alicui, per quem ad Nos, vel dictos Succeſs. fideliter deferatur, intra trium dierum ſpatium revelaverint, pœnam arbitrio Judicis pro modo culpæ, etiàm uſque ad mortem incluſivè infligendam, ſtatuimus.

§.15. Decernentes ſuper omnibus, & ſingulis præmiſſis per accuſationem, delationem, inquiſitionem, & quovis alio meliori modo procedi poſſe.

Judices procedant etiam per inquiſitionem, &c.

§.16. Ac quæcunque vetuſta privilegia, ſive exemptiones, etiàm immemorabiles, vel alias quaſcunque prætenſiones de recipiendis, & non conſignandis hujuſmodi bannitis, & aliis facinoroſis hominibus, nemini contra præſentium tenorem ſuffragari, etiàmſi de eis ſpecialis, & individua mentio facienda eſſet.

Privilegia de recipiendis, & non conſignandis bannitis revocantur.

§.17. Neque Receptatores, fautores, auxiliatores, conſultores, & alios quoſcunque præſentibus noſtris, ac Præd. noſtrorum literis, ut præfertur approbatis, & innovatis quomodolibet contravenientes, quocunque prætextu, etiàm Agnationis, & cujuſcunque conſanguinitatis, etiàm in primo gradu, aut unicè, & non dolosè, & penitùs inculpatè, nec ad malum finem receptionis ullatenus excuſari: Cum beneficium publicum ſit privatæ neceſſitudini præferendum, nec dolus abſit ab eo, qui ipſis nefariis hominibus, & publicis inimicis quoquomodo ſe amicum præſtat, geniuſque hominum hujuſmodi facilè cognoſcatur; Eum quoque, qui ſeſe vi, & metu ad manifeſtum, & inſtans vitæ periculum evitandum, de quo tamen per legitimas probationes docere teneatur, eis receptum dediſſe, ſive victum, & alia præſtitiſſe aſſeruerit, nequaquàm excuſari, niſi quamprimùm ſe ſubripere, vel alios tranſmittere potuerit, nulla interpoſita mora de tranſitu, vel ſtatione dictorum facinoroſorum hominum viciniorem locum, illiuſque Magiſtratus, & Officiales certioraverit.

Receptatores nô excuſantur prætextu parentelæ, aut nô dolosè receptionis.

§.18. Sicque per quoſcunque Judices ordinarios, & delegatos quavis auctoritate fungentes ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate ubique judicari, & definiri debere, necnon irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

§.19. Et nihilominus, ut præmiſſa ſuum debitum, (proùt ex intimo cordis noſtri affectu exoptamus) conſequantur effectum, Dilectis filiis ejuſdem S.R.E. Camerario, Urbis Gubernatori, Cauſarum Curiæ Cam. prædictæ Generali Auditori, necnon Provinciarum noſtrarum Legatis, de quibus plurimùm confidimus, ac Vicelegatis, & Præſidib., Civitatumque, & aliorum locorum prædictorum Rectoribus, & Officialibus, ac cæteris omnibus ſingularum Conſtitutionum, & literarum prædictarum Executoribus ſimiliter in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ pœna per Apoſtolica ſcripta mandamus, ut quiſque pro ſe ad omnimodam præſentium, ac aliarum literarum, & Conſtitutionum prædictarum, necnon pœnarum omnium in eis contentarum executionem omninò procedentes, illas omnes, & in eis contenta quæcun-

Executorum deputatio, & facultates.

cunque ſemper, & ubique per omnia loca prædicta, ac ab omnibus ſub illis comprehenſis inviolabilitèr obſervari, capitaleſque ſententias prædictas a Juſtitiæ Miniſtris, abſque alicujus irregularitatis incurſu, exequi mandent, & faciant, ac pro executione pœnarum pecuniariarum contra Communitates, Univerſitates, Dominos temporales, & alios prædictos, propter eorum inobedientiam, repræſalias concedant, realiterque, & irremiſſibiliter dictas pœnas pecuniarias exigant.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.20. Non obſtan. fideicommiſſis, inveſtituris, conceſſionibus, ſubſtitutionibus, teſtamentis, & aliis diſpoſitionibus, necnon privilegiis, exemptionibus, ac aliis præmiſſis, quorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent, præſentibus haberi volumus pro expreſſis, & inſertis, necnon omnibus, quæ in ſingulis literis prædictis conceſſum eſt, non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Hortatio ad Principes extra Statum Ecclеſ. ut bannitos non aſſecurent, ſed capiant, & remittant.

§.21. Rogamus quoque, & hortamur attentè in Domino, omnes, & ſingulos quamcunque juriſdictionem temporalem, extrà Statum Eccleſiaſticum prædictum exercentes, etiàm Regia, Ducali, vel alia quacunque mundana, vel Eccleſiaſtica auctoritate, ſuperioritate, & excellentia fulgentes, velint pro ſua in Nos, & hanc S. Sedem Apoſt. devotione, & obſervantia, reique ipſius æquitate providere, ne poſthàc in Provinciis, dominiis, & locis ſuis perduelliones, homicidæ, & alii facinoroſi prædicti ullo modo recipiantur, aſſecurentur, vel tuti reddantur, quinimò, ſi ipſos ad illa declinare, aut ibidem reperiri contigerit, per ſuos Juſtitiæ Miniſtros, & Executores capi, & apprehendi, ac ad Præſides, & Gubernatores Provinciarum, & locorum noſtrorum, undè ipſi originem traxerint, vel delictum commiſerint, liberè conduci, & remitti, eiſque conſignari mandent, & procurent: Ac quoſcunque ſalvos conductus, & alias aſſecurationes revocent, & annullent, prout Nos vice verſa idipſum contra hujuſmodi facinoroſos homines à dictis eorum Provinciis, & dominiis bannitos fieri, & obſervari curabimus: ſperantes hac optima ratione omninò futurum, ut ejuſdem R. E., & cujuſcunque eorum Ditionis Status (annuente Domino,) expurgetur, Populique Nobis, & illis ſubditi pacis, & tranquillitatis dulcedine fruantur.

Forma, & effectus public. hujus conſt.

§.22. Ut autem præſentes literæ omnibus innoteſcant, & ne quiſquam illarum ignorationem allegare poſſit, jubemus illas valuis Eccleſiæ S. Jo: Lateranen., & Baſilicæ Principis Apoſtol. de Urbe, ac in acie campi Floræ appendi, eiſque detractis illarum exempla etiàm impreſſa in eiſdem locis affixa relinqui, factaque hujuſmodi publicatione volumus ipſas præſentes hic in Urbe publicatas die ſequenti, extra eam verò poſt decem dies, quoſcunque perinde arctare, atque afficere, ac contrafacientes pœnas, & alia ſupradicta omninò incurrere, ac ſi eis ſingulis præſentibus in propriis eorum perſonis, & locis intimatæ fuiſſent.

Communitates non subvenien nautis &c

§.23. Inſuper earundem præſentium exempla, etiàm impreſſa Notarii publici manu, & Camerarii prædicti, aùt alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo obſignata, eandem prorſus fidem ubique locorum in judiciis, & extra illa facere, quæ ipſæmet præſentes facerent, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Communitates publicent hanc conſt. in pub. Conſiliis, & in Archiviis cuſtodiãt.

§.24. Necnon quòd quælibet Communitas, Univerſitas, & Populus quarumcunque Civitatum, Oppidorum, Caſtrorum, & locorum prædictorum ſub indignationis noſtræ, ac mille duc. d. Cam. applicandorum pœnis per contrafacientes eo ipſo incurrendis, ſtatim, cùm præſentes literæ noſtræ hujuſmodi, ſive earum tranſumptum etiàm impreſſum ad eorum notitiam pervenerit: convocato Publico Conſilio in præſentia Officialium, Syndicorum, & curam maleficiorum habentium, eas unà cum aliis Prædeceſſ. noſtrorum Conſtit. ſic, ut præfertur, confirmatis, & innovatis ibi alta, & intelligibili voce, etiàm vulgari ſermone illas declarando, ut meliùs, & faciliùs ab omnibus percipi, & intelligi poſſint, legi facere, & deindè in eorum Archivio publico diligentèr cuſtodiri curare omninò debeant, ac ſingulis annis ſucceſſivè in principio cuiuſlibet anni perpetuis futuris temporibus ſimiliter eaſdem literas præſentes, & aliàs innovatas in eodem Publico Conſilio legendo reiterare teneantur; Alioquin loci Gubernator, & Rector, & quilibet alius Juſtitiæ Miniſter, quocunque nomine nuncupatus, contra eos ad exequutionem pœnarum hujuſmodi, ſine mora irremiſſibiliter procedat.

Et quolibet an. eam in publ. Conſilio recitent. Quod voluit etiam S. Pius V. in conſt. 16. f. 946. bul. vet.

Dat.

Datum Romæ apud S. Marcum Anno Dom. 1585. Kal. Julii Pont. Noſt. An. I.

✠ Ego Sixtus Cath. Ec. Ep.

Communitates non ſubvenientes Nautis, & naufragium patientibus.

LIV. CONSTITUTIO

S. PII PP. V.

Contra Impedientes, aut non Subvenientes Nautis, & aliis Naufragium patientibus in locis S. R. E. mediatè, vel immediatè ſubjectis, Bonorumque Naufragantium occupatores, & Communitates, Barones, & Dominos eos non capientes.

Ed. an. Dom. 1566. die 24. April. impr. in bull. nov., & vet. la 7. to. 2.

PIUS PAPA V.

Motu proprio &c.

Exordium.

CUM NOBIS ex parte dilecti Filii Martini de Ayala Romæ commorantis &c.

Communitates, & Dominos locorum ſecuti naufragii latrones, & occupatores capere debere decernit.

§.7. Volumus autèm, quod in locis, ſeù territoriis, ubi naufragium præfatum eveniet, Dominus, vel Domini, aut Communitas talis loci teneatur conſignare in manibus noſtræ Juſti-

Communitates quoad Interdictum Eccleſiaſticum.

Juſtitiæ, & miniſtrorum illius, latronem, ſeù latrones, Uſurpatorem, ſeù Uſurpatores, Detentorem, ſeù Detentores hujuſmodi rerum naufragatarum, aliàs teneantur ſolvere totum damnum, & expenſas in tali naufragio, aut illius dependen. paſſa, & ſeù patienda, ac paſſas, & ſeù patiendas, &c.

Placet Motu proprio M.

Dat. Datum Romæ apud S. Petrum VIII. Kal. Maii An. I.

Communitates quoad Interdictum Eccleſiaſticum.

LV. CONSTITUTIO CLEMENTIS PP. VII.

Confirmatio Conſt. Bonifacii VIII. diſponen. quod Provinciæ, Civitates, Caſtra &c. Interdicto Eccleſiaſtico, pro pecuniariis debitis non ſupponantur.

Ed. a. D. 1530 die 24. Maii in bul. vet. la 35. pag. 339. to. 1. in antiq. an. 1579. la 30 pag. 219. et in bullariolo an. 1559. pag. 74.

Conſonat Leon. X. Conſtit. 16. In eminenti, poſt medium Bull. vet. fol. 207.

CLEM. Epiſc. Ser. Ser. Dei. Ad fut. rei mem.

Exordium. Licet Ea, quæ per Rom. Pontificem pro Chriſtifidelium animarum ſalute quotidiè facta fuerunt, plenam obtineant roboris firmitatem, nonnunquàm tamen Rom. Pontifex illa libentèr approbat, & concedit, ut eo firmiùs illibata perſiſtant, quò magis ſuo fuerint præſidio communita.

Bon. VIII. per ſuã Conſt. quã hab. in bullar. vet. la 1., ſtatuit, quod Provincia &c. pro debitis pecuniariis Interdicto Eccleſiaſtico non ſupponeretur.

§. 1. Dudum ſiquidem fel. re. Bonif. PP. VIII. Præd. noſter libenter providè attendens, quod ut frequentius, quamvis non ſine cauſa, ſine culpa tamen multorum, Interdicti ſententiæ proferuntur, quodque erant nonnulli Judices nimis prompti ad proferendas eaſdem, etiàm in negotiis, ſive cauſis, quæ interdum plus ex cupiditatis, quàm charitatis radice, perſpicuis indiciis procedere arguebantur, quodque Interdicti tempore divina organa ſuſpendebantur, & laudes, nec Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrabantur, ut ſolebant, tollebantur mortuis, ſive minuebantur ſuffragia, præſertim per oblationem frequentem hoſtiæ ſalutaris, adoleſcentes, & parvuli participantes rariùs ſacramenta, minùs inflammabantur, & ſolidabantur in fide, fidelium tepeſcebat devotio, hæreſes pullulabant, & multiplicabantur pericula animarum, Conſtitut. ſuæ providit edicto, ut nulla Provincia, Civitas, Caſtrum, Villa, Locus, Territorium, vel diſtrictus, auctoritate ordinaria, vel delegata ſupponeretur Eccleſiaſtico Interdicto pro pecuniario debito, vel cujuſvis monetæ, vel pecuniæ, quacunque occaſione, vel cauſa, ſeù quovis quæſito colore, pro eo maximè, quod ipſorum Domini, Rectores, vel Officiales, quocunque nomine cenſerentur, aut incolæ, ſeù habitatores, aut ſingulares perſonæ ipſorum tunc ſtatutis, ſeù ſtatuendis, ordinatis, vel ordinandis, terminandis hujuſmodi debitum, ſeù quantitatem non ſolviſſent eatenùs, aut inantea non perſolverent, decernens extunc irritum, & inane ſi ſecus extitiſſet attentatum, vel contingeret attentari, illudque revocavit omninò.

§. 2. Non obſtan. quibuſcunque contractibus, obligationibus, pactis, conventionibus, compoſitionibus, ſubmiſſionibus, & fidejuſſionibus, conſenſibus, proceſſibus, & ſententiis, tunc deſuper habitis, & habendis, juramentorum pœnarum ſpiritualium, & temporalium, ſeù mulctarum appoſitiones, vel quacunque alia firmitate vallatis, niſi talis ſuppoſitio Interdicti eatenus foret facta, vel in antea fieret de Apoſt. Sedis ſpeciali licentia, & expreſſa, per ipſius patentes literas apparente. Contrariis quibuſcumq; non obſtan.

§. 3. Nos igitur cupientes, ut ea, quæ pro animarum Chriſtifidelium ſalute per Prædec. noſtros matura deliberatione ordinata, & facta fuerunt, perpetuis futuris temporibus firmius obſerventur, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac poteſtatis plenitudine, literas prædictas, & in eis contenta, auctoritate Apoſt. tenore præſentium approbamus, & innovamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, illaque inviolabiliter obſervari debere decernimus, atque mandamus, ac potiori pro cautela omnia in eis contenta de novo facimus, & ordinamus. Papa hic confirmat, & innovat d. conſtit. Bon. VIII.

§. 4. Non obſtan. Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſt., ac obligationibus in forma Cameræ, necnon omnibus aliis, quæ prefatus Præd. in dictis literis voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Clauſulæ derogatoriæ.

§. 5. Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Sanctio pœnalis.

Dat. Rom. apud S. Petr. An. Dom. 1530. Non. Kal. Junii Pontif. An. VII. Dat.

Communitates quoad S. Inquiſitionem.

LVI. CONSTITUTIO ALEXANDRI PP. IV.

Barones, Communitates, Magiſtratus, & Officiales omnes tenentur, ſtatim requiſiti, Inquiſitoribus, eorumque ſociis de ſecuro ſalvo conductu providere.

ALEX. Epiſc. Ser. Ser. Dei ad perp. rei mem.

Ed. an. Dom. 1260. die 15. Martii impr. in Bull. nov. la 20. tom. 1. pag. 117.

Dilectis filiis &c. Baronibus, Rectoribus, Antianis, Prioribus, & eorum Officialibus, necnon Communitatibus Civitatum, Caſtrorum, locorum, &c. Salutem &c.

Exordium. Ad extirpandam de partibus veſtris hæreticam pravitatem totis affectibus intendentes, Inquiſitionem faciendam in illis partibus contra reſperſos hujuſmodi pravitate, dilecto filio Fratri Andreæ de Ordine Minorum duximus committendam.

Omnes tenẽtur Inquiſitoribus providere de ſalvo conductu.

§. 1. Ut igitur idem Frater, veſtro fultus præſidio, in commiſſo ſibi negotio Inquiſitionis, Deo propitio, valeat proſperari: Univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur attentè ſub pœna excommunicationis, ac mille Marcharum argenti, per Apoſtolica vobis ſcri-

pta præcipiendo mandantes, quatenùs vos univerſi, & ſinguli dicto Fratri Andreæ, & ſociis ejus de ſecuro conductu, quotieſcunque vos ſuper hoc duxerint requirendos, liberalitèr, ac ſine dilatione de loco ad locum providere curetis; preces noſtras, & præceptum talitèr impleturi, ut pateat per effectum operis, quod ſitis orthodoxæ Fidei Zelatores, Noſque devotionem veſtram poſſimus exindè meritò commendare.

Dat. Datum Anagniæ, Idibus Martii, Pontif. an. VI.

LVII. CONSTITUTIO CLEMENTIS PP. IV.

Magiſtratus deſcribi faciant in libris Statutorum Civitatis Leges editas contra Hæreticos.

CLEMENS Epiſc. Ser. Servor. Dei.

Ed. an. Dom. 1265. die 30. Novembris in bul. vet. la 3. pag. 18. tom. 1 & in nov. la 6. eodem tom. pag. 132.

Dilectis filiis Poteſtatibus, ſive Rectoribus, Conſulibus, Capitaneis, Antianis, Conſiliis, & Communitatibus Civitatum, aliorumque locorum per Italiam conſtitutis, Salutem, & Apoſtol. Benedict.

AD EXTIRPANDA de medio populi Chriſtiani hæreticæ pravitatis zizania, quæ abundantiùs ſolito ſucceverunt, ſuperſeminante illa licentiùs his diebus homine inimico: tantò ſtudioſiùs, juxtà commiſſam Nobis ſollicitudinem, inſudare proponimus, quantò perniciosius negligerimus eadem in necem Catholici ſeminis pervagari.

Inn. IV. edidit leges contra hereticos.

§. 1. Ut autem adversùs hujuſmodi nequitiæ operarios conſurgant, ſtentque firmitèr Eccleſiæ filii, ac orthodoxæ fidei zelatores, Conſtitutiones quaſdam felic. recor. Innocentius Papa IV. Præd. noſter, ad extirpationem hæreticæ peſtis edidit, & in Capitularibus veſtris, tàm ipſe, quàm fel. mem. Alexander Papa Prædec. noſter conſcribi, ac à vobis exacta diligentia obſervari mandarunt: quæ ſeriatim inferiùs continentur.

Papa hìc mandat illas in ſtatutis Civitat. regiſtrari.

§. 2. Ideòque Univerſitati veſtræ per Apoſtol. ſcripta mandamus, quatenùs ſinguli Conſtitutiones eaſdem, cum quibuſdam adjectionibus, modificationibus, & declarationibus, per dictum Alexandrum Præd., & etiàm per Nos factas, conſcribi in veſtris Capitularibus facientes, nullis indè temporibus abolendas, ſecundùm eas contra omnem hæreſim, ſe adversùs hanc S. Eccleſiam extollentem fine omiſſione aliqua procedatis: alioquin dilectis filiis Prædicatorum, & Minorum Ordinum Fratribus Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis, & eorum ſingulis per Italiam deputatis auctoritate Sedis Apoſt., & in poſterùm deputandis, damus noſtris literis in mandatis, ut infrà deſignatos eis limites, ſingulos veſtrum ad id, per excommunicationem in perſonas, & interdictum in terram, appellatione remota compellant.

Innoc. IV. Conſtit. teuorem habes in bull. vet. la 3. & ſeq. pag. 5. & ſeq.

Et modum præſcribit.

§. 3. Porrò hæc omnia ſtatuta, ſeù Conſtitutiones, & leges præfatæ, & ſi quæ aliæ contra hæreticos, & eorum complices tempore aliquo auctoritate Sed. Apoſtolicæ conderentur, in quatuor voluminibus unius tenoris debeant contineri, quorum Unum in communis cujuslibet Civitatis, vel loci: Secundum apud Dioeceſanum: Tertium apud Fratres Prædicatores: Quartum apud Fratres Minores cum omni ſinceritate ſerventur, ne poſſint per falſarios in aliquo violari. COMMUNITATES QUOAD S. INQUISITIONEM.

Datum Peruſii 3. Non. Novembr. Pontific. an. I. Dat.

LVIII. CONSTITUTIO CLEMENTIS PP. IV.

Præcipit Inquiſitoribus, ut leges editas contra Hæreticos deſcribi faciant in ſtatutis Civitatum.

CLEMENS Epiſc. Ser. Servor. Dei.

Dilectis filiis Fratribus Prædicatorum, & Minorum Ordinum, Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis, per Italiam auctoritate Sedis Apoſt. deputatis, & in poſterùm deputau. Salut., & Apoſtol. Benedict.

Ed. an. Dom. 1266. die 18. Ian. in bullar. vet. la 4. pag. 29. tom. 1. & in nov. la 8. pag. 132. to. 1.

AD EXTIRPANDA de medio populi Chriſtiani hæreticæ pravitatis zizania, quæ abundantiùs ſolito ſucceverunt, ſuperſeminante illa licentiùs his diebus homine inimico, tantò ſtudioſiùs juxtà commiſſam Nobis ſolicitudinem inſudare proponimus, quantò perniciosius negligeremus eadem in necem Catholici ſeminis pervagari.

Inn. IV. contra hæreticos Leges edidit, & juſſit regiſtrari in Statutis Civitat.

§. 1. Ut autem adverſus hujuſmodi nequitiæ operarios conſurgant, ſtentque firmitèr Eccleſiæ filii, ac orthodoxæ fidei zelatores, Conſtitutiones quaſdam fel. rec. Innoc. Papa Præd. noſter ad extirpationem hæreticæ peſtis edidit, & tàm ipſe, quàm fel. me. Alexand. Papa Præd. noſter, Dilectis filiis Poteſtatibus, ſivè Rectoribus, Conſulibus, Capitaneis, Antianis, Conſiliis, & Communitatibus Civitatum, Caſtrorum, aliorumque locorum per Italiam conſtitutis mandarunt, ut Conſtitutiones ipſas, in ſuis conſcribi Capitularibus facerent, & exacta diligentia obſervarent: undè prædictis Poteſtatibus, ſivè Rectoribus, Conſulibus, Capitaneis, Antianis, Conſiliis, & Communitatibus, damus noſtris literis in mandatis, ut ipſi, & ſinguli eorum Conſtitutiones eaſdem, cum quibuſdam adjectionibus, modificationibus, & declarationibus per dictum Alexandrum Prædeceſſorem noſtrum, & etiam per vos factas, conſcribi in ſuis Capitularibus facientes, nullis indè temporibus abolendas, ſecundùm eas contra omnem hæreſim ſe adversùs hanc S. Eccleſiam extollentem, ſine aliqua omiſſione procedant.

Hìc Papa mandat Inquiſitoribus, ut eos ad id compellant.

§. 2. Quocircà ſi dicti Poteſtates, ſivè Rectores, Conſules, Capitanei, Antiani, Conſilia, & Communitates, mandatum noſtrum ſuper hoc neglexerint adimplere, vos & ſinguli veſtrum, illos, & ſingulos eorum, infrà deſignatos vobis limites, per excommunicationem in perſonas, & interdictum in terras eorum, monitione præmiſſa, appellatione remota cogatis.

Derogatio cōtrariorum.

§. 3. Non obſtan. ſi aliquibus à Sede Apoſtol. ſit indultum, vel in poſterùm indulgeri contin-

SS. Congregat. pro Bo: Regimine.

Congr. pro Gravaminibus ſublevandis.

contingat, quòd perſonæ excommunicari, ac Civitates, Caſtra, Terræ, & loca ipſorum interdici non poſſint, ſivè qualibet alia indulgentia Sedis ejuſdem, per quam effectus præſentium impediri valeat, vel differri: & de qua, cujuſque toto tenore de verbo ad verbum ſpecialem, & expreſſam in noſtris literis oporteat fieri mentionem, & Conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio generali.

Dat.

Dat. Peruſii xv. Kal. Feb. Pontif. An. I.

SS. Congregationes pro Bo: Regimine Erectæ.

LIX. CONSTITUTIO

SIXTI PP. V.

Ed. An. Dom. 1587. die 20. Ian. impr. in bull. nov. la 74.10.2. in illo hujus Pont. la 7. part. 2.

Inſtitutio XV. Congregationum S. R. E. Cardinalium.

SIXTUS PP. V. Ser. Ser. Dei. Ad per. rei mem.

IMMENSA ÆTERNI DEI &c.

CONGREGATIO IX.
Pro Gravaminibus ſublevandis.

Congregatio hæc modò unita eſt S. Congregationi de Bo. Regimine, ut conſtat ex pluribus Chirographis in hoc volumine inſertis.

Prohemium.

NE ô verò paternus noſter affectus, quem erga populos Nobis, & huic S. Sedi ſubjectos, tanquam erga peculiares filios, gerimus eo contentus eſt, quod Deo auctore, noſtraque ſollicitudine, publica pace, & tranquillitate perfruuntur, quodque de eorum utilitate, & quiete multis aliis modis præſtanda, & augenda aſſiduè cogitamus, ſed eos etiàm ab exactionum oneribus ob temporum interdùm difficultates, variaſque publici boni rationes à Præd. noſtris impoſitis, magnoperè (quantum fieri poterit) cupimus ſublevare.

Inſtituit Congreg. pro gravaminibus ſublevandis.

§. 1. Quòcircà Nonam inſtituimus Cardinalium Congregationem, ut quæcunque gravamina vectigalium, pedagiorum, & tributorum cujuſcunque generis illa ſint, eorumq; exigendi rationes, Quæſtorum injurias, ſi quas adeſſe compererint, Commiſſariorum extorſiones, judicii forma planè poſtpoſita, maturè audiat, & cognoſcat: atque ſi fieri poſſe videbitur, controverſias moderetur, & componat.

§. 2. Quòd ſi rationibus hinc inde allatis accuratè expenſis, res tranſigi nequiverit, eam totam ad Nos deferat, ut quod æquum, & pium erit, ejus Congregationis conſilio prudentèr definire valeamus.

§. 3. Cauſas verò in quibus judicialis ordo requiritur, propriis Judicibus de jure decidendas relinquat; Qui autem à Judicibus ſenſerint ſe gravatos, ad Tribunalia, quæ his ſunt ex antiqua inſtitutione præpoſita, ac ad alia (ut moris eſt) juris remedia confugiant.

Hujus Congreg. Cardinales hi ſunt.

Proſper Sanctacrucius tit. S. Clementis Presbyt. Card.
Io. Hieronymus Albanus tit. S. Joan: ante portam latinam Præsb. Card.
Vincentius Gonzaga tit. S. Alexii Præsb. Card.
Henricus Cajetanus tit. S. Pudentianæ Presbyt. Card. S.R.E. Camer.
Hieronymus Matthæjus S. Mariæ in Coſmedin Diac. Card.

Sequuntur Erectiones aliarum Congregationum.

Dat. Romæ apud S. Petr. An. Dom. 1587. XI. Kal. Febr. Pont. noſt. An. III.

Bulla de Bo: Regimine nuncupat.

LX. CONSTITUTIO

CLEMENTIS PP. VIII.

De bono regimine, rectaque adminiſtratione bonorum, & reddituum cujuſque Communitatis locorum Ditionis S. R. E.

Ed. an. Dom. 1592. in bull. nov. la 10. to. 3 fol. 8.

CLEM. Epiſ. Ser. Ser. Dei ad perp. rei mem.

Cauſa hujus Conſt.

PRO COMMISSA Nobis à Domino S.R.E., eique etiàm in temporalibus ſubjectorum Civitatum, & Populorum tutela, paternaque erga noſtros Subditos charitate, præcipuo ſtudio tenemur providere, ut ad eos pertinentia bona, ea, qua decet fide, & cura, utilitèr, & providè adminiſtrentur, præſertim verò tollantur pravi abuſus, qui in publicum, & commune damnum paulatim irrepunt: Ex quibus, & hactenùs gravi ære alieno communia illorum bona oppreſſa, vel ab ipſo noſtri Pontificatus initio comperimus, & malum hoc, niſi celeritèr opportuna remedia adhibeantur, quotidiè in deterius prolabi videmus; Dum enim panci ſua privata commoda, & lucra, quæ-

Bolla del Bon Governo.

BOLLA

DI CLEMENTE PP. VIII.

Sopra il buon governo, e retta amminiſtrazione dell' entrate, e beni delle Communità, & Univerſità dello Stato Eccleſiaſtico, tradotta in volgare a benefizio delle medeme Communità.

Si legge nella Raccolta del Coellio.

CLEMENTE PP. VIII. A perp. mem.

Narrativa, e cauſa di publicar queſta bolla.

PER *la cura commeſſaci dal Signore della S. Romana Chieſa, e delle Città, e Popoli a lei nel dominio temporale ſogetti, e per la paterna carità verſo i noſtri ſudditi, ſiamo obligati con diligenza particolare di provedere, che i loro beni ſiano con la dovuta fedeltà, cura, utilmente, e providamente amminiſtrati; & in particolare, che ſiano tolti via gli abuſi cattivi, quali a poco a poco con danno notabile del publico, e del Commune s' introducono, e dalli quali (ſiccome ſin dal principio del noſtro Pontificato ci ſiamo accorti) è nato il groſſo debito, che pur oggi tiene oppreſſi li beni delle Communità; E ſe con preſtezza non ſi porge rimedio, ad un tal male proporzionato, caderanno tuttavia di male in peggio; Imperciochè mentre*

mentre ſono pochi quelli, che ſi contentino delli guadagni, e delle commodità private, ciò chè malamente ambiſcano, ò deſiderano, cercano commodi illeciti di conſeguirte, cattivandoſi con varie adulazioni la grazia de' potenti, ò del volgo, s'induſtriano di ſatiare le voglie loro, ſenz' aver alcun riguardo alle coſe publiche, ſcemano l'entrate delle Città, e luoghi, e ſupponendoli al debito, con vaniſſime dimoſtrationi, e pompe cagionano l' eſterminio loro: E deſiderando Noi per quanto potrà la noſtra vigilanza, & autorità rimediare a queſti inconvenienti, & incommodi.

Ordine, che in ogni luogo dello Stato Eccleſiaſtico ſi faccia ogn'anno la Tabella.

§.1. *Con la preſente noſtra Coſtituzione da oſſervarſi in perpetuo, ſtatuimo, & ordiniamo, che in qualſivoglia Città, Terra, Caſtello, Villa, ò luogo di tutto il detto Stato Eccleſiaſtico temporale, compreſi ancora le noſtre Città di Bologna, e Benevento, ſi debba fare ogn'anno in principio una Tabella, ò libretto, nel quale ſiano deſcritte tutte le ſpeſe ordinarie, e ſtraordinarie publiche, utili, ovvero neceſſarie, e quelle, che per verità ſaranno ſpeſe certe, & ordinarie, ſi doveranno eſprimere con ſomma certa, e determinata; Quelle poi, che ſaranno incerte, e ſtraordinarie tutte indiſtintamente, ſi doveranno ridurre, e taſſare ad una quantità annua certa da tutto il Conſiglio, la quale per tutto quell'anno non ſi poſſa in alcun modo eccedere, ne ſuperare, mà di queſta pigliarne à poco à poco da tutta la ſomma così taſſata ſecondo il biſogno, che naſcerà con intervento, e ſaputa de' Preſidenti, Governatori, ò Podeſtà.*

La Tabella ſi rinuovi ogn' anno, e ſi mādi à Roma per la conferma.

§.2. *E queſta Tabella, ò Libretto ſi debba rinovare ogn'anno dagl'offiziali publici, e rivedere, & approvare dal Preſide della Provincia, ò dal Governadore di ciaſcuna Città, o dal Pretore, ò Poteſtà, Terra, Caſtello, e luogo, e mandarlo a Roma (atteſa l' Erezzione della S. Cong. de Bo: Reg.) per la confermazione da farſi dal Sig. Card. Prefetto della Congregaz. de Bono regimine, al quale abbiamo data un ampla facoltà di rivederla, corregerla, & approvarla, e di caſſare, e levar via tutte quelle ſpeſe, che ſono non ſecondo il tenore, ò contro la forma di queſta noſtra Coſtituzione, ancorchè foſſero ſtate introdotte dalli Statuti, ò antiche Conſuetudini.*

§.3. *E ritenendoſi la copia di eſſe Tabelle nella Computiſteria Generale delle Communità del medeſimo noſtro ſtato, ſubito frà il termine di dieci giorni, da computarſi dal giorno della loro ricevuta, ſenza ſpeſa alcuna immaginabile di eſſe Communità, ò Univerſità approvate, riviſte, e corrette che ſaranno, le ſiano rimandate, e riſpedite alle medeſime Communità, ò Univerſità.*

Per la ſpedizione di eſſa Tabella non pigli cos'alcuna.

§.4. *Eſpreſſamente poi vietamo ſotto pena della noſtra diſgrazia, e d'altre graviſſime pene da imporſi ad arbitrio noſtro, e de' noſtri Succeſſori, che neſſun' Offiziale per la ſpedizione di dette Tabelle, nè per ragion di ſigillo, ſcrittura, carta, inchioſtro, cera, caſſetta, ſpaghi, & altre coſe, che poſſa occorrere in eſſa ſpedizione, pigli cos'alcuna, ancorchè minima, anche à titolo di fatiga, ò regalie di qualſivoglia ſpecie, ancorche minima, e che non importaſſe, che un ſol bajocco, e per tal cauſa vogliamo, che i Notari, Attuarj, Segretarj, Famigliari, ò qualſivoglia altro Officiale, ò Miniſtro non poſſa ricever cos'alcuna, ancorche ſpontaneamente offertagli, anzi che vogliamo, che ſi ſpediſchino*

in

SS. CONGREG. PRO BO: REGIMINE ERECTÆ.

Bulla de Bo: Regimine nuncupat.

quærunt, atque illicitis modis, quod pravè ambiunt, aùt concupiſcunt, conſequi affectant, potentiorum, aùt vulgi gratiam vanis aſſentationibus aucupantur, ſuas denique cupiditates explere ſatagunt, nulla utilitatis publicæ ratione habita Ærarium publicum ipſarum Civitatum, & locorum, exhauriunt, gravi ære alieno implicant, inanibus pompis, & oſtentationibus dilapidant; quibus malis, atque incommodis (quantùm noſtra vigilantia, atque auctoritate eniti poſſumus) occurrere cupientes.

Tabella expenſarum cujuſque Communit. quolibet an. conficiatur.

§.1. Hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, ut in qualibet Civitate, Terra, Oppido, Caſtro, & loco dicti Status temporalis Eccleſiaſtici univerſi, itaùt etiam Bononien., ac Beneventana noſtræ Civitates ſub hac Conſtitutione ſint comprehenſæ, tabella, aùt libellus quotannis initio anni conficiatur, in quo ſumptus omnes ordinarii, & extraordinarii, publici, utiles, aùt neceſſarii ſint deſcripti: Et earum quidem, quæ certæ, & ordinariæ ſunt expenſarum certa etiam taxa, & ſumma exprimatur, quæ verò incertæ, & extraordinariæ videbuntur, earum universè ſumma aliqua annua taxetur, quàm toto anni curriculo excedere nequaquam liceat: ſingillatim verò pro rei indigentia, ex univerſa ſumma ſic taxata, à toto Conſilio, cum interventu Præſidis, Gubernatoris, aùt Poteſtatis, portiones neceſſariæ infrà annum detrahantur.

A Gubernatoribus locorum revideatur, & approbetur.

§.2. Eaque Tabella, aùt libellus per Gubernatorem, ſeù Præſidem Provinciæ, aùt Civitatis, & cujuſcunque Terræ, Oppidi, & Caſtri Prætorem, ſeù Poteſtatem ſingulis annis revideatur, & approbetur. Hac verò prima vice, non ſolùm ab ipſis, ſed etiàm poſt eos triginta dies tùnc proximè ſequentes, à dilectis filiis S. R. E. Camerario, & Theſaurario generali Cameræ Apoſtolicæ accuratè, & diligentèr inſpiciatur, corrigatur, & approbetur, expunctis indè iis omnibus impenſis, quæ præter, aùt contrà hanc noſtram Conſtitutionem, etiàm ex Statuto, vel conſuetudine antiqua fieri ſolebant.

Et hoc 1. ann. à Camerar. & Theſaurar.

Et ſtatim reviſa remittatur.

§.3. Ac retento ipſius Tabellæ, ſeù libelli exemplo, ſeù Regeſtro penes Cameram Apoſtolicam gratis, & abſque ullo earumdem Communitatum, ſeù Univerſitatum diſpendio, ſtatìm intra decem dies, ab ipſius receptionis die numerandos, ſic reviſa, approbata, & correcta, ad prædictas Communitates, ſeù Univerſitates remittatur.

Et gratis ab Officialibus hæc omnia fiant.

§.4. Diſtrictè autèm inhibemus ſub indignationis noſtræ, & aliis graviſſimis noſtro, & Succeſſorum noſtrorum arbitrio imponendis pœnis, nè pro ſigillo, vel pro ſcriptura, charta, atramento, cera, capſula, cordulis, aliiſve rebus ad hujuſmodi expeditionem pertinentibus, ſeù pro labore, aùt regalibus quidpiam, nè minimum quidem obolum, hac de cauſa prædicti Camerarius, aùt Theſaurarius, eorumvè Notarii, Tabelliones, Secretarii, Familiares, aùt quilibèt Officialis, vel Miniſter exigere, vel etiàm ſpontè oblatum recipere præſumant, quinimo volumus, ut ſinè ulla mora gratis, & proùt in Pœnitentiaria Apo-

ſtolica

SS. CONGREG. PRO BO: REGIMINE ERECTÆ.

Bulla de Bo: Regimine nuucupat.

ſtolica fieri ſolet ſinè aliqua ſolutione expediantur, & mittantur; Atque in hoc Camerarius, & Theſaurarius prædicti ſummo ſtudio invigilent, & ſi aliquem ex ſuis, vel aliis Notariis, Tabellionibus, Secretariis, Familiaribus, Officialibus, aùt Miniſtris vel minimum quicquam recepiſſe deprehenderint, aùt cognoverint, contrà eos, etiàm ad privationis Officiorum, & munerum, quæ obtinent, inhabilitatiſque ad illa, vel alia in poſterum obtinenda, exilii perpetui ab Urbe, & ejus diſtrictu, & aliis gravioribus pœnis procedant, ſcituri ſi connivendo, aùt tolerando, aùt aliàs quomodolibet receptionum, & exactionum hujuſmodi, per ſe, vel alium conſcii, aùt participes fuerint, ſe quoque noſtrum, & Succeſſorum noſtrorum judicium in hac re ſeverum, ut præfertur, ſubdituros.

Tabella ſic approbata publicè aſſervetur.

§.5. Verùm eadem Tabella, ſeù libellus, ejuſve exemplum ſic correctum, approbatum, & intra decem dies remiſſum, nedùm in ipſarum Communitatum, ſeù Univerſitatum Archivio aſſervetur, ſed in publico aliquo, omnibus patenti, ac conſpicuo loco, præ foribus Aulæ, ubi habetur publicum Conſilium, vel ubi jus dicitur, & frequens populi ſit concurſus, affigatur, & perpetuò retineatur.

Et nihil ultrà contenta in Tabella expendatur abſque licentia.

§.6. Nec liceat in futurum, niſi de expreſſa Cameræ Apoſtolicæ, aùt ſi urgens neceſſitas moram non patiatur Gubernatoris, aut Præſidis Civitatum, & locorum, qui ſtatim poſteà Camerarium, & Theſaurarium generalem prædictos certiores de eo reddere teneantur, licentia, cum interventu Procuratoris fiſcalis ejuſdem loci, cauſa cognita, etiàm ſimilitèr gratis concedenda, Tabellæ ipſius, ſeù libelli tenotem, etiàm ſequentibus annis, immutare, aùt alterare, neque abſque prædicta licentia etiàm in caſibus improviſis, inopinatis, aùt inſolitis, aliquid ultrà contenta in hujuſmodi tabella, aùt libello erogare; Quicquid verò ultrà præſcriptas ſummas erogatum fuerit, id volumus, ut ab eis, quibus exigendi, & ſolidandi computa, & rationes expenſi, ſive illa, ut dicitur, ſyndicandi cura incumbit, nequaquam ratum habeatur, neq; ipſis communibus Ærariis dictorum locorum, aùt maſſis, ſed perſonis ſingularibus, quæ ſumptus ipſos fecerint, expenſum feratur, quæ etiàm ad illius, tamquam ab eis indebitè ablati, reſtitutionem teneantur.

Officiales dimiſſis Officiis de adminiſtratis ſyndicentur.

§.7. Id autèm quò accuratiùs ſervetur, & earumdem Civitatum, Terrarum, ac Populorum utilitati ampliùs conſulatur, præcipimus, ut quilibet modernus, aùt pro tempore exiſtens Gubernator, Præſes, aùt Poteſtas, tàm ex nunc, ſeù in ipſo primo ingreſſu, quàm deindè ſtatim finito tempore Magiſtratus, per quoſcumque Priores, Maſſarios, Camerarios, aut Officiales geſti, intra decem dies ab ipſis Prioribus, Maſſariis, Camerariis, ſeù Officialibus, qui Magiſtratus funguntur, aùt fungi deſinunt reſpectivè, plenariam informationem rerum ad publicum regimen, & adminiſtrationem, communem bonorum pertinentium, præcipuè verò indicem, & nomina ſingulorum debitorum cujuſcunque Communitatis, ſeù Univerſitatis, tàm ex ſupradictis, quàm

in tutto, e per tutto gratis, e ſenza alcun ritardo, come ſi coſtuma, e ſuol pratticarſi nella Penitenziaria Apoſtolica, e così ſpedite ſi rimandino; Ed in ciò in oggi il Reverendiſſimo Signor Cardin. Prefetto (atteſa la detta erezzione della Sagra Congregazione, e ſue facoltà) dovrà con tutto lo ſtudio invigilare, e ſe alcuno de' Notari, Scrivani, Segretarj, Famigliari, Officiali, ò Miniſtri ritroverà, ch'abbia preſo una coſa ancorche minima, proceda contro di loro, anche alla privazione degl' Officj, e Cariche, che ritengono, e li dichiari inabili à ritenerle, & à conſeguirne dell' altre, con condannarli anche all'eſilio perpetuo, & ad altre pene anche più gravi, incaricandone in ciò la di lui coſcienza.

Le copie delle Tabelle ſi doveranno mettere nell' Archivio, & attaccare in luoghi publici.

§.5. *Come poi ſarà frà i detti dieci giorni rimandata queſta Tabella, ò Libretto, overo il di lei eſemplare così approvato, corretto, ſottoſcritto, e ſigillato dal Cardinal Prefetto, doveranno le Communità metterne una copia nell' Archivio, e l'altra attaccarla in luogo publico alla viſta d'ognuno nelle Sale, dove ſi fanno i conſigli publici, ò dove ſi rende ragione, e dove più concorre il popolo, e quì ſi laſci ſtar ſempre.*

Non ſi poſſa eccedere la ſpeſa contenuta in Tabella ſalvocchè nel modo quì aſſegnato:

§.6. *Nè ſi poſſa per l'avvenire ſenza eſpreſſa licenza, dà concederſi parimente gratis, dalla Sagra Congregazione de Bo: Regimine, e con l'intervento del Procurator Fiſcale del medeſimo luogo,* & Cauſa cognita, *ovvero quando foſſe biſogno tanto urgente, che non vi foſſe tempo di ricorrere à Roma, con licenza del Preſidente della Provincia, Governatore, ò Podeſtà delle Città, ò luoghi, li quali nè doveranno però ſubito render informata la medeſima Sagra Congregazione, mutare, ò alterare anche gl'anni ſeguenti la detta Tabella, nè tampoco, ſenza la detta licenza ſpendere, in qualſivoglia occaſione, ò caſo impenſato, improviſo, ò inſolito niente più di quello, che ſarà deſcritto, & aſſegnato in detta Tabella, ò libretto: e ſe ſarà mai ſpeſo più del deſcritto, & aſſegnato in Tabella, vogliamo, che quelli, li quali ſaranno deputati a rivedere, e ſaldare i conti, e ſindicare gl'Offiziali de' luoghi, non lo faccino buono in modo alcuno, nè vadino à conto degl' Erarj, ò Maſſe communi di detti luoghi, mà nè diano debito a quelli, che l'avevano ſpeſi, con obligarli alla reſtituzione come di coſa tolta alle Communità.*

Officiali, che coſa debbano fare nell' accettar l'Officio.

§.7. *E perche le coſe ſopradette più accuratamente ſi oſſervino, e maggiormente ſi proveda al biſogno delle Communità medeſime Città, Terre, e Popoli, comandiamo, che qualſivoglia Governatore, Preſidente, ò Podeſtà tanto da adeſſo, che nel primo ingreſſo, come in avvenire ſubito terminato il tempo de' magiſtrati, dentro il termine di dieci giorni, debbano da ciaſcun Maſſaro, Priori, Camerlenghi, ò altri Offiziali eletti alli negozj publici farſi dar nota piena, & eſatta informazione di quelle coſe, che riſguardano il publico governo, & amminiſtrazione delli beni, e negozj communi, e publici, & in particolare ſi faranno dar la nota ben diſtinta, & attentamente fatta, de nomi di ciaſcun debitore di ciaſcuna Communità, ò Univerſità, tanto per le ſopradette, quanto per qualſivoglia altra cauſa, che ſia contratto il debi-*

debito, acciocchè ſabito maturato il tempo del pagamento, ò ſe pure ſarà di già maturato, frà il termine di trè meſi, ò al più lungo, quattro, gl' Offiziali, e Magiſtrati delle medeſime Communità, ò Univerſità debbano riſcuoterlo, e riporlo, nell' erario publico delle medeſime Communità, e Univerſità.

Avanzo delle Tabelle come ſi deve impiegare.

§.8. *Se in fine dell' anno, dedotte le ſpeſe deſcritte in Tabella, avanzerà qualche coſa, ciò ſi potrà impiegare in eſtinzione de' debiti fatti per ſervizj publici, e ſe non vi ſarà debito alcuno, in ſervizio dell' Annona, ò pure nel Monte di Pietà, ovvero in ricomprare, e racquiſtare li beni, coſe, ò ragioni, che da eſſe Communità, ò Univerſità foſſero ſtate alienate, ò finalmente in comprare altri beni ſtabili, con intervento però de' Governatori, Podeſtà, e Procuratore Fiſcale de' medeſimi luoghi: e ſe verrà il caſo, che queſti avanzi di Tabella ſi depoſitino nel Monte di Pietà, queſto depoſito ſi doverà fare con queſto patto, e condizione, che ſi poſſa levare ad ogni beneplacito di eſſe Communità, & Univerſità per poterlo impiegare, ſe così ſi ſtimerà eſpediente, in uſi permeſſeli da queſta noſtra Bolla.*

Procurator Fiſcale di ciaſcun luogo ciò che deve fare.

§.9. *Il Procuratore Fiſcale di ciaſcun luogo doverà alla preſenza de' Sindici, Governatori, ò Podeſtà domandare frà dieci giorni, che quelli, che saranno uſciti di Magiſtrato, diano conto sì dell' amminiſtrazion loro, conforme alla taſſa, che d'ogn'altro della Tabella, & in particolare de' nomi de' debitori, che non anno pagato, e de' crediti, che reſtano a riſcuoterſi: E ſe averanno ſpeſo più di quel, che dovevano, ò che averanno traſcurate le eſigenze, ò portarle innanzi più del termine aſſegnatoli, in tal caſo debba agitarſi contro di loro, non ſolo alla reſtituzione di quello, che averanno ſpeſo di più, ma à pagare del proprio quel debito, che per negligenza non averanno riſcoſſo, e di più ſiino tenati alle pene contenute in queſta Bolla, delle quali pene s' intenda applicata la quarta parte ad eſſo Procuratore Fiſcale.*

Negligenza de' Governatori, e Podeſtà come debba eſſer punita.

§.2. „ Aliquæ verò litigantium querelæ ad aures Smi pervenerint adversùs ejuſdem Conſtit. in hac parte inobſervantiam; Idcircò de ejus mandato re maturè, ac pluries examinata, decretum, & declaratum fuit, præfatam Conſtit. prohibentem ſportulas Judicibus ordinariis, in omnibus Judicibus, qui non ſint verè Commiſſarii, obſervari debere juxtà univerſalitatem literæ, ac verborum, quacunquè limitatione, vel interpretatione, ſivè argumento, aùt contraria Conſuetudine ſublatis, ac rejectis: Judices verò ordinarios eſſe omnes illos, qui ſint deputati ad aliquam univerſitatem, vel aliquod genus cauſarum, adeò ut Commiſſarii ſint ſolùm illi, qui per Commiſſionem ſpecialem deputati ſunt ad certas, & particulares cauſas, iſtoſque teneri paritèr obſervare d. Conſtit., ut ſummas propinarum per eam taxatas nullatenùs excedere, atquè plus exigere valeant.

§.3. „ Ut autem omnis dubitandi, vel contraveniendi occaſio tollatur, cenſuit Congregatio exprimere, ac recenſere quinam ſint Judices ordinarii Urbis, & Romanæ Curiæ, iique ſunt infraſcripti, aliis non excluſis, quatenùs adſint: Eis tamen nullatenùs præjudicatum cenſeatur quoad illas ſportulas, vel propinas, quæ expreſsè, ac literalitèr, non autem per argumenta, vel illationes, & interpretationes, aùt per ſubauditos intellectus eis deferuntur, ac tribuuntur per eandem Conſtit. Pauli V., ſivè per privilegia, & conceſſioues Apoſt. particulares, non autèm per conſuetudinem, iique ſunt ſequentes cum declaratione, quod per deſcriptionem non cenſeatur ſtatutus ordo aliquis, nec alicui præjudicatum.

§.4. D. Card. Camerarius, ejuſq; Auditor, & Judices deputati etiàm in Criminalibus.

D. Card. Vicarius, ejuſque Viceſgerens, & Locumtenens, aliiquè Judices ab eo deputati.

DD. Card. Archipresbyteri trium Baſilicarum Patriarchalium, eorumque Vicarii, & Auditores, aliique deputati.

DD. Card. Titulares in eorum titulis Urbis, & in ſex Epiſcopatibus Cardinalitiis, eorumque Vicarii, Auditores, & alii Deputati.

DD. Card. Protectores Collegiorum, Monaſteriorum, Hoſpitalium, & Locorum Piorum, eorumque Auditores, & alii Judices, & deputati.

SS. Cong. pro Bono Regimine erectæ.

D. Gubernator Urbis, ejuſque Locumtenentes, ac Judices civiles, unus, vel plures &c.

Cong. Reformationis.

D. Auditor Cameræ, ejuſque Locumtenentes, & Judices Deputati.

D. Senator Urbis, ejuſque Collaterales, & Capitaneus appellationum, & alii deputati.

D. Theſaurarius Generalis, ejuſque Auditor, aliique Judices ab eo deputati, etiam in Criminalibus.

DD. Præſides, & Præfecti reſpectivè Viarum, Graſciæ, Zecchæ, Riparum, Annonæ, Archivii, & Carcerum, eorumque Auditores, aliiſque deputati.

D. Præfectus S. Palatii Apoſtolici, ejuſque Auditor, & Locumtenentes, ac alii Deputati, tàm quoad Palatinos, quàm quoad Tuſculum, & Arcem Gandulphi, & Villas:

D. Comiſſarius Armorum, ejuſque Auditor, vel alii Deputati.

D. Judex, vel Auditor Confidentiarum.

Judex Fabricæ Sancti Petri.

Judex Militum.

Judex Caſtri Sancti Angeli.

Judex Triremium, ſeù claſſis Maritimæ.

§.5. „ Aſſeſſores Ædilium, ſeù Magiſtrorum Viarum, Conſulum Agriculturæ, Camerarii Riparum, Protomedici, & Conſulum Artium, vel Mercatorum, & Dohanarum.

§.6. „ Ea declaratione adjecta, quod hujuſmodi diſpoſitio locum habeat, etiamſi dicti Judices, ſeù Deputati procedant in gradu recurſus, ſeù in ſecundis, vel aliis inſtautiis, quæ præfatis Tribunalibus competerent.

§.7. „ Omneſque præfatos, & alios Judices Ordinarios ad normam ejuſdem Conſt. adhùc eſſe tales, atque in præfata prohibitione comprehenſos eſſe, quamvis eis Commiſſio ſuperveniat, vel quod eis injungatur, ut procedant de, vel cum voto Rotæ, ſivè alteriùs Tribunalis, vel perſonæ, aùt quod procedere profiteantur pro exequutione literarum Apoſtolicarum, ſivè in vim cujuſcunque deputationis generalis, & quotiès non ſit expreſſa, & ſpecialis deputatio, ad certas, & particulares cauſas, undè dici valeant veri Commiſſarii, ut ſuprà, ſalva tamèn quoàd A. C., diſpoſitione dictæ Conſtitut. Pauli V. in titulo de A. C. §. Permittimus tamèn.

§.8. „ Atquè aliàs, quidquid etiàm ſpontè ſolutum eſſet, illicitum cenſeri debeat; Ideòque tàm Judices, quàm Notarii recipientes incurrere cenſeantur in pœnas inflictas per Conſtit. Apoſt. neque ità ſolutum veniat ſub condemnatione, & taxa expenſarum, quinimmò, ut eiſdem, qui ſolverunt, competat repetitio tàm à Judice, quàm à Notario ad eorum electionem, abſque eo, quod aliqua Conſuetudo in contrarium ullo unquam tempore induci valeat, & quam

„ irritam,

SS. Cong. pro Bono Regimine enegte.

Cong. Reformationis.

„ irritam, caſſam, ac reprobatam eſſe decretum, & declaratum fuit.

§.9. „ Quodquè illi Judices tàm Ordinarii, quàm Commiſſarii, quibus per eandem Conſtit. Pauli V. vel per ſpeciale indultum conceditur, poſſe exigere ſportulas, ut ſuprà, non poſſint in tota cauſa exigere, niſi unicam propinam juxtà taxam, ut ſupra, quamvis plures eſſent perſonæ in cauſa, adeòut ſi victoria ambas, vel plures partes tangat, omnes proportionabilitèr, & pro rata concurrant ad dictam unicam propinam ſolvendam, neque diviſio Sententiarum, vel punctorum, eorumque reſervatio in hoc quicquam ſuffragari valeat, adeòut idem Judex in eadem cauſa unicam tantùm propinam percipiat.

De Advocatis, & Procuratoribus, aliiſque Cauſidicis, & Negotiorum geſtoribus.

§.1. „ AD ſublevandum litigantes ab excesſivitate expenſarũ, quas patiuntur in Curia, pro nunc decretum fuit, quod originalia informationum tàm Juris, quàm Facti, & tàm Advocatorum, quàm Procuratorum, aliorumq; Curialium, & Defenſorum, non debeant excedere ſcutum unum monetæ, etiàmſi fuerint plurium foliorum, pro brevioribus verò fiat ſolutio pro quanti importabunt juxta ſtylum.

§.2. „ Advocati, Procuratores, & Sollicitatores, & quicunque alii Cauſidici, & Defenſores, atque Judicialium, vel Aulicorum negotiorum geſtores pro eorum honorariis, ſeù ſalariis etiàm conventis non habeant actionem in poſterum, niſi pro ſalario, vèl mercede ultimi biennii, tàm citrà, quàm ultrà montes, quibus elapſis, remaneat præſcripta, & perempta omnis actio ad agendum quocunque ordinario, & extraordinario remedio denegato.

§.3. „ Si contigerit per dictos Advocatos, Procuratores, Sollicitatores, & alios, de quibus ſuprà, fieri expenſas in cauſis ab eiſdem patrocinatis, vel negotiis, ut ſuprà ab eis geſtis, non poſſint ab eorum Principalibus illas prætendere, ultrà ſummam ſcutorum quinquaginta, niſi legitimè, & ſincerè, citrà omnem ſuſpicionem fraudis, & concuſſionis, conſtet de recognitione veritatis, & debiti in majori ſumma facta de ordine ſui Principalis.

De Notariis.

§.1. „ AD tollendas controverſias, quæ ſolent occurrere inter Partes, & Notarios ſuper mercede Inſtrumentorum Tutelæ, vel Curę cum inventario tutelari, & fidejuſſionis præſtatione, ac Inſtrumentorum aditionis hæreditatis, etiàm cum inventario ſolemni, & pro rogitu ſuſceptionis Tutelæ, & Curæ, & obligatione fidejuſſoris, aut fidejuſſorum, necnon aditionis hæreditatis, & confectionis Inventarii, decretum, & declaratum fuit, quod Notarii quorumvis Tribunalium non poſſint exigere aliam mercedem, niſi ad formam Statuti Urbis lib. 3. cap. 93.

§.2. „ Pro mercede Inſtrumenti ſententiæ Notarii A.C. non poſſint exigere à Partibus, niſi ſummam juliorum quindecim, juxtà taxam præſcriptam eiſdem Notariis in reformatione fel. mem. Pauli Quinti, etiàmſi in ipſa ſententia fuerit conceſſum mandatum executivum, vel de aſſociando, manutenendo, & immittendo; poſſint tamen Notarii apponere in Inſtrumento, ſi volunt, quod ſententia deſerviat ad probationem, ſed non ad exequutionem, quæ fieri non poſſit, niſi vigore mandati ad Partes expediendi, aliàs exequutio ſit nulla.

§.3. „ In examine Teſtium cum interrogatoriis, tàm in Criminalibus, quàm in Civilibus in quocunque Tribunali, & Curia, quælibet ſeſſio durare debeat ſpatio duarum horarum verè, & effectivè continuando exercitium, nec aliquid ampliùs ultrà julios quinque pro qualibet Seſſione accipiatur ab Interprete ſub prætextu, quod examen fiat extrà Officium Notarii.

§.4. „ Item pariter Mandatum, & Decretum eſt, quod ſi contigerit expediri mandata executiva contra Notarios, illa exequi non poſſint ſuper Protocollis, & aliis Scripturis ſub pœnis partibus nullitatis executionis, & executoribus privationis Officii, & aliis arbitrio Judicis.

§.5. „ Et quoniam magna eſt Fides, quæ Notariis præſtatur, ideòque omnis ratio poſtulat, ut illi ſint Viri ſufficienti peritia, morum probitate, ac honeſtis natalibus præditi: Hinc proviſum, ac Decretum eſt (ſi Sño placuerit) ut omnes habentes privilegia, & facultates creandi Notarios, cujuſcunque ſint ſtatus, conditionis, & dignitatis, quamvis expreſſa, & ſpeciali nota digni, & ſivè ſint perſonæ ſingulares, ſivè Collegia, & Univerſitates, firmis remanentibus eorum privilegiis, & facultatibus, eo modo, quo competunt, atque hactenùs competere conſueverunt, non poſſint in Urbe, & diſtrictu dicta privilegia, & facultates exercere, atque Notarios creare, niſi priùs modo, quo infrà legitimè eis conſtiterit, quod illi, qui creandi ſunt Notarii, legitimis, honeſtiſque natalibus, boniſquè moribus præditi ſint, adeòut non ſint inquiſiti, neque contumaces, ac etiàm in ætate ſaltèm annorum 25. conſtituti: Necnon, quod ſaltèm per ſex menſes continuos, & non, interruptos, in Urbe apud aliquem ex Notariis publicis Auditoris Cameræ, vel Rotæ, vel Cam. Apoſt., ſeù Vicarii, aut Capitolii, vel fuerint verſati pro addiſcenda praxi, & peritia conficiendi Inſtrumenta, dictoque termino ſex menſium completo, cum vero, & effectivo, ac rigoroſo examine tenendo coram Decano, vel alio Deputato illius Collegii, qui Notarium creare debet, aut coram Auditore Cam. ſeù Camerario cum interventu duorum Procura-

„ torum

„ torum de Collegio, ac duorum publicorum
„ Notariorum Urbis habentium Officium,
„ proprium, dummodò non ſint illi Notarii,
„ apud quos ipſi examinandi verſati ſint, ap-
„ probati fuerint tanquàm idonei, dictaque
„ approbatio debeat ſubſcribi ab iis, qui, ut ſu-
„ prà, intervenerunt in examine, atque aliàs
„ actus habeatur pro invalido, perindè ac ſi
„ geſtus non eſſet, illeque aliàs creatus, nulla-
„ tenùs pro Notario habeatur, atque tàm illi,
„ qui Notarios citrà iſtam formam creave-
„ rint, quàm ipſi creati, pœnas incurrant ar-
„ bitrio Smi, etiàm amiſſionis privilegii.

De Curſoribus, & Mandatariis, aliiſque Executoribus, & de Citationibus, Executionibus, & Subhaſtationibus.

§.1. „ EXorta differentia inter Curſo-
„ res SS.ex una, & Mandatarios
„ D.Card. Vicarii, omniumq; aliorum Tribu-
„ nalium, & Curiarum Urbis ex altera partibus
„ ſuper Citationibus, & Intimationibus præſer-
„ tim extrajudicialibus, quæ ſolent fieri pro
„ propoſitionibus Cauſarum, aliiſq; actibus in
„ Tribunalibus Rotæ, Cam. Apoſt., & utriuſ-
„ que Signaturæ, & in Congregation. Emin.
„ Card. coram D. Præfecto S. Palatii, Audi-
„ tore Smi, aliiſque Judicibus extrà propria
„ Tribunalia, & Curias eorumdem Manda-
„ tariorum prætendentium ſe illas, tanquam
„ actus extrajudiciales, facere, & exequi poſ-
„ ſe, Congregatio ſupradicta, utràque parte
„ pluriès audita, declaravit, hoc ipſis non li-
„ cere, ſed etiàm quoad iſtas ſervandas eſſe
„ Conſtitut. Apoſt., ſub pœnis in eiſdem Con-
„ ſtitut. contentis, aliiſque arbitrio ejuſdem
„ Congregationis infligendis.

§.2. „ Ad tollendas controverſias, quo-
„ modò procedendum ſit tempore Sedis Vac.
„ in proceſſibus contumacialibus conficiendis
„ in Curia, Congregatio declaravit, proce-
„ dendum eſſe per Edicta publica, non autem
„ per contradictas.

§.3. „ Quoniam verò fertur, quod Mini-
„ ſtri, & Officiales Civitatum, Oppidorum, &
„ locorum, in quibus DD. Clerici, & Commiſ-
„ ſarius Cam., ac etiàm DD. Card., aliique
„ Prælati ratione Epiſcopatuum, vel Abba-
„ tiarum, & Commendarum, & Præfectus
„ S. Palatii Apoſt. exercent juriſdictionem
„ temporalem, ac etiàm Miniſtri, Officiales
„ Baronum, & Domicellorum, & aliorum
„ quorumcunque de facto, quamvis indebitè
„ quandòq; præſtare audent impedimentum,
„ nè in dictis locis, eorumque Territoriis
„ exequantur per Curſores, & Mandatarios,
„ aliosque Miniſtros, & Executores Tribu-
„ nalium Urbis, & alios, quibus demanda-
„ tum fuerit, Citationes, & mandata, aliæ-
„ que proviſiones Judicum, & Tribunalium
„ Romanæ Curiæ, & præſertim Auditoris
„ Cam. abſque eorum licentia, & beneplacito
„ in ſcriptis, ut vulgò dicitur, Exequatur; Id-
„ circò declaratum, & Decretum fuit, quod
„ tàm Citationes Verbales, & Perſonales,
„ vel Domi, ſivè in manibus domeſticorum,
„ aut per Edicta, quàm etiàm mandata quæ-
„ cunque paritèr, tàm in perſonis, quàm in
„ bonis in quibuſcunque Cauſis Civilibus, &
„ Criminalibus, liberè poſſint fieri, & exequi
„ abſque alia licentia, beneplacito, vel Exe-
„ quatur, aut requiſitione Officialium, & Mi-
„ niſtrorum Loci, neque dictos Officiales, &
„ Miniſtros, etiàm ipſoſmet Card., & Præla-
„ tos, & Clericos, & Commiſſarium Came-
„ ræ, ac Barones, & Domicellos, & alios
„ quoſcunque poſſe in hoc aliquod directum,
„ vel indirectum impedimentum præſtare
„ ſub pœnis contentis in Conſtit. Apoſt. con-
„ trà uſurpantes juriſdictionem Sedis Apoſt.,
„ vel illam, ejuſque liberum exercitium im-
„ pedientes, aut Curiæ reſiſtentiam facientes,
„ & inadvertentèr, ac indebitè requiſiti de
„ aliqua licentia, vel beneplacito nullatenùs
„ poſſint, nec debeant ſub eiſdem pœnis ap-
„ ponere Exequatur, vel aliàs in ſcriptis ap-
„ ponere manus in ipſis expeditionibus Tri-
„ bunalium Romanæ Curiæ.

SS. Cong. pro Bono Regimine erecta.

Cong. Reformationis.

§.4. „ In ipſa verò Urbe, quandò Mandata
„ ſervatis ſervandis relaxata fuerunt contra
„ perſonas privilegiatas, quæ neglexerint al-
„ legare declinatoriam, & petere opportuno
„ tempore remiſſionem Cauſæ ad proprium,
„ & particularem Judicem, paritèr illa exequi
„ poſſint, nullumque Exequatur peti, vel re-
„ ſpectivè concedi debeat, ut ita occuratur
„ fraudibus, & inconvenientibus, quæ expe-
„ rientia docuit exindè ſequi, ſibi namque
„ imputent, cur ab initio, & re integra fo-
„ rum declinare neglexerint.

§.5. „ In ſubhaſtationibus faciendis de bo-
„ nis ſtabilibus, vel locis Montium, aut Cenſi-
„ bus in Urbe, affigantur Edicta ad Valuas
„ Domus Judicis, & in Platea Bancorum,
„ & in Banco Curſorum, & in Depoſitaria
„ Pignorum, & extrà Urbem in locis ſolitis
„ per dies quindecim anteà, in quibus expri-
„ matur diſtinctè ſituatio, & qualitas bono-
„ rum, & quoad loca Montium exprimatur
„ eorum ſpecies, ac etiàm an ſint libera, vel
„ vinculata, & quatenus ſint vinculata, ex-
„ plicetur qualitas vinculorum contentorum
„ in literis Patentibus, atque in Cenſibus ex-
„ plicetur qualitas debitoris, & fundi Cenſiti,
„ & ità oblatores meliùs informentur, atque
„ ad offerendum alliciantur.

§.6. „ In diſtractionibus judicialibus loco-
„ rum Montium Vacabilium, & non Vacabi-
„ lium, ac Officiorum Vacabilium Rom. Curiæ
„ non procedatur, niſi prævia intimatione, vel
„ interpellatione facienda Procuratori, ſeù
„ Exactori fructuum dictorum locorum Mon-
„ tium, ſeù Officiorum.

De Variis Proviſionibus.

§.1. „ AD evitandas controverſias,
„ quæ quotidiè oriri ſolèt inter
„ Tribunal. Rom. Cur. in Cauſis Crim. propter
„ ſpontaneas conſtitutiones, & Monitoria,
„ quæ ejus vigore expediuntur in vim L. dif-
„ famari

SS. Cong. pro bono Regimine erectæ.

Cong. Reformationis.

„ famari C.de ingen. & manum. Congregatio
„ mandavit, & decrevit, quod in poſterùm
„ Actor, ſeù querelans non poſſit trahi coram
„ Judice, coram quo fuit facta ſpontanea con-
„ ſtitutio, & à quo Monitorium obtinuit,
„ quando præcedenter fuit porrecta querela
„ coram alio Judice, & ab eo fuit formatus
„ proceſſus ſufficiens ad citandum, vel præ-
„ ceſſerit citatio ad informandam Curiam.

§.2. „ Ad expellendos ab Urbe delinquen-
„ tes, Decretum, & Mandatum fuit, non licere
„ in poſterùm Judicibus, & Superioribus quo-
„ rumcunque Tribunalium eiſdem Condem-
„ natis, & Bannitis concedere ſalvos Condu-
„ ctus, vulgò non Gravetur nuncupatos,
„ ſublata eiſdem Judicibus, & Superioribus
„ Tribunalium facultate concedendi eoſdem
„ ſalvos Conductus, ſeù non Gravetur Exi-
„ liatis, quandò Exilium fuerit per ſenten-
„ tiam eiſdem injunctum in pœnam patrati
„ Criminis, niſi ad formam Juris ad recolli-
„ gendum Sarcinulas.

§.3. „ Ad tollenda Subterfugia, quibus non-
„ nulli ad procraſtinandas Cauſas Civiles,
„ allegant Judices Romanæ Curiæ pro ſuſ-
„ pectis, Congregatio decrevit, quod in po-
„ ſterùm non admittatur allegatio ſuſpicio-
„ nis in Cauſis, in quibus ab Allegante fuit
„ informatum inſcriptis ſuper meritis, etiamſi
„ nullus adſit actus judicialis inducens con-
„ ſenſum; Et quod non admittantur, niſi duæ
„ recuſationes ex cauſa ſuſpicionis, nec liceat
„ tertio, & reſpectivè poſt triduum à die pe-
„ titionis, ſeù productionis Jurium recuſare,
„ niſi ex juſta Cauſa, prout de Jure.

§.4. „ Quoad non gravetur ob præſtationē
„ alimentorum per Debitores obtentum, &
„ in poſterùm forſan obtinendum à quibuſvis
„ Judicibus, non afficiat, niſi legitimè citatos,
„ non autem alios.

§.5. „ Et quoad alimenta præſtanda Paupe-
„ ribus Carceratis, ſublata Taxa uniformi
„ unius Julii uſque adhuc ſervata, ſolvatur
„ arbitrio S. Viſitæ, & Judicum etiàm infrà,
„ & ſuprà dictam ſummam unius Julii, ad
„ meram neceſſitatem naturæ tantùm; Et
„ quoad probationem Paupertatis, ubi etiàm
„ agitur de minori ſumma ſcutorum quin-
„ quaginta, nihilominus probatio fieri debeat
„ eodem modo, qui præſcribitur in reforma-
„ tione ultrà ſummam ſcutorum quinqua-
„ ginta, ità tamen, ut nihil pro tali proba-
„ tione ſolvatur, quodque ad præſcriptum
„ Conſtit. Pii V. non ſolvantur per Credi-
„ tores Pauperes, minuſque præſtentur dolo-
„ ſis, vel calumnioſis Debitoribus, qui contrà
„ bonam fidem Creditores diù defatigarunt
„ cum injuſtis impedimentis, vel ſubterfugiis.

§.6. „ Quoad congruam reſervandam Cle-
„ ricis Debitoribus recurrentibus ad benefi-
„ cium Cap. Odoardus, Decretum eſt, ut
„ excedere non debeat ſummam, quæ pro
„ qualitate, & uſu loci reputatur ſufficiens in
„ Beneficio, vel Patrimonio, ad cujus titu-
„ lum fit promotio ad Sacros Ordines; Ubi
„ verò agitur de Beneficio reſidentiali, & ſer-
„ vitorio, adeò ut pro decore, & ſervitio Ec-
„ cleſiæ potiùs, quàm perſonæ aliqua major
„ impenſa pro Eccleſiaſticis, & Sacris Veſti-
„ bus requiratur, eadem congrua augeri va-
„ leat in eo, quod ad dictum effectum neceſ-
„ ſarium reputabitur.

§.7. „ Quamvis in Societatibus Officiorum
„ promittantur cautiones, non tamèn illa-
„ rum promiſſio, vel non implementum ſuf-
„ fragentur ad impediendum lucrum, quod
„ aliàs ſequi deberet, perindè ac ſi cautiones
„ non fuiſſent promiſſæ.

§.8. „ In Cenſibus perpetuis quocunque
„ tempore impoſitis, & imponendis ad evi-
„ tandas fraudes, & nè reddantur redimibi-
„ les pro libito Creditorum, non præſtatio
„ fidejuſſionis promiſſæ, neque directè, neque
„ indirectè cauſare poſſit reſtitutionem ſortis
„ etiàm ad effectum deponendi, niſi agatur
„ de cautione promiſſa in caſu mortis, vèl
„ mutationis ſtatus.

§.9. „ Fructus Dotales per anteà taxati per
„ Statutum Urbis ad rationem ſeptem cum
„ dimidio pro centenario à die 3. Junii 1679.
„ ſint, & intelligantur reducti in Urbe ad ra-
„ tionem quatuor, extrà verò Urbem in Di-
„ ſtrictu ad rationem quinque, non obſtante
„ Statuto Urbis, vel alio Statuto, ſeù con-
„ ſuetudine Loci; Idque procedat in Dotibus
„ quocunque tempore conſtitutis, ſeù debi-
„ tis, & in futurum reſpectivè conſtituendis,
„ ſeù debendis, ità tamen, ut Creditoribus,
„ quibus ex quacunque conventione, etiàm
„ jurata, prohibita erat ſortis exactio, adhuc
„ liceat eandem ſortem quoad Dotes antè
„ diem 3. Julii 1679. conſtitutas, ſeù debitas
„ exigere, niſi debitores velint in majori Ta-
„ xa conventionali, etiàm jurata, continuare.

§.10. „ Fructus Societatū Officiorum quo-
„ cunque tempore contractarum, & in futu-
„ rum contrahendarum non poſſint à die 3.
„ Julii 1679., & in poſterum excedere octo
„ pro centenario.

§.11. „ Facultates Card. Camerario, & Præ-
„ fecto Archiviorum competentes ſuper ſa-
„ natione defectus archiviationis, etiàm poſt
„ acceptatam nullitatem, uſque ad ſummam
„ ſcutor. 25. (ſi Sm̃o placuerit) ad occurren-
„ dum calumniis, & ſubterfugiis, quæ ob
„ iſtam cauſam practicari ſolent, extendun-
„ tur uſque ad ſummam ſcutorum mille, cum
„ clauſulis apponi ſolitis in ſanationum Com-
„ miſſionibus Signaturæ Gratiæ.

§.12. „ Non poſſint autem à Judicibus, co-
„ ram quibus cauſę introductę ſunt, atque pro-
„ ductæ, vel repetitæ Scripturæ, quas præ-
„ tenditur hoc defectu laborare, avocari, vel
„ inhiberi, nè in eis procedatur, ſed talis de-
„ fectus opponatur coram Judice Cauſæ, tan-
„ quam nullitas, vel exceptio ad tollendam
„ fidem.

§.13. „ Et quoniam ad occurendum calum-
„ niis, & ſubterfugiis debitorum, & reorum
„ ſuper inhibitionibus, & non gravetur, aliiſ-
„ que cautelis ſan: me: Urbanus VIII. depu-
„ tavit particularem Congregationem, à qua
„ plura prodierunt decreta, & proviſiones
„ inferiùs regiſtranda, decretum, & provi-
„ ſum fuit, quod eadem decreta, & proviſio-
„ nes in aliquibus modificata eo modo, quo
pro-

„ proximè infrà regiſtrata ſunt, ſervari debeant.

Decreta S. Congregr. ſuper Inhibitionibus, & Non gravetur per Debitores extortis à San: Me: Urbano VIII. deputatæ, ab omnibus, & quibuſcunque Tribunalibus, & Judicicibus Urbis obſervanda.

§.1. „ INHIBITIONES Agriculturæ ſerentibus hordea, & alia blada, vel legumina non concedantur, ſed ſolummodò unicuique ſerenti, ſaltem rubra octo tritici, quolibet anno.

§.2. „ Et quoad tempora ſerventur reſpectu ſeminum à die 1. Octobris uſque, & per totum Menſem Novembris; Reſpectu verò meſſium, à die 1. Junii uſque ad diem 15. Auguſti tantùm, juxtà decretum aliàs emanatum tempore fel. rec. Pauli PP. V.

§.3. „ Quo verò ad perſonas debitorum, etiàmſi aliundè habeant, unde ſolvant, ſuffragentur utroque tempore, videlicèt meſſium, & ſeminum.

§.4. „ Super bonis autem quibuſcunq; ex Agricultura non provenientibus, vel non inſervientibus pro Agricultura, executiones fieri poſſint quocunque tempore, etiàm meſſium, & ſeminum, non obſtantibus inhibitionibus.

§.5. „ Notarii, per acta quorum conceduntur dd. inhibitiones, teneantur retinere librum examinum Teſtium pro obtinendis inhibitionibus examinandorum, qui Teſtes debeant eſſe cogniti Notario, vel ſaltem duobus Teſtibus Notario notis; Sin minùs præſtetur juramentum petenti inhibitionem, ac inducenti Teſtes, quatenus ſit præſens: Et rursùs teneatur Notarius habere, ac retinere matriculam, in qua deſcribat omnes inhibitiones cum nominibus illorum, quibus conceduntur.

§.6. „ Judices, ſeù Aſſeſſores dum inhibitiones prædictas concedunt, teneantur diſcutere relevantiam probationũ, & non admittant probationes irrelevantes, neque quicquam recipiant pro viſione, & ſubſcriptione inhibitionum.

§.7. „ Nec admittant fides Communitatum, niſi prævio examine Teſtium coram Superiore Loci, ſervata forma ſupraſcripta, facto, & de verbo ad verbum inſerto.

§.8. „ Societates quoq;, venditiones, communiones, admiſſiones ad participandum, ceſſiones, declarationes, & recognitiones ſimiliter non admittant, niſi cauſa cognita.

§.9. „ Inhibitiones, ſupradict. omnibus non ſervatis, partibus obtinentibus nullatenus ſuffragentur, & Notarii, qui illas in poſterùm concedent, ultra damna, & intereſſe Partium, proùt de jure, ſubjaceant pœnis etiàm corporalibus arbitrio Congr.

SS. Cong. pro bono Regimine erectæ.

Cong. Reformationis.

§.10. „ Quoad fidas quibuſcunq; ſolventibus fidam groſſam (habentibus tamen requiſita neceſſaria) ſerventur ſolitæ inhibitiones, omnibus verò aliis fidæ, & inhibitiones non ſuffragentur, niſi reſpectu rerum fidam concernentium.

§.11. „ Non gravetur, & inhibitiones Em. Camerarii, & Præſidis Graſciæ non ſuffragentur, niſi quoad perſonas lanionum in matricula deſcriptorum, & res illorum ad Graſciam pertinentes.

§.12. „ Reſervata tamen facultate Emin. Domino dictas inhibitiones quandocunque revocandi, & moderandi.

§.13. „ Salſamentariis autem, & fructuum, piſcium, candelarum, & olei venditoribus, vaccinariis, omnibuſque aliis ſimilibus non concedantur, & conceſſæ non ſuffragentur.

§.14. „ Poſſit etiàm Graſciæ Præſes mandare exequi mandata aliorum Judicum contra perſonas lanionum, & res Graſciam concernentes etiàm abſque citatione.

§.15. „ Sed abſtineat à cognitione meritorum cauſæ principalis.

§.16. „ Inhibitiones per Em. Camerarium, & Præſidem Annonæ non concedantur, niſi piſtoribus, ſeù furnariis, molitoribus, vel molendinariis, quoad eorum perſonas, res, & bona ad artem pertinen.

§.17. „ Inhibitiones à Præſide Riparum non concedantur, & conceſſæ non ſuffragentur, niſi occaſione rerum ripalium, & contractuum ſuper rebus ripalibus.

§.18. „ Ac pro perſonis, belluis, barchis, curribus, & aliis Inſtrumentis actu inſervientibus carrigio, & conductioni ad Urbem, tàm per flumen, quàm per terram.

§.19. „ Ac in illorum conceſſione ſerventur ſuperiùs diſpoſita circà inhibitiones Agriculturæ.

§.20. „ Præſes Carcerum non concedat inhibitiones, & non gravetur excarceratis ob non præſtationem alimentorum, niſi contra Creditores, qui alimenta carceratis ad eorum inſtantiam præſtare noluerunt.

§.21. „ Similitèr non concedat inhibitiones, & non gravetur debitoribus, nondùm carceratis vigore memoralium, niſi in illis adſit ſpecialis ordo Sm̃i.

§.22. „ Non decernantur, neq; fiant ab aliquo Judice exequutiones ſuper belluis inſervientibus pro confectione pulveris, & ſalnitri, vel caldariis, aùt aliis inſtrumentis, niſi pro debitis particularibus Appaltus, vel Miniſtrorum juxtà formam Bannimentorum.

§.23. „ Inhibitiones ad favorem Textorum Artis lanæ in poſterùm non concedantur, niſi de ordine Eminentiſſimi.

§.24. „ Inhibitiones Ven. Fabricæ Principis Apoſtolorum Procuratoribus, Notario, Miniſtris, Operariis, & quibuſcunque aliis in poſterùm non concedantur, & hucuſquè conceſſæ nullo modo ſuffragentur, niſi pro rebus eandem Fabricam concernentibus.

§.25. „ Em̃i Cardin. Archipresbyteri San-

„ cti

SS. Cong. pro bono Regiminis erectæ.

Cong. Reiormatio-nis.

ctì Joannis Lateranenſis, S. Petri, & Sanctæ Mariæ Majoris non concedant inhibitiones generales, ſed particulares tantummodò citata Parte, & juxtà terminos privilegiorum Apoſt. dumtaxàt, & aliàs conceſſæ non ſerventur, & liberè eis non obſtantibus fiat executio.

§.26. „ Emphyteutæ, Inquilini, Coloni, Affictuarii, & Conductores non gaudeant privilegiis ſupradictis, niſi quandò agitur de intereſſe Eccleſiæ, & Eccleſia eſt in Cauſa.

§.27. „ Inhibitiones Hoſpitalis S. Sixti, Neophytorum, & Catechumenorum, Annunciatæ, S. Marcelli, Orphanorum, Sanctiſs. Trinitatis, S. Hieronymi Charitatis, & quorumcunque Locorum Piorum, etiàm ſub protectione Eñrum Cardinalium, non dentur, niſi parte citata, & quando agitur de rebus, vel intereſſe dictorum Locorum Piorum, & ad favorem Miniſtrorum actu, & mercede illis inſervientium.

§.28. „ Ad inſtantiam locatorum ædium, nè fiat aliqua exequutio ſuper bonis à Conductore invectis.

§.29. „ Ad inſtantiam Patris, nec fiat exequutio pro debitis filii, ſuper bouis in domo communi habitata exiſtentibus; Itèm ne fiat ſuper pallio, quod filius geſtat.

§.30. „ Ad inſtantiam Domini Domus, vel Conductoris, ne fiat exequutio in Domo ſua, vel ab eo conducta pro debito cujuſvis perſonæ etiàm cohabitantis.

§.31. „ Vigore Teſtium examinatorum, quibus in actis quis probaverit, talia bona eſſe inſtantis ad impediendas executiones cujuſvis alteriiis.

§.32. „ Ad inſtantiam filii familias ad impediendas exequutiones contrà eum relaxatas, vel relaxandas ſub prætextu Statuti annullantis contractus filiorum familias.

§.33. „ Ad inſtantiam Viri, ne fiat exequutio ſuper bonis in Domo per eum conjunctim cum Uxore habitata exiſten. vigore mandatorum contrà Uxorem relaxatorum.

§.34. „ Vigore Statuti pro Mulieribus obligatis abſque Decreto, & ſolemnitatibus.

§.35. „ Inhibitio Dotalis propter hypothecam Uxoris in bouis Viri, niſi expreſſo Notario, die, & anno, quo Inſtrumentum Dotis fuit rogatum.

§.36. „ Ad inſtantiam venditoris vigore reſervationis dominii ſuper re vendita, ne iu ea fiat exequtio pro debito emptoris, aùt alio quopiam.

§.37. „ Ad inſtantiam Commodantis, ne fiat exequutio ſuper re commodata pro debito Commodatarii.

§.38. „ Vigore captæ poſſeſſionis de Judicis mandato, ne alter audeat ejuſdem rei poſſeſſionem capere, niſi citato eo, qui fuit à Judice, vel immiſſus, vel manutentus, vel ex quacunque cauſa aſſociatus,

§.39. „ Adversùs mandata ſuſpicionis fugæ, niſi parte citata petens inhibitionem probaverit, ſe poſſidere in Urbe, vel diſtrictu bona ſtabilia, vel mobilia, quæ de facili amoveri non poſſunt, vel ſaltèm dederit cautionem de non diſcedendo, donèc parte citata probaverit, ſe poſſidere, ut ſupra.

§.40. „ Adversùs mandata ſuſpicionis fugæ ſtante cautione in actis præſtita de ſtando jurí, niſi tantùm pro ſumma contenta in cautione, & adversùs creditorem nominatum.

§.41. „ Non gravetur gratioſum, vel ad effectum concordandi, vel aliquando iterùm audiendi, vel aliis de cauſis, niſi ſemèl tantùm, & pro quinque diebus ad ſummum.

§.42. „ Inhibitiones generales quibuſcunque perſonis etiàm privilegiatis per quoſcunque Judices in poſterùm non dentur, ſed tantùm ſpeciales vigore reaſſumptionum, & appellationum in forma.

§.43. „ Cæterùm inhibitiones datæ contra formam præſentium Decretorum non afficiant, & illis non obſtantibus facta executio valeat.

§.44. „ Reſervata, & ſempèr remanente Eminentiſs. Præfecto facultate, & auctoritate omnes, & ſingulas ſupradictas, & quaſcunque alias inhibitiones, & non gravetur à quocunque Judice, & ex quacunque cauſa, & capite, tàm in præſentibus expreſſis, quàm non expreſſis pro ejus arbitrio, & libito voluntatis revocandi, & moderandi, & illis non obſtantibus quæcunque exequatur, ſeù executiones ſibi benè viſas concedendi.

§.45. „ Necnon omnes, & quoſcunque Judices, Notarios, & Executores, ac alias quaſvis perſonas ſupraſcripta Decreta non obſervantes, vel illis quomodolibet, & qualitercunque directè, vel indirectè ſub quovis prætextu, vel quæſito colore contravenièntes, & contrafacientes corrigendi, mulctandi, ac quibuſvis pœnis etiàm corporalibus ejus arbitrio infligendis, & moderandis manu Regia plecten., & punien.

Papa extendi aliqua ex ddt decretis ad totum Statū Ecclesiasticū.

§.3. PORRO' cum ex relatione nuper Nobis facta nonnulla ex hujuſmodi Decretis ejuſdem Noſtri Status Eccleſiaſtici Italiæ felici regimini, ejuſdemque, etiàm quoad temporalia Subditorum commodis conferre compertum habuerimus, ad eumdem Statum ſequentia ampliare, & extendere decrevimus, proùt ampliamus, & extendimus, nimirùm.

§.4. Primò, Decretum ſuper libertate exequutionum, & citationum contentum num. 3. ſub titulo de Curſoribus, & Mandatariis, aliiſque Exequutoribus &c.

§.5. Secundò, Decreta relata num. 2. & 3. ſub titulo de Advocatis, & Procuratoribus.

§.6. Tertiò, Decretum ſub titulo de Notariis num. 5. ſuper forma creandi Notarios cum declaratione: quod ea, quæ circà praxim, & examen iu Urbe inibi ſtatuuntur, in legationibus Bononiæ, Ferrariæ, Æmiliæ, ſeù Romandiolæ, & Urbini, ac etiàm in Provincia, ſeù Gubernio Marchiæ, ſeù Maceratæ expleantur in ipſa Civitate Metropoli, ſeù Reſidentiali Card. Legati, & Gubernatoris reſpectivè, ibique habeatur examen coram ipſo Legato, vel Gubernatore, ſeù alio per eum depu-

Digitized by Google

deputando, & coram duobus probatis Curialibus, totidemquè probatis Notariis ab eodem Legato, vel Gubernatore paritèr deputandis, adeòut in reliquis eadem forma ſervetur.

§.7. Quartò, Decreta contenta ſub titulo de Variis Proviſionibus num.6. 7.8.9.10. 11., & 12. Ita tamen reſpectu numerorum noni, & decimi, ut fructus Dotales quinque, fructus verò ſocietatum Officiorum novem pro centenario in dicto noſtro Statu, ex nùnc in poſterùm non poſſint excedere.

§.8. Nùnc verò omnia, & ſingula Decreta præinſerta tali, tantaque maturitate digeſta, ac ſicut præmittitur immutata, declarata, & aucta, necnon à Nobis extenſa, & ampliata, nnllatenùs attento eorumdem Decretorum aliàs à Nobis oretenùs approbatorum, juſſuque noſtro publicatorum, ut præfertur, ac etiàm impreſſorum aliqualitèr diverſo tenore, perpetuò, inviolabilitèrque obſervari, & Conſtit. noſtræ munimine roborare volentes.

Et omnia præfata decreta confirmat, & innovat.

§.9. Motu proprio, non ad cujuſquam Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, & matura deliberatione, deque Apoſt. poteſtatis plenitudine præinſerta Decreta, omniaque, & ſingula in eis contenta tenore præſentium auctoritate Apoſt. confirmamus, & approbamus, necnon illis inviolabilis, & irrefragabilis Apoſtolicæ firmitatis robur, & efficaciam adjicimus; quinimò Motu, ſcientia, deliberatione, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus, omnia, & ſingula in ſupradictis contenta de novo ſtatuimus, decernimus, & ordinamus, & tàm illa, quàm præfatam Pauli Præd. in iis, quæ præmiſſis non adverſantur, Conſt. ab omnibus, & quibuſcunque etiàm ſpeciali, & individua nota dignis, eodem modo, quo in memorata Pauli Prædec. Conſtit. cavetur, cujus tenorem præſentibus pro plenè, & ſufficientèr expreſſo, & inſerto haberi volumus, necnon ſub pœnis, quæ in eadem Conſtit., & in præmiſſis Decretis continentur, cæteriſque noſtro, vel Rom. Pontificis pro tempore exiſtentis, arbitrio injungendis exactiſſimè, perpetuòque ſervari volumus, ſancimus, & mandamus.

Ac in perpetuum exequi mandat.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

§.10. Decernentes omnia, quæ contrà hujuſmodi Conſtitutionis, omniumque, & ſingulorum in ea contentorum formam, & tenorem Decreta, acta, vel quocunque modo, vel tempore geſta fuerint, nulla, invalida, & extorta, nulliuſque roboris, efficaciæ, vel momenti fore, & cenſeri, neminique propter eà ullatenùs ſuffragari poſſe, vel debere: & ità per quoſcunque Judices, tàm Ordinarios, quàm Delegatos quavis auctoritate fungentes, etiàm S. R. E. Cardinales, etiàm de Latere Legatos, & Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis alitèr judicandi, & interpretandi facultate judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inanè quidquid ſecùs ſuper omnibus, & ſingulis præmiſſis, vel circà ea à quoquam quavis auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari.

Derogatio contrariorũ.

§.11. Non obſtan. Apoſtolicis, ac in univerſalibus, provincialibuſque, ac Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſt., & Ordinationibus, necnon legibus etiàm Imperialibus, & municipalibus, ac dictæ Urbis, & Provinciarum, Civitatum, Oppidorum, Terrarum, Locorum, ac Baſilicarum, aliarumque Eccleſiarum, Tribunalium, Collegiorum, Monaſteriorum, Societatum, Congregationum, Inſtitutorum, Confraternitatum, Hoſpitalium, & Locorum Piorum quorumcunque, aliiſve quibuſvis etiàm juramento confirmatione Apoſtol., vel quavis alia firmitate roboratis Statutis, eorumque reformationibus, & novis additionibus, uſibus, ſtylis, etiàm inveteratis, & conſuetudinibus, quantùmvis immemorabilibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuſcunque verborum tenoribus, & formis, & cum quibuſvis, etiàm derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis in genere, vel in ſpecie etiàm Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, ac conciſtorialitèr, & aliàs quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, & approbatis, ac pluries, & quantiſcunque vicibus innovatis, quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeù quævis alia expreſſio habenda, aùt aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, formas, cauſas, & occaſiones præſentibus pro plenè, & ſufficientèr, ac exactiſſimè, & accuratiſſimè expreſſis, inſertis, ſervatis, & ſpecificatis reſpectivè habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialitèr, expreſsè, pleniſſimè, & ampliſſimè derogamus, & derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcunque, aùt ſi præfatis perſonis, vel quibuſvis aliis communitèr, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſt. non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

SS. Congreg. pro Bo: Regimine erectæ.

Cong. Reformationis.

Forma publicationis.

§.12. Volumus autem, quod præſentes, poſtquàm Valvis Eccleſiæ Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtol. de Urbe, necnon in Acie Campi Floræ affixæ, & publicatæ fuerint, omnes, & ſingulos, tàm in Rom. Curia, quàm extrà eam exiſtentes, quorum intereſt, vel intereſſe poterit, perindè obligent, & arctent, ac ſi unicuique eorum perſonalitèr, & nominatim intimatæ fuiſſent; quodque illarum exemplis, etiàm impreſſis manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorsùs fides in Judicio, & extrà ubiquè locorum adhibeatur, quæ ipſiſmet præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sanctio pœnalis.

Nulli ergo &c. Si quis autèm &c.

Dat.

Dat. Romæ apud S. M. Majorem an. 1689. 4. Kalen. Julii, Pontif. Noſt. An. XIII.

SS. Congreg. pro Bo: Regimine erecta.

Congr. ſupèr nonnullis nuncupat.

LXX. CONSTITUTIO

Sanctissimi D. Nostri Domini

CLEMENTIS PP. XII.

MOTUS PROPRIUS.

Quo conſtituitur particularis Congreg. Eminentiſs., & Reverendiſs. DD. Joſephi Renati Imperialis, Ludovici Pico, Petri Marcellini Corradini, Leandri de Porzia, & Antonii Bancherii S.R.E. Cardinalium.

Eiſque committitur, & mandatur, ut ſuper omnibus, & ſingulis, quæ in Rerum gerendarum Negociis doloſè extorta, & ſubrepta, ſeù obrepta fuiſſe contigerit in offenſam Rectitudinis, ſanctæque Intentionis Benedicti XIII. ſui Prædeceſſoris, procedant, & ad legalia remedia deveniant cum facultatibus neceſſariis, & opportunis.

Ed. an. Dom. 1730. die 8. Auguſti.

CLEMENS PP. XII.

Motu proprio &c.

Exordium.

CUM POSTREMO' elapſis annis ex plurimis gravium, ac fide dignorum Virorum relationibus, ipsâque publicæ famæ voce deferente, & in dies incaleſcente Nobis, qui tunc in minoribus eramus, in hac noſtra Romana Curia, innotuerit nonnullos impudentèr, & ſanè iniquè, quinimò injurioſè adeò ſe geſſiſſe, ut in rerum gerendarum negociis, tùm gratiam, cùm juſtitiam reſpicientibus, eorumque expeditionibus, quæ omni, qua decet integritate in eadem Romana Curia peraguntur, piam, ſanctamque fel. rec. Benedicti XIII. Præd. noſtri mentem falſis ſuaſionibus involvere, ejuſque rectam proſpiciendi, ſinguliſque Jus, & Juſtitiam reddendi intentionem ſubdolis artibus circumvenire, bonoſque illius rectitudinis fructus invertere ſategerint; Quibus, & hiſce ſimilibus, non ſine gravi animi noſtri mœrore intellectis, vindicatam ab hujuſmodi fraudibus, & inſidiis ejuſdem Prædec. noſtri, in ævum recolendam Integritatem, inceſſantèr uſque tunc exoptavimus.

Cauſa hujus Motus Proprii.

§.1. Nunc igitur, quia in ſupremo Juſtitiæ Throno, meritis noſtris licèt imparibus, conſtituti, ſollicitudinis divinitùs Nobis demandatæ debitum agnoſcentes, graves adeò, atroceſque Injurias Rectitudini, & Integritati memorati Prædeceſs. Noſtri, ut præmittitur, illatas, Juſtitia mediante perſequi, noſtræque Almæ Urbis, Romanæque Curiæ exiſtimationi proſpicere obſtringimur, nè potiſſimùm Inculpabilium Innocentiæ culpa Nocentium perperàm, & injuſtè tribuatur, eos omnes, qui de prædictis Exceſſibus, Criminibus, & Delictis ſuper omnibus, & ſingulis, & circà ea, quæ irrationabiliter, & injuſtè, ut præmiſſum eſt, facta, vel attentata fuiſſe contigerit, tàm in Spiritualibus, quàm in Temporalibus, quæque in damnum, ac præjudicium, tàm publicum, quàm privatum quoquomodo verterint: Motu proprio, & hac noſtra Apoſt. auctoritate, de conſilio etiàm quamplurium Frat. noſtr. S.R.E. Cardinalium duximus ſtatuendum.

Congregationem particularem S.R.E. Card. deputat, contra ſubrepta, & obrepta tempore ſui Prædeceſ.

§.2. Hinc eſt, quod Nos, qui providè excogitata, & præſentibus expoſita in publicum Bonum Juſtitiæ, & Virtutis exemplum legalibus mediis, ſervatis de jure ſervandis, perficere omninò exoptamus, particularem Congregationem dilectorum Filiorum noſtrorum Joſephi Renati Imperialis, Ludovici Pico, Petri Marcellini Corradini, & Leandri Præsbyterorum de Porzia, necnon Antonii Diaconi Bancherii S.R.E. Cardinalium nuncupatorum eligimus, & conſtituimus, in ejuſque Secretarium dilectum Filium Dominicum Cæſarem Florellum in utraque noſtra Signatura Referendarium declaramus, dictæque Congregationi per præſentes committimus, & mandamus, ut ſuper enunciatis Criminibus, & Delictis ad Partium accuſationem, vel denunciationem deducendis, vel etiàm ex officio inquirendis, & quovis alio modo ad ejuſdem Congregationis notitiam perveniendis, vel in aliis Curiis, & Tribunalibus Eccleſiaſticis, & Laicalibus hujus noſtræ Almæ Urbis hactenùs deductis, eorumque annexis, connexis, emergentibus, incidentibus, & dependentibus, auctoritate noſtra Apoſtolica, privativè quoad alia quævis Tribunalia, & Congregationes etiàm S. R. E. Cardinalium, procedat, procedique mandet, Informationes aſſumat, proceſſuſque conficiat, ſeù aſſumi, & confici, per Judices, & Miniſtros ſibi benè viſos, & pro ſuo arbitrio eligendos decernat, & mandet contrà omnes, & ſingulas perſonas etiàm Eccleſiaſticas, Regulares, & Sæculares cujuſvis qualitatis, ſtatus, gradus, conditionis, & Dignitatis fuerint, necnon quorumvis Ordinis, Congregationum, Societatum etiàm Jeſu, Inſtitutorum, ac Militiarum, etiàm S. Joannis Hieroſolymitani, & alias quamvis privilegiatas, & exemptas, etiàm Miniſtros, & Officiales quoſcunque Officii Inquiſitionis adversùs hæreticam pravitatem, ſeù alios ſpecifica, & individua mentione dignos, etiàm ex iis, de quibus per noſtras, & Cancellariæ noſtræ Apoſtolicæ Regulas cautum ſit, quod illi Conſtitutionibus per Nos editis, & edendis non compræhendantur, nec compræhenſi cenſeantur, niſi in eiſdem Conſtitutionibus facta fuerit ipſorum expreſſa mentio: Et ubi præmiſſa crimina, vel eorum aliqua ſervatis ſervandis, veritate niti in genere, & in ſpecie comprobentur, culpabiles repertos, eorumque Complices, Fautores, Conſultores, vel quovis modo participes, condignis pœnis pro facti, & Perſonarum qualitate mulctet, ſeù Miniſtris, & Delegatis ſuis mulctari, & puniri decernat, & mandet; Teſteſque omnes, & ſingulos cujuſvis qualitatis, ſtatus, gradus, & conditionis Eccleſiaſticos, etiàm Regulares, & Sæculares quovis modo privilegiatos, & exemptos, ut ſupra, ad veritatis Teſtimonium perhibendum in Judicium evocet, & citet, evocari, citarique mandet, eorumque dicta, & depoſitiones recipi, & in ſcriptis redigi mandet, ſcripturas, & acta quæcunque, quæ ad cauſas quoquomodo conferre cognoverit ſibi, ſuiſque Delegatis à quibuſcunque prædictis Curiis, & Tribunalibus Urbis, & Status noſtri Eccleſiaſtici, aùt aliis quibuſcunque Perſonis, Miniſtris, Officialibus etiàm Cameræ Noſtræ Apoſtolicæ, tradi, & conſignari mandet, cau-

Ejuſque facultates explicat.

ſaſque

ſaſque à præfatis Curiis, & Tribunalibus in ſtatu, & terminis, in quibus reperientur, ad ſe avocet, proſequatur, ac cognoſcat, & ad ultimum finem perducat.

Pœnas in cõtravenientes explicat.

§. 3. Contradictores verò, ſivè Inobedientes, vel parere negligentes, aut recuſantes, condignis mulctis pecuniariis, & ſi opus fuerit corporalibus pœnis, vel etiàm Spiritualibus Cenſuris, proùt eidem Congregationi expedire viſum fuerit coerceat, atque compeſcat, ſeù coerceri, atque compeſci mandet.

§. 4. Dantes Motu ſimili, ac ex certa ſcientia concedentes, & conferentes antedictæ Congregationi, ſeù memoratis S.R.E. Cardinalibus Joſepho Renato Imperiali, Ludovico Pico, Petro Marcellino Corradino, Leandro de Porzia, & Antonio Bancherio, vel eorum majori parti, ad præmiſſos tamèn effectus, omnem, & quamcunque auctoritatem, Juriſdictionem, & plenitudinem noſtræ Poteſtatis, tàm circa ordinem procedendi, modum probandi, & formam judicandi, & Judicata exequendi.

Derogatio contrariorũ.

§. 5. Non obſtantibus Apoſtolicis Conſtit., Regulis Cancellariæ noſtræ præfatis, ac in Univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus Decretis, & Ordinationibus in contrarium quomodolibet facientibus, etiàmſi prò ſufficienti illorum derogatione, de illis, eorumque totis viribus, ſpecialis, ſpecifica, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per Clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeù quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſervanda foret, tenore hujuſmodi, acſi de verbo ad verbum, nihil pœnitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & inſererentur, præſentibus prò plenè, & ſufficientèr expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hâc vice dumtaxàt ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, ac pleniſſimè, & ampliſſimè derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Dat.

Datum ex Noſtro Apoſt. Palatio Quirinali hac die 8. Auguſti An. 1730.

Placet, & ità Motu proprio committimus, & mandamus.

Clemens PP. XII.

LXXI. CONSTITUTIO

SANCTISSIMI D. NOSTRI DOMINI

CLEMENTIS PP. XII.

CHIROGRAFO.

In cui ſi deputa una Particolare Congregazione ſopra gl' Intereſſi della Reverenda Cam. Apoſtolica.

De Solemnitatibus obſervandis in Venditionibus & locationibus bonorum, & jurium Cameræ hab. Pii IV. Conſt. in bul. nov. la 13. tom. 2., quam habes infrà.

De Solemnitatibus Obſervan. in Venditionibus, & locationibus bonorum, & jurium Communitatum habes Edictum S. Cong. de Bo. Reg., quod referam in ſeq. volumine.

SS. CONG. PRO BONO REGIMINE ERECTÆ.

CLEMENTE PP. XII.

Moto Proprio.

Congr. ſuper negocis Cameralibus.

Ed. an. Dom. 1710. die 12. Auguſti.

Proemio.

BENCHE ſia nota a tutti, e particolarmente a Noi la piiſſima mente, e rettiſſima intenzione della fel. mem. di Benedetto XIII. noſtro Pred., che coll' innata ſua munificenza hà cercato ſempre di benificar tutti, e non pregiudicare a veruno; tutta volta non han mancato più Perſone, che abbuſandoſi della di lui naturale indulgenza, hanno eſtorto da quello ciò, che per la ſua inalterabil giuſtizia non averebbe al certo conceduto, ſe con falſe, ed inſuſſiſtenti rappreſentanze del maggior bene de' ſuoi, ed ora noſtri Sudditi, ed anche del figurato vantaggio del proprio Erario non foſſe ſtato preoccupato l' animo ſuo clementiſſimo indotto ora ſotto ſpecie de' ſuppoſti pregiudizj a conceder defalchi, ora coll' apparenza della tenuità delle rendite locate eſagerateli dagl' Appaltatori a minorare il loro Cenſo, ed a rinovare con tal minorazione gli Appalti, ed in ſomma ſempre a diſpenſar grazie a beneficio di quelli, che con titoli plauſibili, benchè non legittimi, nè ſuſſiſtenti le richiedevano, effetti in vero di quella paterna carità, di cui abbondava con tutti, fuori che con ſe medeſimo.

Cauſa del preſente Chirografo.

§. 1. Ma perchè non è giuſto, che l' altrui artificj abbiano da patrocinare gli Autori de' pregiudizj, e danni, che riſentono la noſtra Camera, non meno che i noſtri Sudditi, ſpecialmente nelle conceſſioni, e rinovazioni reſpettivamente di diverſi Appalti, ed Affitti di Effetti, e Proventi Camerali fatte ſenza la precedente affiſſione degl' Editti ſolita premetterſi per vantaggio non meno della Camera, che per notizia di quelli, che voleſſero concorrervi, e ſenza ſervare veruna ſolennità, e formalità preſcritte dalle Coſtit. Apoſt., e ſolite pratticarſi in ſimili Appalti, oltre altri non minori pregiudizj, ed aggravii, che naſcono da varj defalchi, remiſſioni, condonazioni di debbiti, dilazioni, eſenzioni da pagamenti di peſi Camerali, e da molte altre grazie ottenute, come ſopra, tanto per ragione de' predetti Appalti, quanto de' Spogli, ed altro toccante l'intereſſe della medeſima Camera, all' idennità della quale, e degl' accennati noſtri Sudditi, deſiderando, e volendo Noi provedere nel miglior modo poſſibile, abbiamo perciò a tal' effetto deputata una particolare Congregazione compoſta dei Rever. Cardin. S. Clemente Camerlengo, Imperiali, e Collicola, e delli Monſignori Corſini noſtro Nipote, Sacripante noſtro Teſoriere Generale, Ricci, e Palaggi Decano, e Chierico della noſtra Camera, Lana Commiſſario Generale della medeſima, e Segretario della detta Congregazione, ed Avvocato Fiſcale, quale Congregazione con la preſente noſtra Cedola di Moto proprio ampiamente confermiamo, e quando facci di biſogno di nuovo conſtituiamo, deputiamo a fine di rivedere, riconoſcere, ed eſaminare le Conceſſioni, e rinovazioni de' predetti Appalti, come ſopra, fatti, la qua-

N. Sig. deputò una Congregaz. Particolare ſopra gl' intereſſi della Camera.

Ora con il preſente Chirografo, la cõferma, dandole ampliſſime facoltà, qui eſpreſſe.

SS. Cong. pro Bono Regimine erecta.

Congr. ſuper negociis Cameralibus.

lità, e circoſtanze di eſſi, come pure di procedere contro qualſivoglia Perſona di qualunque ſtato, grado, e condizione Secolare, Eccleſiaſtica, Regolare di qualſivoglia Ordine, Congregazione, ed Inſtituto, anche Geroſolimitano, di qualunque dignità, e preeminenza Veſcovale, Arciveſcovale, Patriarcale, Compagnia di Gesù, & Undici Congregazioni, ed altre qualifiſiano Perſone, delle quali ſi doveſſe fare ſpeciale, ed individua menzione, e ſenza la quale non poteſſe dirſi compreſa, tanto civilmente, che criminalmente, ſe così ſtimaſſe eſpediente, e giuſto la medeſima Congregazione, e così anco contro gl'Autori, e mezzani di qualſivoglia ſtato, dignità, preeminenza, ed altre ſopranominate de' pregiudizj, e danni ſofferti dalla detta noſtra Camera, e de'noſtri Sudditi per la reintegrazione de' medeſimi danni parimente in tutto ſommariamente ſenza ſtrepito, e figura di giudizio, ed anco quando occorra con poteſtà puramente economica, e di rivedere, ed eſaminare le grazie, eſenzioni, defalchi, remiſſioni, e condonazioni fatte a diverſe Perſone, tanto per ragione di detti Appalti, quanto de'Spogli, e di qualunque altra materia concernenti in qualſivoglia modo gl'intereſſi di detta noſtra Camera, e quelli, e queſte in eſecuzione della Notificazione fatta di noſtro ordine affiggere per notizia di queſta noſtra intenzione ad ogni uno, che vi abbia intereſſe, moderare, modificare, diminuire, ò accreſcere gli annui Cenſi promeſſi pagare alla noſtra Camera, ò in tutto rivocarli, e dichiararli rivocati, e riſoluti ſino da principio, ò per il tempo, che giudicarà la medeſima Congregazione, ovvero provedere in qualunque altra maniera, per farne poi nuova conceſſione, ò alle medeſime, ò ad altre Perſone, ò confermarli a quelli, che preſentemente li ritengono, ſe così la detta Congregazione ſtimarà di ragione, precedente però ſempre riſpetto a tutti gli Appalti, come ſopra, la nuova affiſſione de' ſoliti Editti, ò pure ritenerli in amminiſtrazione per conto della noſtra Camera, e così anco confermare, ò infirmare, e dichiarare aſſatto nulle, riſolute, ed abbolite l'eſenzioni, remiſſioni, condonazioni, defalchi, dilazioni, ed altre grazie fatte, tanto per ragione di detti Appalti, quanto de ſpogli, con facoltà ancora di riconoſcere, ed eſaminare la verſione de denari della noſtra Camera, e per qual cauſa, titolo, e ſpeſe ſia ſtata fatta, ed'ogn'altra materia concernente in qualunque modo gl' Intereſſi della Noſtra Camera, e di prendere tanto ſopra le conceſſioni, e rinovazioni delli detti Appalti, quanto intorno alle grazie ſopraccennate tutte quelle proviſioni, riſoluzioni, determinazioni, eſpedienti anche economici, che la detta Congregazione crederà neceſſarj, ed opportuni, ſenza ſtrepito, e figura di giudizio, tela giudiziaria, e riconoſciuta la ſola verità del fatto, come ſopra, ò pure riſpetto alli defalchi, condonazioni, remiſſioni, dilazioni, grazie fatte, anche in materia di ſpogli, rimetterne la cognizione, e deciſione a proprj Giudici competenti, alla Congregazione Camerale, ed alla Congregazione de' Conti, e de' ſpogli, ſecondo ſtimarà proprio la medeſima Congregazione deputata, dandogliene Noi a tal effetto tutte le facoltà neceſſarie, ed opportune in ampliſſima forma, di modo tale che, non poſſa mai allegarſi ſotto qualunque preteſto il difetto delle medeſime.

Ordina la pronta eſecuzione di quanto ſi riſolverà, & ordinarà dalla medeſima.

§.2. Volendo, ed ordinando Noi colla pienezza della noſtra Suprema Apoſt. Poteſtà, che tanto la noſtra Camera quanto quelli, che averanno ottenuto gli Appalti, e grazie ſudette, debbano ſtare, ed acquietarſi alli decreti, riſoluzioni, e determinazioni da farſi, e prenderſi dalla detta Congregazione, e che debbano avere pronta, e ſpedita eſecuzione, rimoſſa ogni, e qualunque appellazione, e ricorſo, anche indevolutivo, appunto come ſe tali proviſioni, determinazioni, Sentenze, e decreti foſſero da Noi medeſimo emanati, approvando, e pienamente confermando Noi d'adeſſo preventivamente tutto, e quanto ſarà dalla detta Congregazione riſoluto, decretato, e determinato, e ſucceſſivamente eſeguito, e fatto eſeguire, eſſendo tale la mente, e volontà noſtra preciſa.

Clauſole preſervative.

§.3. Volendo, e decretando, che queſta noſtra Cedola di Moto proprio, benchè non ammeſſa, ne regiſtrata in Camera ſecondo la diſpoſizione della Bolla di Pio IV. noſtro Pred. *de regiſtrandis* non poſſa in alcun tempo mai opporſi di ſurrezzione, orrezzione, ne di alcun altro vizio, ò difetto della noſtra volontà, ed intenzione, ma che vaglia, e debba avere ſempre il ſuo pieno effetto, eſecuzione, e vigore colla noſtra ſemplice ſottoſcrizzione.

Clauſola ſublata, e decreto irritante.

§.4. E che così, e non altrimenti debba ſempre giudicarſi, e definirſi, ed interpretarſi da qualſivoglia Giudice, e Tribunale, anche Collegiativo, e da qualſivoglia Congregazione, benche compoſta di Rmi Cardinali, e da queſti, anche Legati a Latere, togliendo loro, ed a ciaſcun di eſſi ogni facoltà, ed autorità di giudicare, definire, ed interpetrare diverſamente; dichiarando Noi d'adeſſo preventivamente nullo, irrito, ed invalido tutto ciò, che ſi faceſſe, ò ſi tentaſſe di fare in contrario, ancorche per il preſente atto non vi ſiano ſtati chiamati, citati, ne ſentiti quelli, che nella forma ſopraccenata hanno ottenuto gli Appalti, e grazie ſudette, ed ogn'altro, che vi aveſſe, ò pretendeſſe d'avervi intereſſe.

Deroga à tutto ciò, che faceſſe in contrario.

§.5. Non oſtanti i Brevi, Chirografi, Moti proprj, e reſcritti ſopra la conceſſione degli Appalti, e reſpettivamente dell'eſenzioni, defalchi, condonazioni, ed altre grazie ſudette, dalli quali ſenz'altra formalità giudiziale concediamo fin d' adeſſo alla medeſima noſtra Camera qualunque *aperitione oris*, che foſſe ſopra ciò neceſſaria, come colla preſente noſtra Cedola di Moto proprio l' abbiamo per conceſſa, non oſtanti gl' Inſtromenti ſopra di ciò ſtipolati in eſecuzione di quelli, li ſaldi de' Conti, e Sentenze della Congregazione dei Conti, emanate in eſecuzione di detti Chirografi, ed Iſtromenti, la regola della noſtra Cancellaria *de jure quæſito non tollendo.*, l'accennata Bolla *de regiſtrandis.*, e qualſiſiano altre Conſtituzioni, ed Ordinazioni Apoſt. noſtre, e de'

Clauſola ſuppletoria.

e de'noſtri Predec., leggi, ſtatuti, riforme, uſi, ſtili, conſuetudini, ed ogn'altra coſa, che faceſſe, ò poteſſe fare in contrario, alle quali tutte, e ſingole avendone il tenore qui per eſpreſſo, e di parola in parola inſerto; E ſupplendo Noi colla pienezza della noſtra Suprema Poteſtà a qualunque vizio, e difetto, sì ſoſtanziale, che formale, che nelle coſe premeſſe poteſſe intervenire, queſta volta ſola, per l'effetto ſudetto pienamente deroghiamo.

Data.

Dato dal noſtro Palazzo Apoſt. di Monte Cavallo queſto dì 12. Agoſto 1730.

Placet Motu proprio L.

Exempti, & Privilegiati.

LXXII. CONSTITUTIO

Sanctissimi D. Nostri Domini

CLEMENTIS PP. XII.

Ed. an. Dom. 1731. die 18. Maii.

Conceſſio Privilegiorum pro Cappellanis Communibus ejus Cappellæ Pontificiæ.

CLEM. Epiſc. Ser. Ser. Dei. Ad fut. rei mem.

Exordium.

GRATA familiaritatis obſequia, quæ dilecti filii Franciſcus Velli Præneſtin. Baſilicæ S. Petri de Urbe Clericus Beneficiatus, Philippus Vinciguerra Romanus ſæcularis, & Collegiatæ Eccleſiæ S. Angeli in Foro Piſcium etiàm de Urbe Canonicus, Joannes Decius Soran., Dominicus Antonius Carlucci Peruſin., Franciſcus Feliciani paritèr Romanus, Franciſcus Xaverius Brunetti Senogallien. Civitatis, vel Diœceſis Præsbyt. moderni Cappellæ noſtræ Pontificiæ Cappellani Familiares noſtri, Nobis, & Apoſtol. Sedi hactenùs impenderunt, & adhùc ſollicitis ſtudiis impendere non deſiſtunt, necnon vitæ, ac morum honeſtas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus eorum perſonas, tàm familiari experientia, quàm etiam fide dignorum teſtimoniis juvari percipimus, Nos inducunt, ut illis reddamur ad gratiam liberales.

Nomina Cappellanorum.

Abſolutio illorum à Cenſuris.

§. 1. Hinc eſt, quod Nos volentes illos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi, eoſque à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxàt conſequen., harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes.

Receptio in Notarios Sanctæ Sedis.

§. 2. Motu proprio, non ad ſupradictorum Franciſci, Philippi, Joannis Decii, Dominici Antonii, Franciſci, & Franciſci Xaverii, vel alicujus ipſorum, aùt aliorum pro eis Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de mera noſtra deliberatione, ac certa ſcientia Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium Franciſcum, Philippum, Joannem Decium, Dominicum Antonium, Franciſcum, & Franciſcum Xaverium prædictos, & illorum ſingulos in Noſtros, & Sedis Apoſt. Notarios recipimus, ac Sacri Palatii, & Aulæ Lateranen. Comites (ſine tamèn Dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium præjudicio) necnon Nobiles Romanos, & Urbis Romæ, omniumque, & ſingularum Civitatum, Terrarum, & Locorum S. R. E. mediatè, vel immediatè ſubjectorum, Cives creamus, & conſtituimus, ac in numerum, & conſortium aliorum noſtrorum, & ejuſdem Sedis Notariorum, necnon Palatii, & Aulæ hujuſmodi Comitum, ac Nobilium Romanorum, aliorumque Civium, Civitatum, & Oppidorum prædictorum referimus, & conſcribimus, ipſiſque, etiàm ſi habitum, & rocchettum Notariorum dictæ Sedis juxtà decretum Lateranen. Concilii noviſſimè celebrati non deferant, aùt Civitates hujuſmodi non incoluerint, nec unquam in eiſdem Civitatibus domicilium habuerint, ut nihilominùs omnibus, & quibuſcumq; privilegiis, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, gratiis, & indultis, quibus cæteri omnes Notarii noſtri, etiàm de numero participantium, necnon Comites, & Nobiles, ac Cives Originarii, etiàm in Dignitatum, ac Beneficiorum Eccleſiaſticorum, & Sæcularium, etiàm ex perſonis Romanorum originariorum vacan. aſſecutioni, & exercitio, tàm in Urbe, quàm in Civitatibus prædictis, ac aliàs ubique locorum, & gentium, necnon ſeſſionum, & Conventuum utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non ſolùm ad illorum inſtàr, ſed pariformitèr, & æquè principalitèr, acſi privilegia, facultates, exemptiones, gratiæ, & indulta pro ipſis emanaſſent (citra tamen exemptiones à S. Concilio Tridentino ſublatas) itaùt nedùm quoad criminalia, ſed etiàm quoad civilia ſubjaceant Ordinariis, ac facultates legitimandi, ad gradus promovendi, & Notarios, ſeù Tabelliones creandi, aliaque hujuſmodi privilegia à Notariis Sedis Apoſt. & Comitibus Palatinis prætenſa, itaùt illis ſupramemorati Cappellani Familiares noſtri, nullibi uti valeant, ac irritum, & inane exiſtat, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari, uti, potiri, & gaudere, ac in omnibus, & ſingulis Apoſt., aliiſque literis, inſtrumentis, & ſcripturis publicis, & privatis, deinceps eorum nomine conficiendis, ſeſe Notarios, Comites, & Nobiles, ac de Nobili genere ex utroque parente procreatos, necnon Romanæ, & aliarum Civitatum Cives, ut libuerit, inſcribere, & ſe illis ſubſcribere valeant, ac pro veris, & non fictis Notariis, Comitibus, Nobilibus, & Civibus habeantur, nihilque, qualecumque illud fuerit, cum iis expreſſionibus ſubreptitium, obreptitium, aùt invalidum, ſed illud idem efficax in omnibus, & per omnia cenſeatur, concedimus, & indulgemus.

Exempti, et Privilegiati.

Cappellani communes Cappellæ Pontificiæ.

Creatio in Comites, & Nobiles Romanos,

Electio civilitatis.

Exemptio ab habitatione in Civitate.

Communicatio privilegiorum Protonotariorum.

Exemptio a Decimis, Gabellis, & aliis oneribus.

§. 3. Et inſuper illos, eorumque Beneficia, & Officia Eccleſiaſtica quæcumque, quotcumque, & qualiacumque illorum fructus, res, & jura ubicumque Locorum, Regionum, & Provinciarum, necnon in Urbe, Civitatibus, Terris, & Locis eidem Romanæ Eccleſiæ media-

dia-

Exempti, et Privilegiati.

Cappellani communes Cappellæ Pontificiæ.

diatè, vel immediatè ſubjectis conſiſtentia, prædia, domus, poſſeſſiones, & bona patrimonialia, aliaque temporalia mobilia, & immobilia, & ſemoventia, necnon actiones, & jura præſentia, & futura cujuſcumque qualitatis, quantitatis, & naturæ, & cujuſvis etiam annui valoris, fructus, redditus, & proventus hujuſmodi ſint, vel fuerint, ac etiàm quæcumque ab illis vendenda, ac pro illorum, familiarumque ſuarum uſibus emenda, ab omnibus, & quibuſcumque decimis, quartis, & dimidiis partibus, ſubſidiis etiàm charitativis, necnon vectigalibus, portoriis, tributis, datiis, & pedagiis, collectis, & quocumque alio nomine nuncupatis, & angariis, perangariis, cæteriſque oneribus, & contributionibus, tàm Urbanis, quàm Ruſticis, ordinariis, & extraordinariis, realibus, perſonalibus, & mixtis, etiam ratione munitionum mœnium, & pontium, portarum, & moliturarum, & mercium, cujuſcumque generis tranſitus, ſeù paſſus, & vecturæ etiàm in aliud Territorium, ſeù Provinciam, Terra, Mari, & Flumine, necnon equorum mortuorum, ſtabulationum Militum, Inſtitutionis Seminarii Eccleſiaſtici, aùt quacumque alia quantumvis gravi, & graviſſima cauſa (pro ſubuentione contra Infideles dumtaxàt excepta) nùnc, & pro tempore impoſitis, ità quod illis, & quilibet eorum nihil omninò horum, aùt aliorum ſimilium ſubire teneantur, nec per Cameræ Apoſt. aùt alios Commiſſarios, ſeù Vectigalium, & Tributorum hujuſmodi Redemptores, Conductores, & Exactores quocumque privilegio, exemptione, & facultate ſuffultos, aliàs quàm, ut præfertur, valeant coarctari, quamdiù ſervitus noſtris inſteterint, dumtaxàt eximimus, & liberamus.

Facultas retinendi incompatibilia.

§.4. Ad hæc cum eiſdem, ut quæcumque duo diſſimilia, vel ſimilia ſimplicia ſub ſingulis tribus tectis quarumcumque trium Cathedralium, etiam Metropolitanarum, aùt aliarum Eccleſiarum conſiſtentia, etiàm unum, ex illis omnibus, cùm Cura, aùt Dignitas etiam major, & principalis, Canonicatus, & Præbenda, perſonatus, adminiſtratio, vel Officium fuerit, & ad Dignitatem, perſonatum, adminiſtrationem, vel Officiorum hujuſmodi conſueverit, quis per electionem aſſumi, eiſque etiàm Cura Juriſdictionalis imminet Animarum, ſi eis aliàs canonicè conferantur, aut ipſi eligantur, aut aliàs aſſumantur ad illa, & inſtituantur, in eis recipere, & dummodò illa omnia, uno excepto, perſonalem reſidentiam non requirant, inſimùl quoad vixerint, retinere; necnon etiam quamdiù Nobis inſervierint tùm in Beneficiis Eccleſiaſticis, non tamen Parochialibus, vel Curam Animarum Parochianorum haben. per eos pro tempore obtentis, etiam de jure, ſtatuto, fundatione, vel privilegio perſonalem reſidentiam requirentibus, etiam ſi Dignitates in Metropolitanis, vel Cathedralibus Majores, & in Collegiatis Eccleſiis hujuſmodi principales fuerint, perſonaliter reſidere non teneantur, nec ad id per locorum Ordinarios, ſeù Eccleſiarum earumdem Capitula, aut quovis alios ad reſidendum interim in illis, inviti compelli poſſint, omneſque, & ſingulos illorum Beneficiorum obtentorum fructus, & redditus, durante ſervitio prædicto, cum ea integritate, diſtributionibus quotidianis dumtaxàt exceptis, cum qua illos perciperent, ſi in eiſdem Eccleſiis, ſivè locis perſonalitèr reſiderent, percipere, exigere, & levare; proviſo tamen per eos, ut onera eiſdem Dignitatibus, & Beneficiis quovis modo incumben. congruè ſupportentur.

Necnon audiendi, & docēdi leges Civiles.

§.5. Necnon etiamſi Præsbyteri fuerint, ac Dignitates, & Officia obtinuerint, Leges, & Jura Civilia, etiam publicè in Scholis, & Univerſitatibus Studiorum generalium ad quinquennium dumtaxat, dummodò iidem trigeſimum ætatis annum non exceſſerint, audire, ac ſi habiles, & ſufficientes reperti fuerint, etiam ad Doctoratus gradum in hujuſmodi facultate ſe promoveri facere, ipſaque jura etiam publicè docere, atque Judicis, Advocati, aut Procuratoris Officium in Cauſis Eccleſiaſticis, & Civilibus tantùm exercere liberè, & licitè poſſint, & valeant de ſpeciali dono gratiæ diſpenſamus.

Ac exercendi munus Judicis, & Advocati.

Eligēdiq; Cōfeſſarium cū facultate &c.

§.6. Liceat quoque ipſis, & eorum ſingulis aliquem idoneum, & ab Ordinario approbatum Præsbyt. Sæcularem, vel cujusvis Ordinis Regularem in ſuum eligere Confeſſorem, qui vita eis comite, eos, & ipſorum ſingulos à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis, Cenſuris, & Pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, & per eos incurſis, & quibus ipſos pro tempore illaqueari contigerit, etiamſi abſolutio Nobis, & Succeſs. Noſtris Rom. Pontificibus pro tempore exiſtentibus ſpecialitèr, vel generalitèr reſervata exiſtat, & quorumcunque Votorum, & Eccleſiæ præceptorum tranſgreſſionibus, homicidio caſuali, manuum violentarum in quaſvis perſonas, etiam Eccleſiaſticas (non tamen Epiſcopos, vel alios Superiores Prælatos) de præterito injectionibus, ſeu conſilii, vel favoris ad id præſtationibus, jejuniorum omiſſionibus, necnon recitationis Horarum Canonicarum, aliorumque Divinorum Officiorum, ac denique ab omnibus, & quibuſcunque aliis eorum peccatis, criminibus, & exceſſibus, ac delictis quantumcunque gravibus, & enormibus, etiam talibus, propter quæ Sedes prædicta meritò conſulenda foret, videlicet à contentis in literis die Cœnæ Domini publicari conſuetis, ſemèl tantùm in vita, & mortis articulo, in reliquis verò dictæ Sedi quomodolibet ſervatis, aliiſve quibuſvis caſibus ſemel in anno, confeſſionibus illorum diligenter auditis, ſine tamèn alicujus præjudicio, prædicta Auctoritate Apoſt. abſolvere, & illis pro commiſſis pœnitentiam pro modo culpæ injungere ſalutarem, necnon vota quæcunque ultramarino, Viſitationis liminum BB. Petri, & Pauli Apoſtol. (caſtitatiſque, & Religionis votis dumtaxàt exceptis) in alia pietatis opera commutare poſſit,

Facultas trāsferendi penſiones uſq; ad 100. duc. auri.

§.7. Ac etiam eiſdem, eorumque ſingulis, ut quicunque locorum Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, ſeù aliarum Cathedralium Eccleſiarum, aut Perſonæ in digni-

ſnitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, tàm in dicta Curia, quàm extrà eam, etiam ad id per eos, aut eorum ſingulos coram Notario, & Teſtibus fide dignis eligendi, ſeù eligendæ quaſcumque penſiones annuas eis, & eorum ſingulis ſuper Menſarum Abbatialium, ſeù Epiſcopalium, aut Archiepiſcopalium, & quorumcunque aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum cum Cura, & ſine Cura ſæcularium, & quorumvis Ordinum Regularium, etiam Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani quomodocunque, & qualitercunque qualificatorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & diſtributionibus, etiàm quotidianis, ſeù illorum loco fructus, proventus, jura, obventiones, diſtributiones, & emolumenta ſibi nunc, & pro tempore aſſignata, & reſervata, quandocunque ſimul, vel ſucceſſivè in toto, vel in parte, uſque ad ſummam 100. duc. auri de Cam. de eorumdem Cappellanorum, vel cujuslibet ipſorum reſpectivè conſenſu, in toto, vel in parte, etiàm in mortis articulo caſſare, & extinguere, ac poſtquam caſſatæ, & extinctæ fuerint, alias ſimiles penſiones annuas ſuper fructibus, juribus, obventionibus, & diſtributionibus, ſeù illorum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolnmenta hujuſmodi, etiam uſque ad ſummam prædictam uni, vel pluribus aliis perſonis, etiam per eoſdem Cappellanos, & eorum ſingulos nominandis, & quæcunque, quotcunque, & qualiacunque Beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, & expectantibus, ſeu Clericali charactere inſigniri volentibus, ſimiliter eis quoad vixerint, vel eorum legitimis Procuratoribus, eiſdem modo, & forma, quibus eiſdem Cappellanis aſſignatæ, aut reſervatæ, vel aſſignati, conceſſi, ſeù conceſſa fuerint, etiam abſque conſenſu eaſdem penſiones, & fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, ac diſtributiones, & emolumenta hujuſmodi ſolvere debentium, etiamſi pluriès caſſatæ, & de novo aſſignatæ fuerint uſque ad ſummam, & quantitatem prædictam, ac aliàs cum omnibus, & quibuſcunque exemptionibus, privilegiis, decretis, clauſulis, cautionibus, vinculis, obligationibus, & cautelis, ac etiam Cenſuris, & pœnis in prioribus reſervationibus hujuſmodi conceſſis, & contentis integrè perſolven., ſervata tamen forma Conſtit. fel.rec.Innocen. PP.XI. Prædec. noſtri ſuper tranſlationibus penſionum editæ, reſervare, conſtituere, & aſſignare.

Facultas teſtandi certa forma.

§.8. Necnon: ut iidem Cappellani, & eorum quilibet de omnibus, & ſingulis Domibus, Prædiis, Poſſeſſionibus, Terris, & locis etiam Juriſdictionalibus, cæteriſque bonis immobilibus, & mobilibus, quæ tamen non ſit Altaris, ſeù Altarium Eccleſiarum ipſis Cappellanis noſtris prædictis commiſſarum Miniſterio, ſeù alicui ſpeciali earumdem Eccleſiarum Divino cultui, vel uſui deputata, ſequemoventibus cujuſcunque qualitatis, quantitatis, valoris, ſpeciei, pretii, & conditionis exiſtentibus, ac juribus, & actionibus ad eos ratione Eccleſiarum, etiam Cathedralium, & Metropolitanarum, Monaſteriorum, Prioratuum, Præpoſiturarum, Dignitatum, aliorumque quorumcunque Beneficiorum Eccleſiaſticorum cum Cura, & ſine Cura ſæcularium, & quorumvis Ordinum Regularium, quæ ex quibuſvis conceſſionibus, & diſpenſationibus Apoſtol. in titulum, Commendam, adminiſtrationem, ac aliàs quomodolibet obtinuerint, & obtinent, ac obtinebunt, ac fructuum, redditiuum, & proventuum Eccleſiaſtic. loco penſionum annuarum, penſionumque annuarum ſuper ſimilibus, fructibus, redditibus, & proventibus eis reſervatarum, & aſſignatarum, ac reſervandarum, & aſſignandarum, quos, & quas perceperint, & percipiunt, ac percipient in futurum, necnon emolumentorum quorumcunque Rom. Curiæ Officiorum, ac aliàs quomodolibet ſpectan., & pertinen., ac etiam de dictis fructibus, redditibus, proventibus, ac penſionibus annuis, necnon eorum induſtria, & labore, quomodolibet, & undecunque, licitè tamen, acquiſitis, & acquirendis, ac etiam aliàs de Muneribus, & Officiis, quæ exercuerint, & exercere contigerit, & alia quavis occaſione, vel cauſa, ſeu contemplatione ad eoſdem perventis, & perventuris, etiamſi in pecunia numerata, ac jocalibus, gemmis, aliiſque pretioſioribus rebus conſiſtant, tàm in dicta Curia, quàm extrà eam, ubique Locorum, etiam penès Beneficia ipſa exiſtentibus, (quorum omnium qualitates, & veros annuos valores, etiamſi talia forent, quæ in generali appellatione Bonorum, & ſuppellectilium non venirent, ſed ſpecialibus indigerent vocabulis, præſentibus, ac ſi ſpecificè, & ſingillatim exprimerentur, & denotarentur, pro ſufficientèr expreſſis, ac declaratis haberi volumus), ac etiam de ipſis proventibus, ac penſionibus debitis, ac debendis, ac nondùm perceptis, & exactis, etiamſi eorum ſolutionis, aut perceptionis terminis nondùm advenerit pro illa rata, quæ illis debita erit (conſtitutione declaratoria, ſuper fructibus, & pecuniis non exactis, quæ forſan ad ſucceſſores in ipſis Beneficiis ſpectare, & pertinere debeant, non obſtan.) etiam cumulativè cum quibuſvis aliis ſimilibus, vel diſſimilibus facultatibus habitis, & habendis uſque ad ſummam ducentorum Ducatorum auri ſimilium dumtaxàt, tam prò decentibus, & honeſtis impenſis funebribus, quàm etiàm pro remuneratione illorum, qui eis viventibus inſervierint, etiàm ultra ſervitii meritum, ac in ipſorum Conſanguineorum, & Affinium, ac quorumcumque piorum Locorum favorem, & uſum, & aliàs pro eorum arbitrio, & voluntate abſolutis teſtari, ac Teſtamento, Codicillis, Fideicommiſſis, Legatis, Donationibus, tàm inter vivos, quàm cauſa mortis, & aliis quibuſcunque modis, & titulis, ſcriptura etiàm minùs ſolemni, etiàm coram duobus, vel tribus Teſtibus, aut etiàm ſchedula eorum manu ſcripta, vel ſubſcripta, ac aliàs in omnibus, & per omnia, prout, & quemadmodùm eis videbitur, etiàm in ipſa Curia (non tamen extra reſidentiam) etiàm in mortis articulo, & non facta mentione præſentis, vel aliarum eis pro tempore conceſſarum ſimilium facultatum, aut quod in vim illarum teſtari, ſeù diſpo-

Exempti, et Privilegiati.

Cappellani communes Cappellę Pontificiæ.

Exempti, et Privilegiati.

Cappellani communes Cappellæ Pontificiæ.

diſponere velint, & intendant, ſemel, atque iterum, & pluries diſponere, ſtatuere, & ordinare, itaùt quidquid Teſtatum, geſtum, aùt ordinatum, ſeù aliàs ab ipſis diſpoſitum fuerit, etiàm in vim ſimplicis diſtributionis, ac aliàs omni meliori modo valeat, & ſervàri omninò debeat, ipſaque Teſtamenta, Codicillos, diſpoſitiones, ordinationes, donationes, Legata, & Statuta, etiàm pluries, & toties, quoties eis videbitur moderari, limitare, ac etiàm in totum revocare,& alia de novo condere,etiàm liberè, & licitè valeant, plenam, & liberam concedimus facultatem.

Decedentibus ab inteſtato, hæredes ſuccedunt in bonis ad Cam. devolven.

§.9. Statuentes, nihilominus, & ordinantes, eiſque pariter indulgentes, quod ſi contigerit, ipſos ab inteſtato, & ſine ulla, vel cum minus valida bonorum,& rerum, & fructuum, reddituum, & proventuum prædictorum diſpoſitione in dicta Curia, vel extra eam, ac etiàm extra ſua Beneficia, aut alia loca debitæ ab eis reſidentiæ perſonalis, etiàm nulla ſubſiſtente cauſa, ab humanis decedere, omnia, & ſingula eorum bona, res, & jura, etiàm, ut præfertur, qualificata, necnon ſpolia pro dicta ſumma, etiàm ex prædictis, & aliàs undecunque provenientia ad Cameram Apoſt., ſeù in dictis Beneficiis ſucceſſores non pertineant, ſed ad hæredes ſanguinis eorumdem integrè deveniant, & illis deficientibus inter eorum familiares arbitrio perſonæ, ſeù perſonarum, quas ad id ſcripto nominaverint, diſtribuantur, niſi de alia diſpoſitione, vel intentione eorumdem, ſcriptura etiàm minùs ſolemni, ſecus appareret, quàm tunc, vel ut efficacem ipſæ perſonæ, vel alii Judices, ſeù Executores omninò exequi, & adimplere, illique ſe ſe conformare in omnibus, & per omnia debeant.

Clauſula ſuppletoria.

§.10. Et nihilominùs quæcunque hujuſmodi Teſtamenta, Donationes, Legata, diſpoſitiones, & alia forſan aliàs ab ipſis, etiàm nulla, aùt minùs ſufficienti facultate ſuffultis de hujuſmodi bonis, juribus, actionibus, fructibus, pecuniis, jocalibus, aliiſque rebus ſupradictis, etiàm in favorem Conſanguineorum, & Affinium prædictorum, & aliàs quomodolibet facta cum omnibus indè ſequutis, ac etiàm ea, quæ per ipſos in futurum quomodolibet fient ex nunc, proùt ex tunc, & è contra pro dicta ſum. 200. Ducat. dumtaxàt approbamus, & confirmamus, omneſque, & ſingulos juris, & facti, ac ſolemnitatum omiſſarum, & omittendarum, necnon ſubſtantiales, alioſque defectus quoſcunque, ſi qui intervenerint in eiſdem, etiàmſi tales ſint, vel fuerint, quod ſpecialis, & ſpecifica de ipſis mentio habenda eſſet, ſupplemus.

Contrariorū ampliſſima derogatio.

§.11. Non obſtan. præmiſſis, ac Lateranen. Concilii noviſſimè celebrati de certo Notariorum numero, etiamſi ad illum nondùm deventum fuerit, cui per hoc aliàs derogatum non intendimus, ac de conſenſu præſtando in penſionibus, & quibuſvis aliis, etiàm per Nos, & Sedem prædictam quomodolibet editis, & in futurum edendis Cancellariæ Apoſt. regulis, & ſtylo in ſimilibus hactenùs ſervato, & piæ mem. Alexandri PP. VI. etiàm Prædec. noſtri tertiam partem bonorum Eccleſiaſticorum Cameræ prædictæ deberi, inter alia diſponen.; necnon ejuſdem mem. Bonifacii PP. VIII., etiàm Præd. Noſtri, per quam Conceſſiones de fructibus in abſentia percipiendis, ſine præfinitione temporis fieri prohibentur, ac quorumvis aliorum Rom. Pontific. Præd. Noſtrorum, & quibuſvis aliis Apoſt., ac in Univerſalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtit., & ordinat., necnon legibus Imperialibus, & aliis etiàm municipalibus, tàm Urbis, quàm quarumvis aliarum Civitatum, & Locorum, in quibus Cives originarii creati ſunt, ac quarumvis Eccleſiarum, Monaſteriorum, Ordinum, & Hoſpitalis prædicti, necnon quorumvis Collegiorum, & Officiorum dictæ Curiæ, ac Regnorum, Provinciarum, & Urbis, & aliarum Civitatum, & Locorum, ac prædictæ Cameræ, etiàm juramento, confirmatione Apoſt., vel quavis alia firmitate roboratis ſtatutis, & Conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, etiàmſi de illis ſervandis, & non impetrandis literis, Apoſt. contra ea, nec etiàm ab alio, vel aliis impetratis, aut aliàs quomodolibet conceſſis utendo, ipſi Cappellani per ſe, vel eorum Procuratores præſtiterint, forsàn hactenùs, vel in poſterum eos præſtare contigerit juramentum; privilegiis quoque Indultis, & literis Apoſt. dictis Eccleſiis, Monaſteriis, Ordinibus, Hoſpitali S. Jo: Hieroſolymitani, illorumque Præſulibus, ſeù Adminiſtratoribus, & Superioribus, ac Magiſtris, Præceptoribus, Prioribus, Militibus, etiàm Antianis, Capitulis, & Conventibus, Civitatibus, & locis, aliiſque Perſonis, etiàm particularibus, necnon Archiepiſcop., Epiſc., & aliis locorum Ordinariis, etiàm ejuſdem S.R.E. Cardinalibus, ac dictæ Cam. Officialibus, illorumque Collegiis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiàm derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis per quoſcumque Rom. Pontif. Præd. Noſtros, ac Nos, & Sedem prædictam, etiàm conſiſtorialiter, etiàm de ejuſdem S. R. E. Cardinalium conſilio, ac per modum ſtatuti, & Conſtit. perpetuorum, ac Motu, & ſcientia paribus, deque Apoſt. Poteſtatis plenitudine, ac ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, Marchionum, & aliorum Principum inſtantiam, ſeù illorum contemplatione in genere, vel in ſpecie, aut aliàs quomodolibet etiàm iteratis vicibus conceſſis, confirmatis, & innovatis, & in poſterum, conceden., confirman., & innovan., etiàmſi in illis, ac ſtatutis, & ſtabilimentis prædictis caveatur expreſsè, vel tacitè, quod Urbis, non niſi originariis Civibus Romanis, ac Civium eorumdem filiis; Aliarum verò partium Beneficia, non niſi per perſonas illuſtres, ſeù nobiles, ac etiàm Originarios Cives, aut aliàs certo modo illis expreſſo qualificatos obtineri, aut conferri reſpectivè poſſint, & nullus in Civem Urbis, aut Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & Locorum hujuſmodi admitti, ſeù illorum privilegiis uti poſſit, niſi priùs in dictis Civitatibus, Oppidis, & Locis per certum tempus habitaverit, ſeù etiàm in illis bona etiàm ſtabilia forsàn ad

cer-

certum valorem aſcendentia poſſideat, quodque Præceptoriæ, & alia Beneficia quæcunque d.Hoſpitalis S.Jo:Hieroſolymitani, tàm ex ejus inſtitutione, quàm ex ſtabilimentorum prædictorum diſpoſitione, non in titulum perpetuorum Beneficiorum conferri, ſed in Cōmendam ad Vitam Commendatariorum revocabilitèr concedi debeant, & ſic penſionibus Eccleſiaſticis, Sæcularibus, aut aliis perſonis Apoſt. auctoritate reſervandis gravari non poſſint, quodque ſtabilimentis, & privilegiis prædictis etiàm vigore clauſulæ implicitæ derogationis latiſſimè extenden., etiàm per quaſcunque Literas Apoſt., & quaſvis etiàm derogatoriarum derogatorias, efficacioreſque, & inſolitas clauſulas derogari non poſſit, uec derogatum cenſeatur, uiſi derogatio hujuſmodi de conſilio dictorum Cardinalium fiat, & tum demùm ad id Magiſtri, & Conventus prædictorum expreſſus accedat aſſenſus, ſintque literæ derogationis hujuſmodi, etiàm per dictum Magiſtrum ſubſcriptæ, ac ei, & prædicto Conventui per diverſas in forma Brevis, aut alias literas diverſis temporibus cum certis intervallis præſentatas intimata, & non aliàs, nec alio modo, & ſemper in hujuſmodi literis, quæ ſic fient, etiàm de ſimili conſilio derogationis ſit appoſita clauſula, quod illarum effectum ſortiantur de conſenſu Magiſtri, & Conventus prædictorum, & non aliàs aliter, nec alio modo; Quibus omnibus, & eorum ſingulis, etiàmſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, uon autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, ac in eis caveatur expreſſè, quod illis nullatenus derogari poſſit, quodque Clauſula implicitæ derogationis in reſcripto, etiàm Motu proprio emanato appoſita, alitèr in literis exprimi, vel extendi nequeat, illorum omnium tenores, præſentibus pro plenè, & ſufficientèr expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore, & firmitate permanſuris, hac vice dumtaxat harum ſerie in genere, & in ſpecie ad effectum præmiſſorum ſpecialitèr, & expreſſè Motu, & ſcientia ſimilibus derogamus, & derogatum eſſe decernimus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Tranſumptorum fides.

§.11. Volumùs autem, quod præſentium tranſumptis, etiàm impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorsùs ubique fides, tàm in Judicio, quàm extra illud adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, & adhiberi poſſet, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Fidei profeſſionem emittere jubet.

§.12. Quodque prædicti, antequam gratia Creationis in Notarios perfrui valeant, in manibus alicujus Perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ profeſſionem fidei, juxta articulos pridem à Sede prædicta propoſitos, emittere, & ſolitum fidelitatis juramentum omninò præſtare teneantur, & quilibet ipſorum teneatur.

Facultas teſtandi ab anteceſſore obtenta non ſuffragatur.

§.13. Cæterum volumus pariter, atque decernimus, ut ſi cui ex ſupradictis Cappellanis ſimiles teſtandi de Bonis, ac penſiones transferendi facultates ab aliquo Rom. Pont. Præd. Noſtro, cui ſimile Cappellani miniſterium præſtiterint, conceſſæ fuerint præſentes literæ, illi, quoad facultates teſtandi de Bonis, & transferendi penſiones hujuſmodi minimè ſuffragentur.

Dat.

Datum Romæ apud S.M.Majorem die 18. Maii 1731. Pont. An. I.

F. Card. Oliverius.

LXXIII. CONSTITUTIO

Sanctiss. D. Nostri Domini

CLEMENTIS PP. XII.

Exempti, Et Privilegiati. Conclaviſtæ.

Gratiæ, Privilegia, & Exemptiones Conclaviſtis poſtremi Conclavis Conceſſæ.

CLEMENS PP. XII.

URBIS.

MOTU PROPRIO &c.

Ed. an. Dom. 1730. die 26. Iulii.

§.1. NOs Volentes Dilectos Filios Conclaviſtas, qui Conclavi, in quo Nos divina favente Clementia ad Summi Apoſtolatus Apicem aſſumpti fuimus, Nobis, & Ven.Fr.noſtris S.R.E. Card., uti Familiares, continui Commenſales inſervientes, interfuerunt, quique ea de cauſa labores, vigilias, & incommoda plura ſubjerunt, habita ratione obſequiorum hujuſmodi, favoribus, gratiis, & privilegiis, pro cujuſque meritis exornare, ipſoſque Conclaviſtas, quibùs hodie, ac aliis participantibus deſcriptis in Rolo, ſeù diviſione, ſubſcripto, ſeù ſubſcripta per Ven. Fratr. noſtrum Antonium Franciſcum de Valeutibus Archiepiſc. Theodoſien. nuncupat. Datarium uoſtrum, ſummam 10. mil. ſcut. auri in auro ſtamparum, ex pretio tot Officiorum vacabilium ad Nos ſpectantium gratioſè donavimus, in veros, indubitatos, & non ſictos Familiares, & continuos Commenſales noſtros, ac eos, qui ex illis Clerici exiſtunt, ſeù Militiæ Clericali adſcribi deſideraut, quoſque tres præfatæ S.R.E. Cardinales ſingulatim in quolibet Ordine antiquiores gradu nobilitate, & aliis meritis dignos tali dignitate judicaverint, in Noſtros, & Sedis Apoſt. Notarios, ſinè tamen præjudicio dilectorum Filiorum de numero participantium Notariorum, recipimus, & tam illos, quam alios Conclaviſtas ſingulos, qui ſingulatim ab iiſdem tribus Cardinalibus digni tali honore reputati fuerint, Sacri Palatii, & Aulæ Lateranen. Comites, & Milites, & tam illos, quàm omnes etiàm quoſcunque alios Conclaviſtas indiſtinctè, qui Nobiles non ſunt, Nobiles quique Urbis, vel alicujus alterius ex Civitatibus temporali dominio eidem S.R.E. mediatè, vel immediatè ſubjectis, Cives eſſe voluerint, ſingulos in ea ipſa Civitate, quam ſingillatim quiſque eorum elegerit, & ad quam ab eiſdem tribus Cardinalibus ſe admitti petierit, veros Cives ad inſtar, & ſine ulla prorsùs differentia inter eos, & ſingulos alios veros Originarios, & antiquiſſimos etiàm Nobiles, & participantes Cives ipſius Urbis,

Donatio ſcut. 10. mil. auri.

Receptio in Familiares.

In Notarios.

Creatio in Comites, Milites, & Nobiles.

Electio Civilitatis. Etiam pro hæredibus.

Exempti, Et Privilegiati.

Conclaviſtæ.

Urbis, vel Civitatis, itaut ipſum jus civilitatis ad quoſcumque illorum hæredes eodem modo tranſeat, creamus, conſtituimus, & deputamus, ac nobilitatis, & civilitatis, titulo, honore, & inſignis decoramus, aliorumque Familiarium, & continuorum Commenſalium nobis actu in Palatio noſtro Apoſt. inſervientium, ac in illius Tinello comedentium, & bibentium, ac noſtrorum, & Sedis præfatæ Notariorum Palatii, & Aulæ prædictorum Comitum, Militum, & Nobilium, ac Civium hujuſmodi Originariorum numero, & conſortio favorabiliter aggregamus, & pro veris indubitatis, & non fictis Familiaribus continuis Commenſalibus, ac Notariis noſtris, Comitibus, Nobilibus, Militibus, & Civibus deinceps haberi volumus, & reputari mandamus, eiſque, ut in quibuſcunque impetrationibus, conceſſionibus, & literis, tàm gratiam, quàm juſtitiam ſeparatim, ſeù utramque mixtim concernentibus ſe Familiares, continuos Commenſales, noſtroſque Comites, Milites, Nobiles, & Cives, etiàm Originarios nominare poſſint, nec propterea impetrationes, conceſſiones, & literæ hujuſmodi ſubreptionis vitio ſubjaceant, ſed validæ, & efficaces exiſtant, ac ex nunc deinceps in perpetuum omnibus, & quibuſcunque, ac prorsùs ſimilibus antelationibus, prærogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, declarationibus, derotionibus, mandatis, ſuſpenſionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, indultis, ac juribus, quibus alii noſtri Familiares tempore dictæ aſſumptionis noſtræ ad Summi Apoſtolatus Apicem, ac quibus alii ejuſdem Sedis Notarii, etiàm de numero participantium exiſtentes, etiamſi habitum, & Rocchettum Notariorum ipſius Sedis non deferant, Palatiique, & Aulæ præfatorum Comites, Milites, Nobiles etiàm originarii, ac antiquiſſimi Cives ejuſdem Urbis, vel Civitatis, quam ut præfertur, elegerint, quique ex utroque Parente verè Nobili, & Cive originario, & antiquiſſimo procreati de jure, ſtatuto, conſuetudine, vel aliàs ex aliquo ſpeciali privilegio, ſeù aliàs quomodolibet, etiàm quoad aſſecutionem quorumcunque Beneficiorum Eccleſiaſticorum, etiàm per quaſcunque Literas, ſeù Conſtitutiones Apoſtolicas pro tempore editas utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, ubique locorum in judicio, & extrà, ſinè tamèn eorumdem Notariorum, de numero participantium præjudicio, uti, frui, potiri, & gaudere, liberè, & licitè, valeant, realiter, & integrè in omnibus, & per omnia, etiàmſi in Urbe, & Civitate hujuſmodi non habitaverint, perindè acſi de verè nobili genere, & ex utroque parente nobili originario, ac antiquiſſimo Cive procreati forent, & hujuſmodi prærogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores, conceſſiones, indulta, & jura, quæ pro aliis Nobilibus, & Civibus originariis emanarunt, & quæ ratione nobilitatis, & civilitatis naturalis, & originariæ aliis competunt, pro eiſdem Conclaviſtis in ſpecie emanaſſent, ſeù emanarent, & eis naturaliter de jure, ſtatuto, conſuetudine, fundatione, vel aliàs competerent, auctoritate, & tenore ſimilibus indulgemus.

Communicatio Privilegiorum Familiarium, & Protonotariorum.

Exemptio ab habitatione in Civitate.

A gabellis, & decimis aliiſque oneribus exceptis Decimis impoſitis in ſubſidium expeditionis contra Turcas.

§.2. Ac Conclaviſtas præfatos à ſolutione, & exactione quarumcunque decimarum, non tamen decimarum ſubſidiorum, & onerum in ſubſidium expeditionis contrà Turcas, & Orthodoxæ Fidei hoſtes impoſitarum, & impoſitorum, & cujuſcunque pedagii, ſubſidii, gabellæ, & cujuſcunque oneris ordinarii, & extraordinarii ubique locorum, & ex quacunque, quantumvis urgentiſſima, & inexcogitabili cauſa, & occaſione, etiàm ad inſtantiam Imperatoris, Regum, & Rerumpublicarum, etiàm Venetæ, & aliorum quorumcunque Principum impoſitorum, & imponendorum pro tempore ex nunc, prout ex tunc, & è contra, & poſtquam caſus hujuſmodi impoſitionis, & ſolutionis evenerit, liberamus, & eximimus, liberoſque, & exemptos fore, & eſſe decernimus; diſtrictius inhibentes dilectis Filiis nunc, & pro tempore exiſtentibus ejuſdem S. R. E. Camerario, Theſaurario, Præſidentibus, Clericis, ac quibuſcumque aliis Officialibus Cam. noſtræ Apoſt., ac Exactoribus decimarum, præterquàm decimarum ſubſidiorum, & onerum in ſubſidium expeditionis contra Turcas, & Orthodoxæ Fidei hoſtes, ut præfertur impoſitarum, & impoſitorum, necnon cujuſcunque pedagii, ſubſidii, gabellæ, & aliorum, ut præfertur, impoſitorum onerum hujuſmodi, ac aliis perſonis cujuſcunque Eccleſiaſticæ, vel Sæcularis Dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtentibus, nec eos ad aliquam ſolutionem cogere, ſeù compellere, aut ſuper præmiſſis, eorumque uſu, poſſeſſione, vel quaſi directè, vel indirectè quovis quæſito colore, vel ingenio moleſtare, vel aliàs quomodolibet impedire quoquomodo præſumant, necnon eiſdem Conclaviſtis, quod bona quæcumque ad ipſos, & eorum quemlibet ſpectantia, & per eos etiàm ratione quorumcunque beneficiorum Eccleſiaſticorum, cum Cura, & ſine Cura Sæcularium, & quorumvis Ordinum, & Militiarum, atque Hoſpitalium quorumcunque Regularium, necnon Canonicatuum, & Præbendarum, ac Dignitatum quorumlibet per eos aliàs obtentorum, & obtinendorum, aut aliàs quomodolibet, & quovis quæſito colore, vel ingenio, ſeù eorum induſtria, legitimè tamen, & aliàs licitè acquiſita, & acquirenda, etiam in dicta Urbe, ejuſque diſtrictu, ac ubique exiſtentia, ſpoliis minime ſubjaceant, ſed Conclaviſtæ præfati etiàmſi Religioni alicujus Militiæ, non tamen S. Jo: Hieroſolymitani adſcripti, & in ea expreſsè profeſſi fuerint, de illis in favorem quarumcunque perſonarum de jure tamen capacium, etiàmſi Curiales eſſe deſierint, & in quocunque loco, quantumvis remoto, etiàm extra eorum propriam reſidentiam eos decedere contigerit, teſtari, vel aliàs diſponere, iiſque ab inteſtato decedentibus, legitimi eorum hæredes quicumque ſuccedere liberè, & licitè valeant, ſimili modo concedimus, & indulgemus, præcipientes, & mandantes eiſdem præfatæ S. R. E. Camerario, Theſaurario, Præſidentibus, Clericis, & qui-

Exemptio à Spoliis cum facultatibus Teſtandi exceptis Equitibus S. Joannis Hieroſolymitani.

buſvis

buſvis aliis ſpoliorum hujuſmodi Collectoribus, & Subcollectoribus, ac Militiarum, non tamen dicti S. Jo: Hieroſolymitani prædictarum Receptoribus, Officialibus, aut Prioribus, & quibuſvis aliis perſonis, tàm Sæcularibus, quam Regularibus, etiàm cujuſvis Militiæ, & cujuſvis gradus, ſtatus, ordinis, & præeminentiæ, etiàmſi ſpeciali nota digni exiſtant, nè in hujuſmodi bonis manus apponant, neque hæredes præfatorum Conclaviſtarum deſuper moleſtare audeant, ſeù præſumant: ac etiàm decernentes donationes, etiàm per viam Teſtamenti, & Codicillorum per ipſos Conclaviſtas, de eorum bonis hujuſmodi faciendas, ſemper, & perpetuò validas, & efficaces fore.

Facultas conceſſa etiam Equitibus cujuſcumque Militiæ retinendi penſiones ad ſummam ducatorum 200.

§. 3. Ac cum eiſdem Conclaviſtis etiam in Militia Sancti Joannis Hieroſolymitani, & in quavis alia Militia expreſsè profeſſis, quod ratione quarumcunque penſionum annuarum eis, & eorum cuilibet ſuper quorumvis beneficiorum Eccleſiaſticorum, ac etiam Menſarum Epiſcopalium, Archiepiſcopalium, Abbatialium, necnon Dignitatum quarumcunque, ac Monaſteriorum, etiam per ejuſdem S. R. E. Cardinales ad præſens obtentorum, & in poſterum quomodolibet obtinendorum fructibus &c., ac etiam diſtributionibus quotidianis, non tamen ultra ſum. 200. duc. auri de Cam. pro quolibet eorum nunc, & pro tempore reſervatarum, & aſſignatarum, ac reſervandarum, & aſſignandarum habitum, & tonſuram Clericalem geſtare, & in illis, dummodo aliàs ipſi habitum decentem, & honeſtum, ac per Milites præfatos geſtari ſolitum deferant, incedere minimè debeant, nec ad id à quoquam deſuper cogi, ſeu compelli, minuſque aliquas Sententias, Cenſuras, nec etiam privationis, ſeù caſſationis ipſarum penſionum pœnas occaſione præmiſſorum incurrere poſſint, ſed eaſdem penſiones uſque ad præfatam ſummam ducentorum ducatorum hujuſmodi aſcendentes, & reſervatas, & in poſterum reſervandas, ut præfertur, etiamſi Matrimonium quoad Milites alicujus Militiæ, videlicet cum Militia compatibile jam contraxerint, vel poſt hac contrahere voluerint, cum unica, & Virgine tantum recipere, & quoad vixerint, & quilibet eorum reſpectivè vixerit, retinere liberè, & licitè valeant, de ſpecialis dono gratiæ diſpenſamus: & inſuper Conclaviſtis præfatis, & eorum ſingulis, ut quicunque Loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, vel Cathedralium, ſeù duarum inſignium Urbis Collegiatarum Eccleſiarum, aut perſonæ aliæ quæcunque Eccleſiaſticæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, tàm in Romana Curia, quàm extrà eam, ad id per eos, & eorum ſingulos eligendi, ſeù eligendæ, quaſcunque penſiones annuas eis, & eorum ſingulis ſuper quibuſcunque fructibus &c., juribus, obventionibus, & emolumentis univerſis, certis, & incertis quarumcunque Menſarum Epiſcopalium, Archiepiſcopalium, & Abbatialium, ac etiam diſtributionibus quotidianis, etiam ratione ſervitii, & mercedis Dignitatum, Canonicatuum, & Præbendarum, cæterorumque aliorum quorumcunque beneficiorum Eccleſiaſt. cum Cura, & ſine Cura Sæcularium, & quorumvis Ordinum Regularium, non tamen per S. R. E. Cardinales obtentorum reſervatas, ſeu reſervandas, ſeu fructus &c. hujuſmodi beneficiorum reſervatos, ſeu reſervandos, etiam ſi ſemel, vel pluriès translatæ, ſeù translati fuerint, uſque ad ſummam 100. duc. auri de Camer. ſimilium in toto, vel in parte, ac in una, ſeu pluribus vicibus, ac etiam in mortis articulo caſſare, & extinguere, ac poſtquam caſſatæ, & extinctæ fuerint, alias ſimiles penſiones annuas, ſeù fructus &c. hujuſmodi uſque ad ſummam præfatam 100. duc. uni, vel pluribus aliis perſonis Eccleſiaſticis, vel etiam Clericali charactere, tunc temporis nondùm inſignitis, cum clauſula tamen ex tunc, prout poſtquam dicto charactere ritè inſigniti fuerint, ſeù aliàs penſionum, ſeù fructuum hujuſmodi capacibus per eoſdem Conclaviſtas, & illorum ſingulos nominandos, etiam quæcunque, quotcunque, & qualiacunque beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, & expectantibus ſimilitèr, eis quoad vixerint, vel eorum Procuratoribus legitimis, eiſdem modo, & forma, quibus eiſdem Conclaviſtis reſervatæ, ſeù reſervati erant, etiam abſque beneficia hujuſmodi obtinentium conſenſu, integrè perſolvendas, & per eos propria auctoritate percipiendas, exigendas, & levandas, aut percipiendos, exigendos, & levandos, reſervare, conſtituere, concedere, & aſſignare poſſint, itaut præfati translatarii in quaſi poſſeſſione penſionis, ſeù fructus &c. hujuſmodi exigendi, in qua ipſi Conclaviſtæ tempore translationis, per eos vigore præſentium faciendæ exiſtebant, in omnibus, & per omnia ſubrogati eſſe cenſeantur, concedimus, & indulgemus, etiamſi ſimilem gratiam à Rom. Pontificibus Prædec. noſtris, aliàs forsàn obtinuerint, ſeu quilibet eorum obtinuerit, tàm vigore aliorum privilegiorum Conclaviſtarum, quàm ex quocunque alio Indulto, & privilegio, quorum effectum per hanc novam gratiam, & conceſſionem impedire nolumus, ſed cumulative conceſſam, & conceſſas eſſe volumus, itaut quilibet eorum cumulativè, & ampliativè præfatis facultatibus præſentibus, & præteritis privilegiis hac in re conceſſis uti, frui, & potiri poſſint.

Exempti, Et Privilegiati.

Conclaviſtæ,

Facultas transferendi penſiones uſque ad ſum. 100. duc.

Etiam in non Clericos.

Abſque neceſſitate deferendi habitum, & Tonſuram Clericalem.

Cumulativa ſimilium gratiarum.

§. 4. Decernentes novas reſervationes, Conſtitutiones, conceſſiones, aſſignationes, & translationes penſionum, ac fructuum &c. prout hujuſmodi, ut præfertur, faciendas, ex nunc, poſtquam factæ fuerint, plenam roboris firmitatem obtinere, ipſaque beneficia ſuper quorum fructibus &c., aliiſque hujuſmodi reſervatæ fuerint obtinentes ad illas perſolvendas efficaciter obligatos fore.

§. 5. Necnon Conclaviſtis præfatis, qui Sancti Joannis Hieroſolymitani, ſeù cujuſvis alterius Militiæ Regularis, etiam expreſsè profeſſi ſunt, ut etiam ſi ab eorum Conventu abſentes exiſtant, dummodò tamen quinquennalem, ſeù aliam debitam reſidentiam in Conventu fecerint, & conſueta ſervitia præſtiterint, quorumcunque beneficiorum Eccleſiaſticorum, ac quarumvis penſionum, & Com-

Conceſſio Antianitatis Equitibus.

Commendarum eorum Militiæ, ſeù Religionis capaces exiſtant, perindè ae ſi in eadem Militia, ſeù Religione antianitatem de Juſtitia conſecuti fuiſſent ſimiliter inaulgemus.

Conclaviſtæ.

Legitimatio ſpuriorum.

§.6. Præterea eoſdem Conelaviſtas, ſi qui eorum defectum Natalium patiantur ex quocunque damnato, & illicito Coitu, etiam ſi ex Nobilibus parentibus, & vilibus fœminis procreati exiſtant, etiam ſi aliàs legitimati exiſtant, legitimamus, omnemque ab illis genituræ hujuſmodi Maculam, ſive notam abſtergimus, & abolemus, ae legitimis Natalibus reſtituimus, & cum eorum ſingulis, ut in quibuſcunque bonis Paternis, & Maternis, ac aliorum Conſanguineorum, ſeù Cognatorum, vel aliorum quorumcunque, ſine tamèn præjudicio venientium ab inteſtato, vel fideicommiſſo, ſeù aliis de jure, valida diſpoſitione, & præterquam in bonis Eeeleſiaſticis, & ab Ecclelia provenientibus ſuccedere, & illa donationis, vel alio quovis titulo conſequi, & habere, ae ad æquales portiones cum legitimis ſuccedere, eos ad omnia Jura, legitimas ſucceſſiones ex teſtamento, vel ab inteſtato, Hæreditates, legata, libertates, reſtituendo realiter, & cum effectu, ac ad Dignitates, honores, & quæcunque alia Officia Sæcularia publica, vel privata etiam aſſumi, illaque gerere, & exercere in omnibus, & per omnia, ac ſi de legitimo Matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obſtante, ſi aliud Canonicum eis non obſtet impedimentum, ut Clericali charactere, qui illo nondùm inſigniti ſunt, inſigniri, & ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines, ſi nondùm ad illos promoti ſint promoveri, ac poſtmodùm Charactere, & Ordinibus hujuſmodi, ac illorum privilegiis uti, ac in eiſdem Ordinibus, etiam in Altaris Miniſterio miniſtrare, & quæcunque, & qualiacunque cum Cura, & ſine Cura Beneficia Eccleſiaſtica, etiamſi perſonatus, adminiſtrationes, & Officia, etiam Curata, & Electiva in Cathedralibus, & Metropolitanis, vel Collegiatis Eccleſiis, ſeù ſi Parochiales Eccleſiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ, ac Canonicatus, & Præbendæ, ac Dignitates, non tamen Majores poſt Pontificalem in Cathedralibus, nec principales in Collegiatis Eccleſiis hujuſmodi fuerint, ſi eis aliàs canonicè conferantur, aùt ipſi eligantur, præſententur, vel aliàs aſſumantur ad illa, & inſtituantur in eiſdem, recipere, & dummodò plura ſimul non ſint, quàm, quæ à Concilio Tridentino permittuntur, quoad vixerint retinere liberè, & licitè valeant, ſimilitèr diſpenſamus.

Habilitatio ad ſucceſſiones, honores, ordines, & beneficia.

§.7. Ae omnes, & quoſcunque defectus, ſi qui forsàn ſint, in omnibus, & quibuſcunque proviſionibus, ae permutationibus beneficiorum quorumeunque eorumdem Conclaviſtarum, tàm ob multiplicitatem titulorum, ac ob incurſionem quarumcunque Cenſurarum, etiam irregularitatis, & ſimiliter in expeditionibus Literarum Apoſtol. ſuper illis, quàm alias ex quavis cauſa provenientes, quoad præteritum tantùm, ac ſine præjudicio Juris alicujus quæſiti, & dummodo non interceſſerit ſimoniæ labes, nee aliqua lis deſuper pendeat, ſanamus, ac proviſiones hujuſmodi vigore præſentium in utroque Foro perindè, ae ſi novas proviſiones obtinuiſſent, revalidamus, & quatenùs opus ſit, omnibus, & ſingulis Dignitatibus, & aliis cum Cura, & ſine Cura Beneficiis Eccleſiaſticis quomodolibet, qualificatis, & nuneupatis, etiam cujuſvis Ordinis Regularibus per eos reſpectivè obtentis, de novo etiam reſpectivè providemus, ac omnes, & ſingulas penſiones eis, & eorum ſingulis ſuper quorumvis Benefieiorum Eccleſiaſticorum quomodolibèt qualificatorum, & nuneupat. etiam alicujus Ordinis Regularium fructibus &c., ac etiam diſtributionibus quotidianis reſpectivè reſervatas, ſimilitèr de novo reſervamus; ipſiſque Conelaviſtis, eorumque ſingulis, quoſcunque fructus &c. Eccleſiaſticos occaſione quarumcunque Dignitatum, Canonicatuum, & Præbendarum, aliorumque Benefieiorum Eccleſiaſt. quorumcunque, & quarumcunque penſionum annuarum ipſis, & eorum cuilibet reſpectivè collatorum, & reſervatarum, tàm ex antedictis, quàm ex aliis defectibus, & occaſionibus, etiam ratione omiſſionis recitationis horarum Canonicarum, vel eorum non promotionis ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines, vel non ſuſceptionis gradus Doctoratus indebitè perceptos cujuſcunque quantitatis fuerint, gratioſè remittimus, & condonamus; ac cum eis ſuper inhabilitate, & irregularitate per eos propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo, quod Cenſuris hujuſmodi ligati, & Miſſas, & alia Divina Officia, dummodo tamen, non in contemptum clavium, celebraverint, aut aliàs in divinis ſe immiſcuerint, quodque illa, & præmiſſis eiſdem non obſtantibus, ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines, aliàs ritè, & dummodo nullum aliud alicui eorum obſtet Canonicum impedimentum promoveri, & in illis, & in ſuſeeptis per eos aliis ritè Ordinibus, etiam in Altaris Miniſterio miniſtrare liberè, & licitè valeant, diſpenſamus, quodque omnes, & quæcunque gratiæ, proviſiones, commendæ, & quævis aliæ literæ Apoſtol. proviſionum quorumcunque beneficiorum Eccleſiaſt. hujuſmodi, prout noſtris Familiaribus continuis Commenſalibus, eiſdem Conclaviſtis, & eorum cuilibet gratis dentur, concedantur, & expediantur, ac etiam literæ ipſæ in forma Brevis, tam de capienda poſſeſſione, nomine dictæ Cameræ Apoſt. quàm aliàs utl illis ſuper proviſionibus, quorumvis beneficiorum Eccleſiaſticorum dari poterunt, ſimilitèr gratis dentur, concedantur, & expediantur, ae dari, concedi, & expediri omninò debeant, etiam præcipimus, & mandamus; ae eiſdem Conelaviſtis, & eorum cuilibet, ut alia ſimilia, vel diſſimilia indulta, privilegia, facultates, & gratias hactenùs eis, & eorum cuilibet per Nos, & Rom. Pontifices Prædeceſſores noſtros, & Sedem præfatam conceſſa in ſuo robore, & firmitate, cum præſentibus ſtare, ae illorum omnium, & ſingulorum tenores, perindè acſi de verbo ad verbum inſerti forent præſentibus haberi volumus pro expreſſis, quam in poſterùm conceden-

Sanatio defectuum proviſionum.

Remiſſio fructuum Male perceptorum.

Abſolutio ab irregularitate.

Expeditio literarum Apoſtolicarum gratis.

Confirmatio aliorum ſimilium Privilegiorum.

Digitized by Google

cedenda ſpecialia, vel generalia, quibus per præſentes, ac præſentibus per illa minimè in aliquo præjudicare intendimus, itaut quotcunque, & qualiacunque fuerint, unum alteri derogare non cenſeantur, ſed eos, & eorum quemlibet illis ſimul, ac cum præſentibus prædictis eumulativè, vel ſingularitèr, prout eiſdem Conclaviſtis, & eorum euilibet magis expediens videbitur, frui, & gaudere poſſe decernimus, dummodò tamen præſentibus non adverſentur, ſimilitèr concedimus, & indulgemus.

Exemptio à regiſtratione in Camera.

§.7. Poſtremò eoſdem Conclaviſtas, eorumque aliquem ad præſentem Motum Proprium, ſeù literas ſuper præſentibus, ſi videbitur, conficiendas in dicta Camera inſinuandum, aut admitti, & regiſtrari petendum minimè teneri, nec illum, ſeù illas, etiamſi Motus Proprius, & literæ hujuſmodi infra legitimum tempus inſinuatus, admiſſus, & regiſtratus non fuerit, ſeu illæ inſinuatæ, admiſſæ, ſeu regiſtratæ non fuerint, propterea minus validum, ſeù validas cenſeri, ſed ſuos plenarios effectus ſortiri debere, ac Motum Proprium, & literas hujuſmodi, & in eis contenta quæcunque ſub quibuſvis revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis ſimilium gratiarum revocatoriis, vel quæ eas limitarent, vel moderarentur, quæ à Nobis, & dicta Sede pro tempore, & ex quibuſvis cauſis etiàm urgentiſſimis, etiam in favorem fidei, ac Divini Cultus augmentum, etiam conſiſtorialitèr, vel alia quavis auctoritate hactenùs, vel in poſterum emanaverint, minimè comprehenſum, & comprehenſas eſſe, & quotiès illæ emanabunt, totiès eum, & eas in priſtinum ſtatum reſtitutum, repoſitum, & plenariè reintegratum, & reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas, ſeù reſtituendum, reponendum, & plenariè reintegrandum, & reſtituendas, reponendas, & plenariè reintegrandas eſſe cenſeri.

Comprehenſio Expeditoris in his Privilegiis.

§.8. Et inſuper cum Dilectus Filius Joſephus Ferettus Rom. literarum Apoſt. Expeditor, tamquam dictorum Conclaviſtarum Procurator in præmiſſis ſedulam pro eis operam navaverit, propterea, & aliorum meritorum ſuorum, & obſequiorum Nobis, & dictæ Sedi impenſorum intuitu, volentes ipſum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi, eidem Joſepho, licèt ipſe in Conclavi prædicto non intervenerit, nihilominus omnibus, & ſingulis ſupradictis gratiis, privilegiis, & facultatibus, immunitatibus, libertatibus, honoribus, prærogativis, præeminentiis, Indultis, exemptionibus, cæteriſque præmiſſis, non tamen quoad participationem decem millium ſcutorum auri hujuſmodi per Nos, ut ſupra, dictis Conclaviſtis donatorum, & inter eos, ut præfertur, diſtributorum, ſeù diſtribuendorum, tamquam Conclaviſta frui, & gaudere liberè, & licitè poſſit, & valeat, perindè, acſi Conclavi hujuſmodi verè, & realitèr interfuiſſet, Conſtitutionibus, Ordinationibus, cæteriſque ſupradictis, & aliis contrariis nequaquàm obſtantibus, Motu, ſcientia, & auctoritate ſimilibus, de ſpeciali gratia indulgemus.

Exempti, et Privilegiati. Conclaviſtæ.

§.9. Sicque per quoſcunque Judices, etiàm Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes ſublata eis, & eorum euilibet in quavis inſtantia aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, irritumque &c. attentari; Et inſuper Dilecto Filio Noſtro Petro San. Laurentii in Damaſo nuncupati, prædictæ S.R.E. Card. Otthobono nuncupato, ejuſdem S.R.E. Vicecancellario, & literarum Apoſt. Summatori, ac Dilectis Filiis Cam. Apoſt. Miniſtris loco Secretariorum Apoſt. ſuppreſſorum, Præſidenti Plumbi, aliiſque Officialibus, ad quos literarum præfatarum deſuper conficiendarum expeditio per viam ſecretam quomodolibet ſpectat, & pertinet, ſub pœna indignationis noſtræ Motu ſimili, & ex certa ſcientia, ac de Apoſt. poteſtatis plenitudine paribus etiàm mandamus, ut præfatas literas ſuper prædictis omnibus, & ſingulis, tam conjunctim, quàm ſeparatim pro ſingulis, quibus conceſſa fuerunt, ac ſeorſim, & ſeparatim cum omnibus, & quibuſcunque derogationibus, decretis, & clauſulis, in eis conceſſis gratis, etiàm quoad compoſitionem in Dataria Noſtra, & per eandem viam ſecretam, abſque alio mandato expediant, & expediri faciant.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

Expeditio gratioſa, & per viam ſecretam.

Confirmatio aliorum privilegiorum.

§.10. Inſuper omnia, & ſingula privilegia, gratias, & conceſſiones eiſdem Conclaviſtis, & eorum euilibet à diverſis Summis Romanis Pontificibus Præd. Noſtris hucuſque conceſſa, Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus confirmamus, & approbamus, ac de novo liberaliſſimè concedimus.

Derogatio contrariorú.

§.11. Non obſtantibus præmiſſis, ac de certo eorumdem Notariorum numero, etiàmſi ad illum non ſit deventum, ac noſtra, & Cancellariæ Apoſt. regula de præſtando conſenſu in penſionibus, & fel. rec. Pii PP. IV. de ſimilibus, & diſſimilibus gratiis in dicta Cam. intra tres menſes præſentandis, & regiſtrandis, ac Pii V. Rom. Pontif. Præd. Noſtrorum contra illegitimos, necnon Pictavien. Concilii, ac noſtris, & Cancellariæ præfatæ regulis, etiàm in craſtinum dictæ aſſumptionis noſtræ ad Summi Apoſtolatus apicem editis, & in dicta Cancellaria publicatis, ac etiàm in Univerſalibus, & Provincialibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitut., & Ordinat., ac Eccleſiarum, Monaſteriorum, Ordinum, etiàm S. Jo. Hieroſolymitani, ac etiàm Urbis Romæ, ac aliarum Civitatum, Oppidorum, & Terrarum Cam. prædictæ, & quarumvis Univerſitat., etiàm Juramento &c. roboratis Statutis, & Conſuetudinibus, Stabilimentis, Uſibus, Naturis, Decretis, & novis Reformationibus, etiàm Legibus, tàm Pontificiis, quàm Imperialibus, Regiis, & Ducalibus, & Sacris Canonibus, Privilegiis quoque Indultis, & Literis Apoſt. illis, eorumque Superioribus, & perſonis, ac locis quibuſcunque in genere, vel in ſpecie, ac eum quibuſvis derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis Clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis, etiàm vim contractus, & Statuti perpetui continentibus, ac etiàm Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, & Conſiſtorialiter, ac alias in

Exempti, et Privilegiati. Dapiferi.

in contrarium conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus &c. etiàmſi de illis &c. eorum tenores &c. illis aliàs &c. permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialitèr, & expreſsè Motu pari derogamus. Cæteriſque contrariis quibuſcumque cum Clauſulis opportunis.

Fiat Motu proprio L.

§.12. ET cum abſolutione à Cenſuris ad effectum &c.; & quod obſtantiæ etiam Beneficiales Conclaviſtarum, & ab eis ſubrogatæ hujuſmodi, ac diſpenſationes, ac Indulta habeantur pro expreſſis, ſeù in toto, vel parte exprimi poſſint in literis, & in Caſibus regulæ de inſordeſcentibus, cum opportuna illius, necnon alterius regulæ de non tollendo jure quæſito, derogatione, & quarumcunque aliarum Conſtitut. Apoſtolicarum, & Conciliorum, etiam generalium, & Statutorum, & ſtabilimentorum, uſuum, naturarum, Conſtit. Synodalium, Statutorum, & Privilegiorum Populi Romani, & Cluniacen., Ciſtercien., S. Benedicti, S. Auguſtini, & aliorum Ordinum, & Militiarum, etiam S. Joannis Hieroſolymitani, & Eccleſiis, & Monaſteriis Civitatibus, & locis, & perſonis, & dominiis temporalibus, ſub quibuſcunque verborum formis, & cum quibuſvis efficacioribus, & efficaciſſimis, & inſolitis Clauſulis, & decretis etiam Conſiſtorialibus, etiam contra Alienigenas, & alias perſonas, certis modis non qualificatas, aùt aliàs quomodolibet conceſſis, quorum tenores &c. latiſſimè, ac de verbo ad verbum, proùt ipſis Conclaviſtis, magis placuerit, exprimi poſſint, etiam cum ſuſpenſione quarumcunque gratiarum, Indultorum, quibuſvis Ordinariis collatoribus, conferendi beneficia Eccleſiaſtica, etiam reſervata & ad eorum collationem &c. pertinentia, & in omnibus, aut certis expreſſis cauſis quomodolibet conceſſis, latiſſimè extendendis, itaùt omnia tollantur: Et quod ſola præſentis Motus proprii noſtri Signatura ſufficiat, & ubique fidem faciat in Judicio, & extra, regula quacunque contraria non obſtante; Et quod præmiſſorum omnium, & ſingulorum Indultorum, conceſſionum, gratiarum, & derogationum Major, & verior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit in literis, ſi videbitur, in quibus ſingulorum Conclaviſtarum Nomina, & Cognomina, qualitates, ordines, gradus, Diœceſis, Patriæ, & cætera requiſita exprimi, & deſcribi, ſeù pro expreſſis, & deſcriptis haberi poſſint, inter eos Sacriſta, & Magiſtri Cæremoniarum Cappellæ noſtræ, nec non Secretarius Collegii eorumdem Cardinalium, & cæteri alii in notula per ipſos Magiſtros Cæremoniarum facta, & deſcripta adnotati, & deſcripti, ſi aliàs ad penſiones, & beneficia hujuſmodi habiles, & capaces fuerint, comprehendantur, & adnotentur, ſimul, vel ad partem, etiam in una, non facta mentione de alia, vel aliis, proùt videbitur, expedien.

Fides tranſumptorum.

§.13. Volumus autem, quod literarum ſuper præſentibus conficiendarum, ſeù præſentis Motus proprii Noſtri tranſumptis impreſſis, & ſigillo, ac manu alicujus perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, & etiam ſubſcriptis, eadem fides, tàm in Judicio, quàm extra illud adhibeatur, quæ originalibus literis, ſeù præſenti Motui proprio noſtro Originali adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, aùt exhibitus, vel oſtenſus foret. FIAT L.

Dat.

Dat. Romæ apud S. Petrum XVII. Kalend. Auguſt. An. I.

Nihil quia factum Principis D. Mantuanus.

Reg. lib. primo Secretorum fol. 101.

Sequuntur Nomina ipſorum Conclaviſtarum.

LXXIV. CONSTITUTIO

SANCTISS. DOMINI NOSTRI

CLEMENTIS PP. XII.

Privilegia, Exemptiones, & Indulta conceſſa Dapiferis, quæ in Conclavi ſuæ Aſſumptionis S.R.E. Cardinalibus inſervierunt.

CLEMENS PAPA XII.

URBIS.

Motu proprio &c.

Ed. an. Dom. 1730. die 16. Julii.

Exordium.

ROMANUM DECET Pontificem divinarum, ac humanarum rerum diſpenſatorem, ſumma diſpoſitione illius, qui dat gratiam, & largitur præmia conſtitutum in terris æqua lance illarum perpendere merita Perſonarum, quæ ſe Apoſt. Sedi obſequiores exhibuerunt, eaſque potioribus proſequi favoribus, ac majoribus decorare prærogativis, ut ſciant quàm liberali, benignæque Matri earum aſſiduas vigilias, & indefeſſos impenderint labores, ac in favoribus, & prærogativis ſic eis elargitis Matris venerentur liberalitatem.

§.1. Hinc eſt, quod Nos volentes dilectos filios noſtros, dum Cardinalatus honore fungebamur, ac Ven. Fr. noſtrorum S.R.E. Cardinalium Dapiferos, qui Conclavi, in quo Divina favente clementia ad Summi Apoſtolatus Apicem aſſumpti fuimus inſervierunt, quique ea de cauſa labores, vigilias, & incommoda plura ſubierunt, habita ratione obſequiorum hujuſmodi, favoribus, gratiis, & privilegiis pro cujuſcunque meritis exornare, ac eoſdem Dapiferos, & eorum ſingulos Motu proprio, non ad ipſorum Dapiferorum, vel alterius pro ipſis Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de mera liberalitate, certaque ſcientia noſtra, deque Apoſt. poteſtatis plenitudine in veros, indubitatos, & non fictos Familiares, continuos Commenſales noſtros, & eos, qui ex illis Clerici exiſtunt, ſeù Militiæ Clericali adſcribi deſiderant, quouſque tres ex præfatis Cardinalibus, in quolibet tali dignitate judicaverint, in noſtros, & Apoſtol. Sedis Notarios, ſine tamen præjudicio dilectorum filiorum de numero participantium, tenore præſentium recipimus, & tàm illos, quàm alios Dapiferos ſingulos, qui ſingillatim ab eiſdem tribus Cardinalibus digni tali hono-

Receptio in Familiares.

In Notarios.

re

Creatio in Comites, Milites, & Nobiles.

re approbati fuerint Sac. Palatii, & Aulæ Lateranen. Comites, & Milites, ac tàm illos, quàm alios omnes quoſcunque Dapiferos indiſtinctè qui Nobiles non ſunt, Nobiles quoque Urbis, & alicujus alteriùs ex Civitatibus temporali dominio dictæ Rom. Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubjectis Cives eſſe voluerint ſingulos in ea ipſa Civitate, quàm ſingillatim quiſque eorum elegerit, & ad quam ab eiſdem Cardinalibus ſe admitti petierit veros Cives adinſtar, & nulla prorſus differentia inter eos, & ſingulos alios veros, originarios, & antiquiſſimos, & Nobiles participantes Cives ipſius Urbis, vel Civitatis, itaut ipſum Jus Civilitatis ad quoſcunque eorum hæredes eodem modo tranſeat, creamus, conſtituimus, & deputamus, ac nobilitatis, & civilitatis titulo, & honore, inſignimus, & decoramus, aliorumque Familiarium, continuorum Commenſalium Nobis actu in Palatio noſtro Apoſt. ſervientium, & in illius Tinello comedentium, & bibentium, noſtrorum, & Sedis Apoſt. Notariorum, Palatiique, & Aulę præfatæ Comitum, Militum, & Nobilium, & Civium hujuſmodi originariorum numero, & conſortio favorabiliter aggregamus, & pro veris, indubitatis, & non fictis Familiaribus, coutinuis Commenſalibus, ac Notariis noſtris, Comitibuſque Militibus, Nobilibuſque, ac Civibus deinceps haberi, & reputari volumus, & mandamus; eiſque in quibuſcunque impetrationibus, ac conceſſionibus, & literis tam gratiam, quàm juſtitiam ſeparatim, ſeù utramque mixtim concernentibus ſe Familiares, continuos Commenſales noſtros, & Comites, Milites nobiles, ac Cives, & originarios nominari, nec propterea impetrationes, conceſſiones, & literæ ipſæ ſubreptionis, vitio ſubjaceant, ſed validæ, & efficaces exiſtant, ac ex nunc deinceps, & in perpetuum omnibus, & quibuſcunque prorsùs ſimilibus antelationibus, antelationum prærogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, & declarationibus, derogationibus, mandatis, ſuſpenſionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, indultis, ac juribus, quibus alii noſtri Familiares tempore dictæ aſſumptionis noſtræ ad Summi Apoſtolatus Apicem, ac quibus alii ejuſdem Sedis Notarii, etiàm de numero participantium exiſtentes, etiàm ſi habitum, & Rocchettum Notariorum ipſius Sedis non deferant, Palatiique, & Aulæ præfatæ Comites, & Milites ac Nobiles originarii, & antiquiſſimi Cives ejuſdem Urbis, vel Civitatis, quam ut præfertur elegerint quicunque ex utroque Parente verè Nobili, ac Cive originario, & antiquiſſimo procreati de jure, ſtatuto, conſuetudine, vel aliàs ex aliquo ſpeciali privilegio, ſeù aliàs etiàm per quaſcunque literas, ſeù Conſtitutiones Apoſtol. pro tempore editas utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere poſſint, & poterunt quomodolibet in futurum, ubique locorum in judicio, & extra, ſine tamen eorundem Notariorum de numero participantium præjudicio, uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant realitèr, & integrè in omnibus, & per omnia, etiàmſi

Electio civilitatis. Etiam pro hæredibus.

Communicatio privilegiorum Familiaribus conceſſorum.

Exemptio ab habitatione in Civitate.

in Urbe, & Civitate hujuſmodi, non habitaverint, perindè acſi de vero nobili genere ex utroque Parente originario, & antiquiſſimo Cive procreati forent, & hujuſmodi prærogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores, conceſſiones, indulta, & jura, quæ pro aliis Nobilibus, & Civibus originariis emanarunt, & quæ ratione Nobilitatis, & Civilitatis naturalis, & originariæ aliis competunt pro eiſdem Dapiferis in ſpecie emanaſſent, ſeù emanarent, & eis naturaliter de jure, uſu, conſuetudine, fundatione, vel aliàs competerent vigore præſentium indulgemus.

EXEMPTI, ET PRIVILEGIATI. Dapiferi.

§.2. Ac ſingulos Dapiferos prędictos à ſolutione, & exactione Decimarum Eccleſiaſticarum, ubique locorum, & ex quacunque quantumvis urgentiſſima, & inexcogitabili cauſa, & occaſione, etiam ad iſtantiam Imperatoris, Regum, Rerumpublicarum etiàm Venetorum, & quorumcunque aliorum Principum impoſitarum, & pro tempore imponendarum, non tamen decimarum, ſubſidiorum, & onerum impoſitorum in ſubſidium Expeditionis contrà Turcas, & Orthodoxæ Fidei hoſtes, liberamus, & eximimus, liberoſque, & exemptos fore, & eſſe decernimus.

Necnon à Gabellis, Decimis, aliiſque oneribus exceptis Decimis &c. impoſitis in ſubſidium Expeditionis contra Turcas.

§.3. Necnon ipſis Dapiferis, eorumque ſingulis quoſcunque fructus, & proventus Eccleſiaſticos, tàm occaſione penſionum annuatim ipſis, vel eorum alicui reſervatarum, quàm ratione omiſſionis recitationis horarum Canonicarum indebitè perceptos, cujuſcunque quantitatis fuerint gratiosè remittimus, & condonamus, ac cum eis ſuper inhabilitate per eos propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo, quod cenſuris ligati, Miſſas, & alia Divina Officia, non tamen in contemptum Clavium, celebraverint, aùt aliàs in Divinis ſe immiſcuerint, ut illa, & eiſdem præmiſſis non obſtan. ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines, aliàs tamen ritè promoveri, & in illis etiam ſuſceptis aliàs ritè per eos Ordinibus, & in Altaris miniſterio miniſtrare, etiam liberè, & licitè valeant diſpenſamus.

Remiſſio fructuum male perceptorum.

§.4. Ac eoſdem Dapiferos, ſi qui eorum defectum natalium patiuntur ex quocunque damnato, & illicito coitu, etiamſi ex nobiliſſimis parentibus, ac vilibus fœminis forsàn procreati ſint, etiamſi legitimati aliàs exiſtant, legitimamus, omnemque ab illis genituræ hujuſmodi maculam, ſive notam abſtergimus, & abolemus, ac legitimis natalibus reſtituimus, ac cum eorum ſingulis, ut in quibuſcunque bonis paternis, & maternis, & aliorum Conſanguineorum, ſeù Cognatorum, vel aliorum quorumcunque, non tamen feudalibus, & emphyteuticis, aùt Eccleſiaſticis, vel ab Eccleſia acquiſitis, ac ſine præjudicio venientium ab inteſtato, vel ex fideicommiſſo, ſeù aliàs de jure valida diſpoſitione ſuccedere, & illa donationis, ſeù alio quovis titulo conſequi, & habere, ac ad æquales portiones cum legitimis ſuccedere eos ad omnia jura legitima, & ſucceſſiones ex teſtamento, vel ab inteſtato hæreditates, legata, libertates reſtituendo, & reintegrando, realitèr, & cum effectu, necnon ad Dignitates, Honores, & quæ-

Legitimario Spuriorum.

Habilitatio ad ſucceſſiones, honores, Ordines, & Beneficia.

EXEMPTI, ET PRIVILEGIATI.

Dapiſeri.

quæcunque alia Officia ſæcularia publica, vel privata etiam aſſumi, illaque gerere, & exercere in omnibus, & per omnia, ac ſi de legitimo Matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obſtan. ſi aliud Canonicum eis non obſiſtat impedimentum, ac Clericali caractere, qui illo nondùm inſigniti ſunt, inſigniri, & ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus ordines, ſi ad illos nondùm promoti ſunt, promoveri, & poſtmodùm charactere, & ordinibus hujuſmodi, illorumque privilegiis uti, ac in eiſdem Ordinibus, etiam in Altaris miniſterio miniſtrare, ac quæcunq;, & qualitèrcunq; cum cura, & ſine cura Beneficia Eccleſiaſtica etiamſi Perſonatus, Adminiſtrationes, & Officia, etiam curata, & electiva in Cathedralibus, & Metropolitanis, vel Collegiatis Eccleſiiis, ſeù ſi Parochiales Eccleſiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ, ac Canonicatus, & Præbendæ, non tamen in Cathedralibus, ac Dignitates, non tamen in eiſdem Cathedralibus poſt Pontificalem majores, nec Principales in Collegiatis Eccleſiis hujuſmodi fuerint, ſi ſibi aliàs canonicè conferantur, aùt ipſi eligantur, præſententur, vel aliàs aſſumantur ad illa, & inſtituantur in illis recipere, & dummodò plura ſimùl non ſint, quamque à Concilio Tridentino permittuntur, quoad vixerint, retinere liberè, & licitè valeant ſimilitèr diſpenſamus.

Expeditio Literarum Apoſtol. gratis.

§.5. Quodque omnes, & quæcunque gratiæ, proviſiones, Commendæ, ac præſentes, & quævis aliæ literæ Apoſt. ac etiam in forma Brevis pro illis expediendis gratis ubique expediantur, non tamen de capienda poſſeſſione nomine Cameræ Apoſt. quàm in favorem literarum Apoſt. ubi illis ſuper proviſionibus, quorumcunque Beneficiorum Eccleſiaſticorum dari poterunt, prout in noſtris Familiaribus, & continuis Commenſalibus etiam gratis dantur, ac conceduntur, ac dari, & concedi debeant præcipimus, & mandamus.

Facultas trāſferendi penſiones uſque ad ſummam 100. duc.

§.6. Ac Dapiferis præfatis, & eorum ſingulis, ut quicunque Loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanorum, aùt aliarum Inſignium Eccleſiarum, aùt Perſonæ quæcunque Eccleſiaſticæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, tàm in Rom. Curia, quàm extrà eam ad id per eos, & eorum ſingulos eligendi, ſeù eligendæ quaſcunque penſiones annuas eis, eorumque ſingulis ſuper fructibus, redditibus, proventibus, Juribus, obventionibus, & emolumentis univerſis certis, & incertis, ac diſtributionibus quotidianis quarumcunque Menſarum Epiſcopalium, Archiepiſcopalium, & Abbatialium, & Dignitatum, & Canonicatuum, & Præbendarum, cæterorumque Beneficior. Eccleſ., non tamen per S.R.E. Card. obtentorum, & in poſterum obtinendorum cum Cura, & ſine Cura, Sæcularium, aut quorumcunque Ordinum Regularium, ſeù fructus, redditus, & proventus, aliaque emolumenta, & diſtributiones hujuſmodi reſervatas, ſeù reſervatos, ac reſervandas, ſeù reſervandos, etiàmſi aliàs ſemèl, vel pluries tranſlatæ, ſeù tranſlati fuerint uſque ad ſum. 100. duc. in toto, vel in parte, ac etiàm in mortis articulo caſſare, & extinguere, ac poſtquàm caſſatç, & extinctæ fuerint alias ſimiles penſiones annuas, ſeù fructus, redditus, & proventus, & alia emolumenta, & diſtributiones hujuſmodi, uſque ad ſummam prædictam uni, vel pluribus aliis perſonis Eccleſiaſticis per eoſdem Dapiferos, & eorum ſingulos nominandis quotcunque, quæcunque, & qualiacunque Beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, & expectantibus, aliàs tamen Penſionum hujuſmodi capacibus ſimilitèr eis, quoad vixerint, vel eorum Procuratoribus legitimis eiſdem modo, & forma, quibus eiſdem Dapiferis reſervatæ, ſeù reſervati erant, etiàm abſquè Beneficia hujuſmodi obtinentium conſenſu, integrè perſolvendas, ſeù perſolvendos, & per eos percipiendas, exigendas, levandas, ac percipiendos, exigendos, levandos, reſervare, conſtituere, & aſſignare valeant, ipſique Translatarii in poſſeſſionem dictas penſiones exigendi, in qua ipſi Dapiferi tempore tranſlationis per eos vigore præſentium faciendæ exiſtebant, in omnibus, & per omnia ſubrogati eſſe cenſeantur etiàm concedimus, & indulgemus, etiàmſi ſimilem gratiam à Præd. Noſtris aliàs forſan obtinuerint, ſeù quilibet eorum obtinuerit, cujus effectu cumulativè eos gaudere, & potiri volumus.

Cumulativa ſimilium gratiarum.

Facultas retinendi penſiones ad ſummam 200. ducatorum, abſque neceſſitate deferendi habitum, & tonſuram Clericalem, & in ſtatu Conjugali.

§.7. Decernentes ipſas tranſlationes, & novas reſervationes, conſtitutiones, & aſſignationes penſionum, ſeù fructuum, redditùum, proventuum, aliorumque hujuſmodi plenam roboris firmitatem obtinere, ipſaque Beneficia, ſuper quorum fructibus, redditibus, & proventibus reſervatæ fuerint, obtinentes ad illas perſolvendas efficaciter obligatos fore.

§.8. Ac eiſdem Dapiferis, ut ratione quarumcunque Penſionum eis, & eorum cuilibet ſuper quibuſcunque Beneficiis Eccleſiaſticis, ut præfertur, vel aliàs quomodolibet qualificatis, non tamen ultrà ſummam 200. ducat. auri de Cam. pro quolibet nunc, & pro tempore reſervatarum, & reſervandarum, habitum, & tonſuram Clericales geſtare, & in illis dummodò ipſi habitum decentem, & honeſtum deferant, incedere, minimè debeant nec ad id à quoquam cogi, ſeù compelli, minuſque aliquas ſententias, aut cenſuras etiàm privationis, ſeù ceſſationis ipſarum Penſionum incurrere poſſint, ipſæque Penſiones ad præfatam ſummam 200. duc. aſcendentes, & reſervatas, ut præfertur, etiàmſi matrimonium contraxerint cum unica tantùm Virgine recipere, & retinere.

Exemptio à Spoliis cum facultatibus teſtandi, exceptis Equitibus S. Ioannis Hieroſolymitanis.

§.9. Poſtremò quod bona quæcunque ad dictos Dapiferos, & eorum quemlibet ſpectantia, & per eos, etiàm ratione quorumcunque Beneficiorum Eccleſiaſticorum, etiàm Canonicatuum, & præbendarum, ac Dignitatum quarumcunque per eos aliàs obtentorum, & obtinendorum, aut aliis quomodolibet, & quovis quæſito colore, vel ingenio, ſeù eorum induſtria, legitimè tamen, & licitè acquiſita, & acquirenda, etiàm in Urbe, ejuſque Diſtrictu, & ubicunque exiſtentia Spoliis minimè ſubjaceant, ſed ipſi Dapiferi etiàmſi Religioni alicujus Militiæ, non tamen S. Jo: Hieroſolymitani adſcripti fuerint, de iis in favorem quarumcunque perſonarum de Jure tamen ca-

Digitized by Google

capacium; etiàmſi Curiales eſſe deſierint, & in quocunque loco, quantumvis remoto, eos decedere contigerit teſtari, & aliàs diſponere, eiſque ab inteſtato decedentibus, eorum hæredes quicunque ſuccedere liberè, & licitè valeant, ſimili modo concedimus, & indulgemus.

Cameralesſuper hujuſmodi bonis hæredes non moleſtent.

§.10. Præcipientes, & mandantes dilectis Filiis nunc, & pro tempore exiſtentibus S.R.E. Camerario, Theſaurario, Præſidentibus, Clericis Cam. noſtræ Apoſt., ac quibuſcunque aliis Spoliorum hujuſmodi Collectoribus, ac Militiarum præfatarum Officialibus, aut Procuratoribus, nè in hujuſmodi bonis manus apponant, neque Hæredes dictorum Dapiferorum deſuper moleſtare audeant, ſeù præſumant.

Exemptio à regiſtratione in Camera.

§.11. Ac etiàm decernentes Donationes, etiam per viam Teſtamenti, & Codicillorum per ipſos Dapiferos de eorum bonis hujuſmodi, ſervatis de Jure ſervandis, faciendas ſempèr, & perpetuò validas, & efficaces fore, nec eoſdem Dapiferos, eorumque aliquem ad literas ſuper præſentibus conficiendas in dicta Cam. inſinuandum, aut admitti, & regiſtrari faciendum teueri, nec illas, etiàmſi intra tempus legitimum inſinuatæ, admiſſæ, ſeù regiſtratæ non fuerint, propterea minùs validas

Clauſulę pręſervativæ.

cenſeri, ſed ſuos plenarios eſtectus ſortiri debere, eaſdemque præſentes, & in ea contenta quæcunque ſub quibuſvis limitationibus, revocationibus, ſuſpenſionibus, modificationibus, decretis, Conſt. Apoſt. ſimilium gratiarum revocatoriis, vel quæ eas limitarent, aut moderarent, quæ à Nobis, & dicta Sede pro tempore, & de quibuſvis cauſis, etiàm urgentiſſimis, etiàm in Divini Cultus augmentum, etiàm conſiſtorialiter, vel aliàs quavis auctoritate hactenùs, vel impoſterum emanaverint, minimè comprehendi, ſed quotiès illæ emanabunt toties in priſtinum ſtatum repoſitas, & reintegratas eſſe, & cenſeri.

Clauſula ſublata, & Decretum irritans.

§.12. Sicque per quoſcunque Judices, etiàm Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, in quavis Cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Mandat expediri gratis.

§.13. Et inſuper Dilectis Filiis Reſcribendario, & Computatori Collegio Scriptorum Literarum Apoſt., aliiſque, ad quos earundem Literarum expeditio ſpectat in virtute S. Obedientiæ, & ſub poena indignationis noſtræ, Motu, Scientia, & Poteſtatis plenitudine ſimilibus mandamus, eaſdem præſentes, & forſan alias Literas, ſuper præmiſſis omnibus etàm conjunctim, quàm diviſim, ac pro ſingulis quibuſcunque derogatiouibus, Decretis, & clauſulis in eis contentis, gratis de Mandato noſtro ubique, in omnibus officiis, etiàm Abbreviatorum, Sollicitatorum, Secretariorum, ſeù illorum ſuppreſſorum loco, Miniſtrorum Cam. Apoſt., Plumbi, & Regeſtri abſque aliqua pecuniarum exactione, etiàm per viam compoſitionis facien., omni contradictione, & dilatione ceſſantibus ſignent, expediant, & expediri faciant.

Exempti; et Privilegiati. Dapiferi.

§.14. Non obſtan. eiſdem præmiſſis, ac de certo Notariorum numero, etiàmſi ad illum non ſit deventum, quibus aliàs per præſentes non intendimus derogare, ac regula noſtra de præſtando conſenſu in Penſionibus, ac fel. rec. Pii PP. IV. Præd. Noſtri de ſimilibus, vel diſſimilibus gratiis in Cam. Apoſt., infra tres menſes præſtandis, ac regiſtrandis, ac rec. mem. S. Pii. PP. V. etiàm Præd. Noſtri contra illegitimos, ac Pictaven. Concilii, & aliis Apoſt., ac etiàm in Univerſalibus, Provincialibuſque Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus Conſt., & Ordinat., & Monaſteriorum, Eccleſiarum, Ordinum, ac etiàm Urbis Romæ, & aliarum Civitatum, Oppidorum, & Terrarum, aut Cam. præfatæ, ac quarumvis Univerſitatum, etiàm juramento, confirmatione, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, Stabilimentis, Uſibus, & Decretis, ac etiam novis reformationibus, ac etiàm legibus, tam Pontificiis, quàm Imperialibus, Regiis, & Ducalibus, etiàm Sac. Canonibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſt. ſuperioribus, ac perſonis, & locis quibuſcunque in genere, vel in ſpecie ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis irritantibus, & aliis Decretis, etiàm vim contractus, & Statuti perpetui continentibus, etiàm Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac etiàm conſiſtorialiter aliàs forſan in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis inter alia diſponentibus, quod Beneficia Urbis, non niſi perionis certis modo, & forma qualificatis, & Oriundis ex certis locis, ac Trium Ordinum Militiarum expreſsè profeſſis conferri, & commendari ſoleant, quibus omnibus, etiàmſi aliàs pro eorum ſufficieuti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autèm per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeù quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſervanda foret; eorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tradita, obſervata inſerti forent præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè harum ſerie, Motu pari derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque cum clauſulis opportunis.

Derogatio contrariorum

Fiat Motu proprio L.

Abſolutio à Cenſuris.

§.15. ET cum abſolutione à cenſuris ad effectum &c., Et in Caſibus regulæ de inſordeſcentibus cum opportuna illius, necnon alterius regulæ de non tollendo jure quæſito, aliiſque neceſſariis, & opportunis derogationibus, quatenùs opus ſit, & quod Indultorum conceſſionibus, gratiarum, derogationum, aliorumque præmiſſorum omnium, & ſingulorum major, & verior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit in Literis, in quibus ſingulorum Dapiferorum nomina, & cogno-

EXEMPTI, ET PRIVILEGIATI. XII. Cong. Monaſtice.

mina, Ordines, qualitates, gradus, Diœceſes, Patriæ, & alia Requiſita exprimi, & deſcribi, ſeù pro expreſſis, & deſcriptis haberi poſſint, juxtà notulam per ipſos, ſeù eorum Deputatos confectam, ſimul, vel ad partem, etiam in una, non facta mentione de alia, vel aliis prout videbitur, expedire, & expedien. &c.

Fides Tranſumptorum.

§.16. Volumus autem, quod Literarum ſuper præſentibus conficiendarum tranſumptis, etiàm impreſſis, & ſigillo, & manu alicujus Perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, & ſubſcriptis; eadem Fides, tàm in Judicio, quàm extrà illud exhibeatur, quàm Originalibus Literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sola Signatura ſufficiat.

§.17. Volumus præterea, quod ſola præſentis Motus proprii Signatura ſufficiat, & ubique fidem faciat in judicio, & extrà illud, regula quacunque contraria non obſtante.

Fiat L.

Dat.

Datum Romæ apud S. Petrum 17. Kal. Auguſti An. I.

Reg. Libro I. Secretorum fol. 41.

Sequuntur nomina EE. DD. Cardinalium, & Dapiferorum.

LXXV. CONSTITUTIO
S. PII PP. V.

Facultas datur XII. Congreg. Regularibus alienandi eorum Bona, Cenſus creandi, Monteſque erigendi ob ſolutionem ſubſidii 400. mil. ſc. auri in auro, impoſiti ſuper omnibus bonis earumdem Cong. earumque Monaſteriorum, & correſpectivè conceditur eiſdem, eorumque Bonis, Exemptio à decimis, & taxa Seminariorum.

Ed. An. Dom. 1570. die 19. Martii, impr. in antiq. bull. an. 1579. Conſtit. 121. pag. 169., in vet. la 127. pag. 1115. tom. 2., & in Bullar. Caſſinen. Conſtit. 193. pag. 203. tom. 1.

Has exemptiones confirmarunt Clem. VIII. an. 1595. in Conſt. Cum Superiore. prout in ſeq., necnon an. 1609. in Conſt. Cum nobis., Paul. V. an. 1620. in Conſt. Nuper., Alex. VII. an. 1661. in alia Conſt. Nupèr, ac iterùm an. 1663. in Conſt. Cum inter., quas ultimas quatuor hab. in bullar. Caſſinen. Conſtit. 252. 283. 535. 540., ac ſimiliter confirmavit an. 1630. Urban. VIII. in Conſtit. Cum annis; quam habes infrà inter alias ſuper impoſitione Gabellæ Macinatus. De inſtrumentis concordiarum notavi in Calce.

Impoſitionem verò hujus ſubſidii ſc. 400. mil. hab. in bull. vet. Conſt. 126. pag. 1113. to. 2.

PIUS Epiſc. Serv. Serv. Dei ad fut. rei mem.

Exordium.

DECET, & expedit opportunè providere, ut ij, quos ad præſtanda Nobis præſentanea auxilia in hac Reipublicæ Chriſtianæ preſſura, & conflictatione, compellimur, illa quò poteſt minori incommodo conficere poſſint.

Impoſuit hic Pontifex ſubſidium 400. mil. ſcut. ſuper bonis XII. Congr. ut in bull. vet. conſtit. 126.

§.1. Cùm itaque Nos hodiè multis, maximiſque difficultatibus oppreſſi, quemadmodum Claſſis, & Copiæ, quas ad defendendos Venetos, contrà Turcas inſtituimus, in tàm gravi rerum penuria ſuſtententur, ſimulquè multis aliis imminentibus periculis occurratur, arctiſſima neceſſitate cogente, de Fratrum noſtrorum conſilio, indixerimus, ac impoſuerimus, hac una ſola vice tantùm, ſubſidium 400. mil. ſcut. auri in auro ſuper omnibus bonis, proprietatibus, fructibus, redditibus, Decimis, Cenſibus, & aliis rebus, ac Juribus Congregationum Caſinen., aliàs Sanctæ Juſtinæ de Padua, Lateranen., Montis Oliveti, Camaldulen., etiàm quoad Eremitas Camaldulen., & Montis Coronæ, Carthuſien., Sancti Salvatoris, Vallis Umbroſæ, S. Georgii in Alga, Cœleſtinorum, Ciſtercienſium Lombardiæ, Cruciferorum, & S. Hieronymi, eorumque Monaſteriorum, Prioratuum, Præpoſiturarum, Beneficiorum, & Officiorum cum Cura, & ſine Cura, necnon Menſarum, Membrorum, Grangiarum, & Locorum omnium illis annexorum, & ubicumque exiſtentium per ipſarum Congreg. Superiores, Abbates, Priores, Præpoſitos, Conventus, Capitula, & Perſonas æquata inter ipſas inſtar quartæ partis, quàm ſolvunt, fructuum ſuorum collatione, Theſaurario noſtro Generali Romæ, illorum periculis, & impenſis, & aliàs, quemadmodum inter dilectum filium noſtrum Aloyſium Tit. S. Marci Presb. Card. Camerarium noſtrum, quem ad hoc Commiſſarium, & Procuratorem noſtrum conſtituimus, & illius, ſivè illorum Procuratores conveniret integrè perſolvendum, ejuſque rei cauſa prædicto Aloyſio Cardinali Camerario, & Commiſſario noſtro liberam, & omnimodam facultatem, & poteſtatem tribuerimus, collationes, & diſtributiones in ſingulas Congregationes faciendi, cùm illis, eorumque Superioribus, & Procuratoribus, tàm conjunctim, quàm diviſim conveniendi, dequè modis, & cautionibus ſolutionis prædictæ, & aliis hoc negocium concernentibus paciſcendi, obligationes, promiſſiones, & fidejuſſiones exigendi, & viciſſim præſtandi, contractus ſuper his neceſſarios, etiam noſtro, & Cameræ prædictæ nomine ſtipulandi, & celebrandi, & ſecundùm illa, & Literas noſtras deſuper confectas, ſubſidium prædictum procurandi, cæteraque alia neceſſaria, & opportuna faciendi, & exequendi, etiamſi Mandatum exigerent magis ſpeciale, quàm expreſſum eſt, literis ſupradictis.

§.2. Nos conſiderantes dictam ſummam nulla ratione congeri, nec congeſtam debito tempore numerari poſſe, niſi de rebus, & proprietatibus Congregationum, & ipſarum locorum aliqua diſtrahantur; Proindè omnibus modis quantùm in Nobis eſt, Congregationes ſublevare, & Superiores prædictos opportuna facultate munire volentes, qua freti, vias, & conditiones utiliores conquirere, rationeſque commodiores capere poſſint, ut leviora diſpendia conſequantur; de conſilio, & poteſtatis plenitudine ſimilibus ſtatuimus, ut ſinguli Superiores prædicti ratam ſubſidii hujuſmodi ſibi contingentem, per ſua quiſque Monaſteria, Prioratus, Præpoſituras, Beneficia, Membra, Grangias, Annexa, Conventus, & loca diſtribuant, & aſſignent, diſtributam, & aſſignatam ab Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Monaſteriis, Conventibus, locis, & perſonis ſuis, etiàm per ſubtractionem rerum, & proventuum, & aliàs, uti viderint omni, & quacunque exceptione ſublata, vel impedimento ceſſante exigant.

§.3. Sed

Et modò eiſdem Congr. concedit facultatem alienandi eorum bona pro dicta ſumma corrogãda.

§.3. Sed quia de univerſo dictarum Congregationum, & locorum ſuorum proventu, ſupradicta ſumma neutiquam poterit corrogari; Nos de dictorum Superiorum fide, & probitate confiſi plenam, liberam, & abſolutam facultatem, Mandatum, & poteſtatem tribuimus ſingulis Congregationibus, & pro eis, ſuis Superioribus, ut nullius conſenſu requiſito, ac etiàm invitis, & reclamantibus particularibus Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Conventibus, & perſonis, etiam unitorum Monaſteriorum, & locorum; de omni, & quacunque proprietate, & Dominio temporali cujuſque Congregationis, & ejus Monaſteriorum, Prioratuum, Præpoſiturarum, Beneficiorum, Officiorum, Menſarum, Membrorum, Grangiarum, Annexorum, Conventuum, & Locorum prædictorum ubicunque exiſtentium Bona, Cenſus, Feuda, Livellos, & alia cujuſcunque qualitatis, & naturæ jura pro confectione quantitatis, quæ ad complementum ſupradictæ ſummæ 400. mil. ſcut. neceſſaria erit dumtaxàt, tàm conjunctim, quàm diviſim poſſeſſa, ad longum, & longiſſimum tempus repræſentata, etiàm pecunia locare, ſivè in Emphyteuſim, ſivè aliàs ad unam, duas, vel plures generationes, & ſeù nominationes, ſivè etiàm in perpetuum concedere, ſivè cum aliis permutare, ac etiàm liberè, vel cum pacto redimendi, & etiàm de bonis, & rebus unius, ſeù plurium Monaſteriorum, & locorum, etiàm ejuſdem Civitatis, vel Provinciæ, etiamſi Caſtra, Juriſdictiones, & alia hujuſmodi minùs utilia exiſtant, proùt Superioribus cujuſque Congregationis magis expediens videbitur, vendere, ac quocumque alio modo, & titulo alienare, & prætereà omnia, & quæcunque bona feudalia, Emphyteutica, vel aliàs Cenſibus, Penſionibus, & recognitionibus erga ſe obnoxia pretio liberare, & extinguere, & ſi ipſis, ſivè univerſis, ſivè proùt cuique tangit, ſingulis Superioribus utiliùs videbitur, ſeù placuerit, unum, vel plures Montes ab aliis gravaminibus omninò liberos, immunes, & exemptos, dictam ſum. 400. mil. ſcut. ſimùl non excedentes, cujus, ſeù quarum portiones, ſeù loca vacabilia non ſint, & aliàs aliorum Urbis Montium inſtar, cùm omnibus, & quibuſcunque privilegiis, exemptionibus, gratiis, & facultatibus, & Indultis ſingulis Montibus prædictis, & eorum perſonis in genere, & in ſpecie conceſſis, & quæ, ac ſi ad verbum præſentibus inſererentur, & per eas ſpeciatim concederentur latiſſimè extendi, & concedi poſſint de, & ſuper omnibus bonis, rebus, & Juribus prædictis etiàm in ſolidum in dicta Urbe, vel alia quacumque Civitate, Provincia, vel loco ipſis commodiore, perpetuò, vèl ad tempus, etiàm cùm facultate, ſeù pacto redimendi erigere, & inſtituere, ac eis pro ipſorum dote, fructus, redditus, proventus, & Jura bonorum, rerum, & Jurium aſſignare, illaque vendere, ſeù etiàm obligare, & hypothecare, vel etiàm pignori tradere, ſeù ſuper ipſis rebus, & bonis Cenſus, aùt redditus annuos creare, & conſtituere conventiones, & pacta ſuper his cùm cautionibus, vinculis, obligationibus, etiàm alias res univerſas, & ſingulas cujuſque Congregationis pro ea parte ſibi, & ſuis locis contingente complectentibus, necnon clauſulis, & Decretis requiſitis, & opportunis inire contractus, Inſtrumenta, cæteraque neceſſaria facere, & has conceſſiones, permutationes, venditiones, liberationes, erectiones, & creationes, unam videlicèt, vel plures, etiàm ad effectum creationis, vel extinctionis, ſeù venditionis, vèl recuperationis aliarum hujuſmodi rerum invicem, ac ſemèl, & pluriès facere, & quotiès eis placuerit variare, nulla alia ſuper eis à dicta Sede petenda Licentia, vel Proceſſu in forma, ſi in evidentem, aùt aliàs formando, & habendo, aùt conſenſu, vel auctoritate Generalis Capituli requirendo.

Monteſq; erigendi ad inſtar aliorum Montium Urbis.

Et Cenſus creandi ſuper eorum bonis.

§.4. Et pro prædictorum omnium effectu per ſe, vel alium, ſeù alios ſingulos Abbates, Præpoſitos, Priores, Conventus, & Perſonas etiàm Monaſteriorum, & locorum unitorum, tàm conjunctìm, quàm diviſim ad locationes, conceſſiones, permutationes, venditiones, alienationes, liberationes, extinctiones, & alia prædicta omnia, etiàm manu Regia compellere.

§.5. Contradictores, impedientes, vel reclamantes Monaſteriis, Prioratibus, Præpoſituris, Dignitatibus, Adminiſtrationibus, & Officiis, proùt ſibi videbitur deponere ad futura inhabiles efficere, excommunicationis, aliiſque Cenſuris, & pœnis innodare, interdictum Eccleſiaſticum apponere, auxiliumque brachii Sæcularis invocare, cæteraque in prædictis, & circà ea neceſſaria, & opportuna facere, & exequi valeant, etiamſi talia contingerint, quæ licentiam, facultatem, aùt mandatum exigant magis ſpeciale, quàm præſentibus eſt expreſſum.

§.6. Verum quia Congregationum prædictarum Procuratores, qui hic ſunt, mandatum ad prædicta ſpeciale non habent, quin etiàm nonnullarum Procuratores, vel hinc abſunt, vel omnino non ſunt, & præſens neceſſitas urget hæc quamprimùm faciendi.

§.7 Nos defectum hujuſmodi noſtra auctoritate ſupplere volentes, ſupradictis Procuratoribus, etiam nomine illarum Congregationum, quarum Procuratores hic deſunt, & pro ea parte illis tangente dumtaxàt, vocatis tamèn eorum loco aliquo, vel aliquibus Abbatibus, Superioribus, aùt aliis Præſidentibus ſuorum locorum, qui hic ſunt, tàm conjunctìm, quàm diviſim Montis erigen., fructus aſſignan., loca, ſivè portiones vendendi, vel pignori apponen., res, & bona uſque ad prædictam ſummam, & prò cujuſque rata dumtaxat obligandi, cæteraque prædicta ad hunc effectum facien., & exequen. liberam, & abſolutam licentiam, & authoritatem tribuimus, eaque ſi fient, poſtquàm facta fuerint, illud idem robur habere, ac univerſis, & ſingulis, ad quos res pertinebit, perindè ſuffragari debere volumus, ac ſi in ſuis Capitulis Generalibus, & aliàs ſervatis omnibus, quæ de Jure, & juxtà Statuta, Conſuetudines, Privilegia, & Indulta ſingularum Congregationum prædictarum ſervari deberent, omninò ſervarentur.

Et ſupplet ad hujuſmodi effectum defectus Mandatorum Procuratorum dd. Congreg.

Exempti, et Privilegiati.

XII. Cong. Monaſticę.

§.8. Supplentes ex nunc prædictos, & quoſcunque alios Juris, & Facti defectus, ſi qui intervenerint in iiſdem.

Exemptioneſque concedit à ſolutione decimarum, & taxa Seminarii.

§.9. Cæterùm, ut Congregationes prædictæ tanto ponderi ſubjectæ, aliis futuris aliquo pacto alleventur, Motu, & ſcientia ſimilibus, earum ſingulas, & ipſarum Superiores, Abbates, Priores, Præpoſitos, Fratres, Capitula, Conventus, & Bona omnia ſupraſcripta, præſentia, & futura cujuſcunque qualitatis, quantitatis, valoris, & naturæ, & ubicunque exiſtentia ab omnibus, & quibuſcunque Decimis univerſalibus, & particularibus, etiàm ad Imperatoris, Regum, Dominii Venetorum, & aliorum inſtantiam, & ex quibuſcunque cauſis, etiàm prædicta longè majoribus, urgentioribus, & neceſſariis de cætero imponendis, & prætereà ab omni contributione, collatione, & taxa pro Collegiis Seminariorum Eccleſiaſticorum, tam ordinaria, quam Apoſt. auctoritate in quocunque loco facta, & impoſita huc uſque, & deinceps quandocunque facien., & imponenda eximimus, & liberamus, & ſi quocunque modo ad illa de facto cogerentur, dictam Cameram eos defendere, cauſamque univerſam in ſe ſuſcipere, judicatum ſolvere, & ad ea omninò teneri edicimus.

§.10. Volumuſque prædicta omnia, necnon locationes, conceſſiones, permutationes, venditiones, alienationes, liberationes, erectiones, creationes, conſtitutiones, & quæcunque alia, quæ præſentium auctoritate fient, perpetuò conſiſtere, & quoſcunque, illa concernent in futurum, omni, & quocunque ipſorum effectu, & commodo pacificè gaudere, ſingulaſque ſuper ſingulis locationibus, & aliis prædictas literas, ſeù earum confirmationes, & alias diſpoſitiones, ſingulis illas petituris gratis ubique concedi, & etiàm in forma Brevis per Secretariam noſtram Secretam expediri debere.

Clauſulę pręſervativæ.

§.11. Decernentes eadem præmiſſa, & quæcunque in vim prædictarum literarum fient, nullis unquam temporibus, ſivè ex ſimilibus, ſivè aliis quibuſcunque cauſis, etiàm ad prædictorum inſtantiam, aut Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, necnon conſiſtorialiter revocari, ſuſpendi, alterari, immutari, aut aliàs illis in aliquo derogari, nec ſub ullis revocationibus, ſuſpenſionibus, alterationibus, aliiſque contrariis diſpoſitionibus compræhendi, ſed ſemper ab illis excepta, & quotieſcunque emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtituta, & de novo conceſſa eſſe, ac quibuſcunque intereſſe habentibus ſuffragari; ſicque per quoſcunque Judices Ordinarios, & delegatos, etiàm S.R.E. Cardinales, in quavis cauſa, & inſtantia; Sublata eis quavis

Decretum irritans.

aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere, necnon irritum, & inane quidquid ſecùs, ſivè per eoſdem, ſivè per quoſcunque alios ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.12. Et nihilominus omnibus locorum Ordinariis, quos ſivè plures, ſivè ſingulos, univerſi, vel ſinguli Superiores prædicti duxerint erigendos, per Apoſt. Scripta, Motu ſimili mandamus, ut quoties pro parte Superiorum prædictorum, aut alicujus iſtorum, tàm conjunctim, quàm diviſim fuerint requiſiti, quiſque videlicet per ſe, vel alium, ſeù alios præſentes, ubi, & quando opus fuerit ſolemnitèr publicantes, eiſque in prædictis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra illas, earum vigore facien. diſtributiones, aſſignationes, locationes, conceſſiones, venditiones, liberationes, erectiones, creationes, conſtitutiones, & exemptiones, ac alia omnia prædicta cum omnibus indè ſecuturis, firmitèr obſervari, ac ſingulos, quos illa concernunt, & concernent in futurum eis pacificè frui, & gaudere. Non permittentes quemquam contrà eos quomodolibet impediri, vèl moleſtari; Contradictores quoſlibet per cenſuras, & pœnas prædictas, cæteraque juris, & facti remedia opportuna, omni, & quacunque appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiàm ſupraſcripto auxilio brachii Sæcularis.

Derogatio contrariorū.

§.13. Non obſtant. fel. rec. Bonif. VIII. de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, & Symmachi, Pauli II., Pauli IV., aliorumque Rom. Pontif., & noſtris aliiſque Conſtit., & Ordinat. Apoſt., ac Congregationum, Monaſteriorum, Conventuum, & ordinum prædictorum juramento, confirmatione Apoſt., vel quavis firmitate aliàs roboratis, Statutis, & Conſuetudinibus, necnon teſtamentis, donationibus, legatis, fideicommiſſis, aliiſque diſpoſitionibus, & contractibus, de bonis, rebus, & juribus ſupradictis in favorem ipſarum Congregationum, Monaſteriorum, locorum, & Ordinum quomodocunque factis, illorum alienationes, immutationes, aut alias conditiones fieri ſpecialiter, & expreſsè prohibentibus; ac in eventum alienationis, immutationis, aut alterius diſpoſitionis Pia, aut alia loca, etiàm plura, ordine ſucceſſivo ipſo facto ſubſtituentibus, vel illa ad hæredes redire omninò volentibus, ac aliàs in contrarium quomodolibet conditis, ac quocunque vinculo firmatis, quodque aliquibus communiter, vel diviſim à prædicta ſit Sede indultum, quod ad præſtationem, & ſolutionem aliquam minimè teneantur, nec ad id ullatenus, aut niſi per Capitula generalia, & cauſis in eis prius propoſitis, maturèque diſcuſſis compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari poſſint per literas Apoſt. non facientes plenam, & expreſſam, & ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & quibuſlibet aliis privilegiis, exemptionibus, indulgentiis, & literis Apoſt. generalibus, vel ſpecialibus, quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel omninò inſerta earum, & per ipſas attributæ facultatis, & auctoritatis effectus, & executio impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus ad verbum habenda eſſet in noſtris literis mentio ſpecialis; Quæ omnia, & alia quæcunque effectum prædictum impedientia, aut impedire volentia omninò tollimus, & abrogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

§.14. Quia

Fides tranſumptorum.

§.14. Quia verò difficile nimis eſſet præſentes, quocunque illis opus erit, perferre, volumus ut earum exemplis, etiàm impreſſis, manu Notarii publici, & perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, ejuſque Curiæ Sigillo obſignatis, eadem illa prorſus fides in Judicio, & extrà illud ubique locorum adhibeatur, quæ illis ipſis præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sanctio pœnalis.

§.15. Nulli ergo &c. Si quis autem &c.

Dat.

Datum Romæ apud S. Petrum An: Domini 1570. 14. Kal. Apr. Pont. An. VI.

Ego Pius Cath. Eccl. Ep.

Sequitur ſubſcriptio S.R.E. Cardinalium.

Tria inſtrumenta Concordiarum inter Rev. Cam. & XII. tunc Congreg. Monaſticas celebrata fuerunt, in quibus omnibus per viam contractus eiſdem confirmata fuerunt omnia Privilegia, Gratiæ, & Exemptiones, primum die 25. Aprilis An. 1570., ſecundum die 10 Apr. An. 1571., tertium demum 18. ejuſdem Menſis, & Anni; omnia rogata per acta Andreæ Martini Segr. Cam., quorum tenores referam in ſequenti volumine.

LXXVI. CONSTITUTIO
CLEMENTIS PP. VIII.

Confirmatio omnium Privilegiorum Immunitatum, & exemptionum à Prædeceſs. Pontif. Indultorum XII. Congregat. Monaſticis.

Ed. an. Dom. 1595. die 5. Maii impreſ. penes Tambur. de Iur. Abbat. to. 1. pag. 235.

Concordan. de Materia retuli in præcedenti Conſtitut.

CLEMENS PP. VIII. Ad fut. rei mem.

Exordium.

CUm Superiore anno, ut cariſſimo in Chriſto Filio Noſtro Rodulpho &c. in Imperatorem electo adversùs Turcas &c., opē aliquam ferremus, nonnullas Decimas &c. imponere coacti fuerimus, & ulteriùs ſubſidium 60. mil. ſcut. mon. à XII. Regularibus Congreg., quas exemptione a prædictis Decimis, aliàs illis à fel. rec. Pio PP. V. Prædeceſs. Noſtro conceſſa, gaudere voluimus, recepe- rimus: Nunc verò iiſdem, & forſan gravioribus, quàm tunc circumventi neceſſitatibus, licèt eaſdem Congregationes ab oneribus, quibus præmuntur, potiùs ſublevare cuperemus, aliud tamen ab ipſiſmet Congregationibus ſubſidium 60. mil. ſcut. auri in auro &c. iterum exigere, & recipere compellamur. Cumque Congregationes hujuſmodi 60. mil. ſcut. aur. Nobis præſtare promptè conſenſerint, Nos illud quanto cum minori fieri poterit earum incommodo, & damno ab illis recipiendum duximus; Idcircò cum à Miniſtris noſtris Cameralibus, qui negotium hoc cum earundem Congregationum Procuratoribus diligentèr diſcuſſerunt, Nobis relatum ſit, non poſſe ſummam prædictam 60. mil. ſcut. aureorum expeditiori ratione congeri, quam ſi, ut factum eſt in ſubſidio anno ſuperiori recepto, ut præmiſſum eſt, Mons Novennalis ad eam ſummam augeatur.

Hic Pontifex ſubſidium 60. mil. ſcutorum XII. Congr. indixit.

Exempti, et Privilegiati. XII. Cong. Monaſticæ.

§.1. Motu proprio &c. Congregationibus prædictis Lateranen. &c. Caſſinen. &c. Camaldulen. &c. ut &c. cum interventu Dilecti Filii Noſtri, & Cam. Apoſt. Generalis Theſaurarii, taxam aliquam inter ſe pro cujuſque ipſarum facultate reddituum annuorum conſtituere, aut aliàs ratam partem reddituum &c. novo dicto Monti applicare, quæ ſufficiens ſit pro ſumma 60. mil. ſcut. aureor. hujuſmodi, quam ab eis hoc modo recipi volumus, congreganda, factaque taxa hujuſmodi eandem Monti prædicto Novennali, ultrà alias taxas, ſeù taxam reddituum dicti Montis, quas ſingulæ dictarum Congregationum ſolvere uſq; in hunc diem obligatæ exiſtunt, aſſignare, applicare, & incorporare, ac ſuper taxa, ſeù rata, ſic facienda &c. poſtquàm &c. incorporata fuerit, totidem loca, quorum fructus ſolvuntur, prædicto Monti addere, quot pro ſumma prædicta ſcut. 60. mil. aur. congerenda neceſſaria erunt &c.

Et modò dat eiſdem facultatem adinitendi ad Montem novenalem, etiam pro hac ſumma.

§.2. Ut antem prædictæ Congr. tali oneri ſubjectæ aliqua in parte aliis, ſi quæ imponentur, in poſterùm allevientur, Motu, & ſcientia ſimilibus confirmantes, & auctoritate Apoſt. approbantes; in primis facultates, & exemptiones eiſdem Congregationibus conceſſas per fel. rec. Pium V. Præd. Noſtrum ſub dat. Romæ An. 1570. 14. Kal. Apr. Pont. ſui An. VI. earum ſingulas, & ipſarum Superiores &c. Monaſteria &c. Grancias, & Bona omnia, & ſingula tàm præſentia, quàm futura cujuſcunque qualitatis, valoris, & naturæ, & ubicunque exiſtentia, & conſiſtentia, quocunque nomine nuncupentur, ab omnibus, & quibuſcunque Decimis univerſalibus, & particularibus à Nobis, ſeù Succeſs. Noſtris quoquomodo, etiàm ad ejuſdem, vel alterius, Imperatoris, Regum &c., & ex quibuſcunque causa etiàm prædicta longè majoribus, urgentiſſimis, & neceſſariis, etiàm hic non expreſſis, & de neceſſitate exprimendis, hactenùs impoſitis, & poſthac forſan imponendis: Et præterea ab omni contributione, collatione, taxa tàm Ordinaria, quàm Apoſt. auctoritate, in quocunque loco Nobis, & Sedi Apoſt. mediatè, vel immediatè ſubjecto, ad inſtantiam Communitatum, Caſtrorum, & Oppidorum pro extinctione, & liberatione debitorum per eaſdem Communitates, & Univerſitates hactenùs contractorum, ſeù contrahendorum, in futurum imponenda liberamus.

Exemptioneſque concedit à Decimis, & taxa Seminarii.

Necnon à cōtributione debitorum contractorum per communitates &c.

§. 3. Salvis tamèn omnibus exemptionibus ab aliis ſummis Pontificib. Prædeceſsor. Noſtris dictis XII. Congreg. conceſſis, itaùt illæ, proùt ſunt, confirmatæ cenſeantur, necnon ſalvis exemptionibus, quæ de Jure dictis XII. Congregat. competunt, eaſdem quoque ſimiliter eximimus, & liberamus à quocunq; ſupplemento integræ quartæ partis fructuum ſecundùm verum valorem per dictas Congr., ex prædictarū Conſtitutionib. perſolvendo: Siquidem tamèn ultrà ſummam quam hactenùs ſolverunt, & in futurum ſolvent, prætendi à Nobis, & Succeſsoribus Noſtris, & Camera Apoſtolica poteſt, quod totum illis benigni-

Exemptiones aliàs obtentas præſervat.

Ac liberat à ſupplemento quartæ partis fructuum.

Exempti, et Privilegiati.

gnitèr condonamus, & tàm quoad præterita, quàm in futurum gratioſè in Domino elargimur.

Ob xii. filiorum numerum.

Item liberat ab onere extinguendi taxam ipſis tangen. Montis Novennalis.

§.4. Necnon ſimili modo eaſdem eximimus, & liberamus ab omni obligatione extinguendi, ſeù redimendi infrà certum tempus nondum elapſum ratam portionè ſibi tangentem dicti Montis Novennalis, ſi quæ forſan ex ipſis, tali obligatione obſtrictæ teneâtur, ex quavis conventione cum Cam. noſtra Apoſt., ſivè ejus Miniſtris, quibuſvis quacunque ex Cauſa hic non expreſſa, & forſitan de neceſſitate exprimenda; reponentes eas in priſtina ſua libertate, & facultate dictum Montem Novennalem extinguendi, quando, & quotieſcunque magis commodum fuerit, & libuerit.

§.5. Et nihilominus earum Abbates, Priores &c.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

§.6. Sicque per quoſcunque pariter ſupradictos, aut alios Judices Ordinarios, & Delegatos, etiàm S. R. E. Cardinales, ſublata iis ſimiliter, & cuilibet eorum quavis aliàs judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, definiri debere; Ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari.

Publicari mãdat.

§.7. Quo circa Camerario, & Theſaurario prædictis, & Cauſarum Curiæ Cam. Apoſt. Generali Auditori per præſentes committimus, & mandamus, quatenùs ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alios, ubi, quando, ac quoties opus fuerit, præſentes literas, & in eis contenta quæcunque ſolemnitèr publicantes, & in præmiſſis omnibus, & ſingulis efficacis defenſionis pręſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra omnia, & ſingula in præſentibus expreſſa, ac illarum vigore facienda quæcunque ab omnibus, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectare poterit, inviolabilitèr obſervari; Contradictores quoslibet per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiàm ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii Sæcularis. Non obſtante &c.

Pœnæ in contradictores.

Dat.

Datum &c. Romæ die 5. Maii 1595. Pont. Anno IV.

LXXVII. CONSTITUTIO PAULI PP. III.

Exemptiones ob numerum xii. Filiorum declarat, & alias quaſcumque revocat, quoad ſolutionem Dohanarum Urbis.

Hæc Conſtitutio declaratur per Pium IV. in ſeq. Conſtit.

Has Exemptiones ad terminos juris reduxit Paulus V. in Conſt. 11. in maximis §. 13. bul. nov. to. 3. quam hic non habes, & vide Conſt. Circumſpecta Innoc. XII. §. 8., quam habes infrà.

Exemptiones verò hujuſmodi Communitatibus Status Eccleſiaſt. concedere interdixit Clem. VIII. in Conſt. Pro commiſſa, quam habes ſup. Conſtitut. 60. pag. 96.

PAULUS PAPA III.

Motu proprio &c.

Impreſſa in bullar. veteri la 45. pa. 449. tom. 1., & in antiqu. ann. 1579. la 52. pag. 308.

Exordium.

CUm ſicut accepimus, dilecti filii Sebaſtianus de Monteacuto, & Benvenutus Oliverii, mercatores Florentini, à Nobis in Camera noſtra Apoſt. Dohanas almæ Urbis noſtræ, necnon Graſciæ, ac Ripæ, & Ripettæ, ad certum tempus nondùm finitum, & pro certa annua notabili pecuniarum ſumma, ac cum pactis, & Capitulis in inſtrumento deſuper celebrato latiùs contentis, & inter cætera quod nullus, præterquàm S. R. E. Cardinales, ac Præſidentes, & Clerici Cameræ, & qui in dictis Capitulis comprehenduntur, pro eorum uſu à ſolutione Dohanæ hujuſmodi ſit exemptus, conduxerint, nonnulli etiàm forenſes, & qui in ipſa Urbe cum eorum familia nequaquàm habitant, ſub certis coloribus, & præſertim, quod plures filios procreaverint, & quandòque numerum xii. filiorum ſuppleri, quandòque etiàm defunctos filios in dicto numero xii. connumerari ſatagentes, & nonnunquàm numerum prædictum filiorum excedere aſſerentes, & ſivè ſub prætextu paupertatis, ſivè ex aliis cauſis, & occaſionibus, etiàm per favores, & mendicata ſuffragia, exemptiones, & immunitates à ſolutione pedagii, paſſus, & gabellæ almæ Urbis prædictæ extorſerunt, & in dies extorquere quamplures nituntur, & hujuſmodi affectatas exemptiones, & pro rebus, etiàm mercimoniis, ad almam Urbem conductis, ut vendant, extendi, & ſibi obſervari debere prætendunt: quo fit, ut appaltatores prædicti contrà formam dictorum Capitulorum plures lites, & controverſias ſuſtinere, & quandòque etiàm Fiſcum noſtrum pro obſervatione Capitulorum hujuſmodi, & emendatione damnorum in judicium trahere, & non modica damna ſufferre, & expenſas ſubire cogantur: idque tandèm in noſtrum, & Cameræ noſtræ Apoſt. damnum redundare dignoſcatur, tùm ex hujuſmodi refectione damnorum, tùm etiàm, quod ceſſantibus hujuſmodi moleſtiis, niſi proventus dictæ Dohanæ diminuti, ſed illæſi, & intacti exiſterent, in futuris locationibus meliorem conditionem Cameræ prædictæ, pro ſublevandis ipſius oneribus, afferrent.

Cauſa hujus Conſtit.

Lites, & cauſas ſuper hujuſmodi Exemptionibus ad ſe advocat.

§.1. Nos itàque cupientes, quod ea, quæ placita ſunt, & dictis Appaltatoribus etiàm cum juramento promiſſa, & in inſtrumentis, & Capitulis quomodolibet, etiàm ſucceſſivè, & quandocunque cum Camera Apoſtol. initis, & celebratis contenta, inviolabilitèr obſerventur, eorumque, & Cameræ noſtræ Apoſt. prædictæ indemnitati, quantùm poſſumus, conſulere, ac nè etiàm hujuſmodi excogitatis artibus via fraudibus aperiatur, aliàſque in præmiſſis opportunè providere.

Declaratio circa exemptionem ob numerum 12. filiorum.

§.2. Motu proprio &c. ac ex certa noſtra ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine de præmiſſis certam notitiam haben., & habere teſtan., omnes & ſingulas cauſas hujuſmodi ad Nos advocantes, illaſque penitùs extinguentes, declarantesque intentionis noſtræ fuiſſe, & eſſe, quod, quoad ſolutionem dictarum Dohanarum, capitula, conventiones, & pacta

ſta cum Cam. noſtra celebrata obſerventur.

Aliam declarationem habes in seq. cōſtitut.

§.3. Exemptiones verò, & immunitates quæcunque hactenùs quomodolibet conceſſæ, pro illis dumtaxàt, qui numerum duodecim filiorum ſuperviventium habent, quouſque in communi vivunt, ac in ipſa Urbe cum eorum familiis continuò degunt, etiàm pro uſu ſolùm eorum, non autem pro mercimoniis, & aliis rebus, quæ ad ipſam Urbem, ut vendant, per eos vehuntur, ſeù vehi, & portari faciunt, paritèr obſerventur.

Revocatio aliarum exemptionum.

§.4. Omnes, & ſingulas exemptiones, immunitates, & privilegia aliàs à Nobis conceſſas, & emanata, quo ad dictas Dohanas almæ Urbis, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, revocamus, caſſamus, & annullamus, ac pro caſſis, irritis, & nullis habentes, eis nullatenùs ſuffragari.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

§.5. Sicque per quoſcunque, etiàm Sacri Palatii Apoſt. cauſarum Auditores, & S. R. E. Cardinales, & alios, etiàm Romanæ Curiæ officiales, & judices, quocumque nomine nuncupentur, & dignitate fungantur, ſublata eis, & eorum cuilibet alitèr judicandi, & interpretandi facultate, judicari, definiri, & interpretari debere; irritum quoque, & inane quidquid ſecùs à quoquam quavis auctoritate, ſcientèr, vel ignorantèr attentari contigerit, decernimus.

Executores iſtius Conſtit.

§.6. Mandantes dilecto filio noſtro Guidoni Aſcanio Sfortiæ S.R.E. Cardinali Camerario noſtro, necnon Præſidentibus, & Clericis Cameræ prædictæ, ut præmiſſa obſervent, & ab aliis inviolabilitèr obſervari faciant, & mandent.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.7. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, privilegiis, indultis, & immunitatibus, ac literis Apoſtolicis quomodolibèt deſuper conceſſis, tàm ſub plumbo, quàm per breve, & ſub quibuſvis verborum expreſſionibus, & clauſulis, etiàm fortiſſimis, derogatoriarum derogatoriis, irritantibus, & aliis decretis, ac ſingulorum, præmiſſorumque omnium, & aliorum, hic forsàn latiùs generalitèr, vel ſpecialitèr de neceſſitate exprimendorum tenores, nomina, & cognomina, qualitates, prærogativas ſingulorum in dictis privilegiis comprehenſorum, ac cauſas, & circumſtantias, & compendia, perindè ac ſi ſpecificata mentio, & individua, ac de verbo ad verbum expreſſio facta foret, & non per clauſulas generales idem importantes, pro plenè, & ſufficientèr expreſſis habentes, cæteriſque in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcunque.

Placet Motu proprio. A.

Admiſſionem, & regiſtrationem, hujus Conſtitut. ſequutam die 19. Decembris anni 1576. per acta Tydei de Marchis Secretarii Cameræ habes in ſequenti.

LXXVIII. CONSTITUT.

Exempti, et Privilegiati.

PII PP. IV.

Exemptionum ob numerum XII. Filiorum declaratio, & aliarum exemptionum quibuſcunque, præterquam piis locis conceſſarum, vel in capitulis Dohaneriorum expreſſarum revocatio, quoad ſolutionem Dohanarum Urbis.

Ob XII. filiorum numerum.

Similem declarationem, & revocationem fecit etiam Paul. III., ut in præced. Conſt., ubi notavi.

Chirographum exemptionis ob numerum XII. Filiorum, tametſi Orator XI. tantùm ſuperſtites haberet, indulſit Alex. VIII. ann. 1690. die 5. Auguſti, quod habes in Actis Antamori Secr. Camer. in Lib. Signat. pag. 535.

Ed. an. Dom. 1576. in bull. nov. la 71. to. 2. in vet. la 555. pag. 912. to. 1., & in antiq. an. 1579. pag. 680. la 154.

PIUS PAPA IV.

Motu proprio &c.

Exordium.

LIcet prænominatus fel. rec. Paulus PP. III. Prædec. noſter, rationabilibus cauſis prænarratis, præinſertum Motum proprium ediderit, nihilominus tanta eſt hominum importunitas, ut etiàm à Procuratore noſtro Fiſcali Nobis fuerit expoſitum, quod multæ ſimiles, & diſſimiles prænarratæ exemptiones poſteà tàm ab ipſomet Paulo III., quàm à Julio III., Marcello II., & Paulo IV. Succeſ. Pontificibus, & etiàm à Nobis, etiàm ſub ſignatura Motus proprii, extortæ fuerunt, undè Dohanæ Urbis, illarumque Dohanerii in eaſdem, & forsàn majores, quàm in præinſerto narrantur, difficultates, & controverſias denuò inciderunt, cùm magno etiàm noſtro, & Cameræ præfatæ præjudicio, cum omnia tandem in ipſius Cameræ detrimentum retorqueantur.

Cauſa conſtitutionis.

§.1. Nos igitur eiſdem quibus præfatus Paulus prædeceſſor, & aliis rationabilibus animum noſtrum moventibus rationibus, & cauſis, & præſertim, quia nunc multò plures ſunt ex proventibus dictarum Dohanarum in certos uſus per ipſam Cameram aſſignatæ ſummæ, ita quod nihil reſtat, undè ſummæ pro exemptionibus hujuſmodi defalcari, ſumi, ſeù detrahi poſſint, omnes, & ſingulas lites, & cauſas præmiſſorum occaſione quomodolibet in quacunque inſtantia, & coram quibuſcunque judicibus penden. ad Nos pari modo advocamus, & extinguimus; Omneſque, & ſingulas gratias per quoſcunque prædeceſſores noſtros, & etiàm per Nos quomodolibet, & ex quacunque etiàm maxima cauſa, præter expreſſas in Capitulis inter Cameram, & Dohanerios præfatos ſtipulatis conceſſas, exemptiones, immunitates, ac privilegia, quoad præfatas Almæ Urbis Dohanas, earumque Dohanarum ſolutionem, & inviolabilem obſervationem dictorum Capitulorum cum Dohaneriis præſentibus, & futuris per eandem Cameram factorum, & faciendorum, præterquàm pro Piis & miſerabilibus locis, & pro illis dumtaxàt, quibus ob numerum duodecim filiorum conceſſæ, & conceſſa fuerint, & quouſque illi ſuperſtites in communi vivent, in ipſaque Urbe cum eorum familiis continuò degent,

Revocatio exemptionum quoad ſolutionem Dohanarum Urbis quibuſcunque, præterquam Piis locis conceſſarum, vel in capitulis expreſſarum.

Exempti, et Privilegiati. R. Fabricæ Officiales.

gent, & pro rebus dumtaxàt quas aliundè (excepto vino, quod pro eorum uſu in Ripa Almæ Urbis noſtræ in barca exiſten.) comparaverint, in Urbem ipſimet ſuo ſumptu convehi facient pro ſuo proprio uſu tantùm, non autèm pro mercimoniis, & aliis rebus, quæ ad Urbem, ut vendantur per eos, ſeu per alios convehentur, ſeu quas ipſi alitèr quàm pro uſu proprio convehi, & portari facient, in cæteris autem rebus, & pro aliis perſonis, nullis prorsùs exceptis, præſentium tenore caſſamus, irritamus, annullamus, & revocamus, ac pro caſſis, irritis, & nullis habemus, haberique, & eis nullatenùs ſuffragari volumus.

Declaratio exemptionum ob numerum duodecim Filiorum.

§.2. Inſuper ſuper eo, quod res, & bona præfata, etiàm victualia, quas, & quæ immunitates præfatas habentes pro ſuo uſu velle, & eſſe dicent, debeant fieri mandata in ſcriptis ſubſcripta per Patremfamilias, ſi vivet, aùt illo defuncto per illum ex ipſis duodecim filiis, qui erit major natu, aùt qui domus regimen habebit, etiàm cum juramento atteſtari, res, bona, & victualia hujuſmodi eſſe pro eorum uſu proprio, & ad eorum inſtantiam eſſe advecta: Et quod etiàm Fachini, Geſtatores, & Barilarii, quorum opera in illis deferendis uſi fuerint, fiat ſolita fides quomodò res, bona, & Victualia præfata in ipſorum immunitatem habentium domum delata, & recondita fuerint, aliàs Dohanerii non debeant immunitates ipſas admittere, ſed conſuetam ab aliis non immunibus ſolutionem exigant: Et inſuper, quod ſi contingat aliquem ex ipſis filiis ob Prælaturam fortaſſe adeptam, vèl ob aliam quamcunque cauſam propriæ ſuæ familiæ, & ſibi inſerventium numerum augere, non debeat immunitas præfata ſuffragari pro numero perſonarum, ut præfertur, ſeù aliàs quomodolibet accreſcentium, ſed ſuffragetur, admittaturque dumtaxàt pro numero, & habita ratione perſonarum, quæ erant tempore impetratæ immunitatis: Et ſi ipſi Dohanerii alitèr, quàm, ut præfertur, immunitates ipſas receperint, pro illis quantitatibus, in quibus præmiſſa excedent, & non obſervabunt, Cameræ non teneatur eis facere aliquam remiſſionem.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

§.3. Et ſic per ipſos Camerarium, & Clericos Cameræ, & alios quoſcunque judices, etiàm S.R.E. Cardinales, in quacunque inſtantia, ſublata &c. judicari, irritumque &c. quicquid ſecùs &c. decernimus.

Executorum deputatio.

§.4. Mandantes Camerario, Præſidenti, & Clericis præfatis, ut revocationem, caſſationem, irritationem, & annullationem, ac decretum noſtrum hujuſmodi, omniaque, & ſingula alia præmiſſa, ſub indignationis noſtræ pœna obſervent, & ab aliis inviolabiliter obſervari mandent, & faciant.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.5. Non obſtan. præmiſſis Conſtit., & Ordinat. Apoſt., Privilegiis, Indultis, & Immunitatibus prædictis, tàm ſub plumbo, quàm per breve, aut aliàs hactenùs, ut præfertur, conceſſis, & in futurum, etiàm cum præſentis expreſſa derogatione, etiàm Motu proprio, & manu noſtra propria concedendis, ſub quibuſcunque verborum expreſſionibus, & clauſulis, etiàm derogatoriarum derogatoriis, irritantibus, & aliis quantumcunque fortiſſimis decretis, etiàmſi de illis pro illorum ſufficienti derogatione certa, & expreſſa forma, & individua, ac de verbo ad verbum expreſſio, ſeù inſertio facienda eſſet, illorum omnium tenores &c. pro expreſſis &c., cæteriſque in contrarium facien. quibuſcunque.

Sola ſignatura ſufficit.

§.6. Præſentis autem cedulæ ſolam ſignaturam, regula contraria non obſtan. ſufficere, & ejus exempla manu unius ex Notariis Cam. prædictæ ſubſcripta, ubique in judicio, & extrà, fidem facere, in libriſque Cam. præfatæ conſuetis regiſtrari volumus, & mandamus.

Placet Motu proprio I.

Die 19. Decemb. 1576. ſuprascripti Motus proprii fuerunt admiſſi, & regiſtrati in Camer. & die 2. Jan. 1577. affixi, & publicati.

LXXIX. CONSTITUTIO CLEMENTIS PP. VII.

Officiales Rev. Fabricæ habeantur pro veris, & non fictis familiaribus Papæ, ac gaudeant omnibus exemptionibus, & Privilegiis eorundem familiarium in Palatio Apoſtolico habitantium.

Simile Privilegium Protbonotariis Apoſtolicis de numero Participantium conceſſit Sixt. PP. V. in Conſtit. Laudabilis. poſt la 12. §. 7. in Bul. nov. to. 2. quam bìc non babes.

Familiares autem Papæ, quibus Privilegiis fruantur, & qui tales dicantur, vide in ſeqq. Conſt.

Ed. an. Dom. 1526. die 30. Novembr. & impreſ. penes Veſpignan. Privileg. R. Fabric. pag. 104.

CLEM. Epiſ. Ser. Ser. DEI. Ad perp. rei mem.

Exordium.

DUM ad aſſiduos labores, quos Dilecti Filii Collegium Præfectorum Fabricæ Baſilicæ B. Petri, nupèr per Nos erectum; Necnon Secretarius, Œconomus, Computiſta, & Mandatarius moderni Officiales ejuſdem Collegii circa eamdem Fabricam præſtare non ceſſant, debita meditatione attendimus, meritò inducimur, ut ipſos condignis favoribus proſequamur, & gratiis.

Abſolutio Cenſuris.

§.1. Hinc eſt, quod Nos Collegium, & Præfectos ipſos, eorundem ſingulares ſexaginta videlicet perſonas, etiàm Prælatos; Necnon præfatos Secretarium, Œconomum, Computiſtam, & Mandatarium, Officiales Collegii hujuſmodi nunc, & pro tempore exiſtentes, ac eorum quemlibet ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, ac à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vèl ab homine quavis occaſione, vèl cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtant, ad effectum præſentium dumtaxàt conſequendum, harum ſeriè abſolventes, & abſolutos fore cenſentes.

§.2. Motu proprio, non ad Collegii Præfectorum, perſonarum Secretarii, Œconomi, Computiſtæ, Mandatarii hujuſmodi, aùt alicujus alterius pro eis Nobis ſupèr hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, ac ex certa ſcientia, & de Apoſt. poteſtatis plenitudine Collegium, Præfectos, perſonas,

ſonas, Prælatos, Secretarium, Œconomum, Computiſtam, & Mandatarium hujuſmodi, nùnc, & pro tempore exiſtentes, necnon ſingulos Clericos, per ſingulos ex eiſdem præfectis perſonis, etiàm Prælatis, Secretario, Œconomo, Computiſtæ, & Mandatario, eorumque loco pro tempore ad infra nominandos, ſuper quo ipſis Collegio Præfectis, perſonis, etiàm Prælatis, Secretario, Œconomo, Computiſtæ, & Mandatario, & earum cuilibet per præſentes facultatem concedimus, quorum omnium, & ſingulorum nomina, & cognomina, qualitateſque, ac Civitates, & Diœceſes, ex quibus ſunt oriundi, præſentibus pro

Recipit in veros, & non fictos Familiares.

expreſſis haberi volumus, & eorum quemlibet in noſtros veros antiquos, & non fictos familiares, continuos commenſales, Apoſt. auctoritate, tenore præſentium gratioſè recipimus, & admittimus, ac aliorum antiquorum verorum, etiàm in Palatio noſtro, & illius Tinello actu comedentium familiarium noſtrorum continuorum commenſalium numero, & conſortio favorabiliter aggregamus, ac quamvis

Quamvis in Palatio non habitent, & in rotulo non ſint deſcripti.

in dicto Palatio non habitent, & in illius Tinello non comedant, & in Bulla, ſeù Rotulo deſcriptorum antiquorum, deſcripti, ſeù annotati non exiſtant: Nihilominus veros, & indubitatos familiares, continuos commenſales antiquos noſtros exiſtere, & ubique cenſeri debere, & ut tales in quibuſcumque impetrationibus, ſeù concesſionibus quomodolibet faciendis, & concedendis, ſe nominare poſſe, nec propterea eorum impetrationes, & conceſſiones alicui ſubreptionis vitio ſubjacere, ſed validas, & efficaces exiſtere, ipſoſq; Collegium, Præfectos, perſonas, etiàm Prælatos, Secretarium, Œconomum, Computiſtam, & Mandatarium hujuſmodi pro tempore exiſten-

Et eiſdem privilegiis, & exemptionibus gaudere decernit.

tes, ac per quemlibet eorum ſubrogandos, & eorum quemlibet, omnibus, & ſingulis, ac illis prorſus ſimilibus antelationum prærogativis, conceſſionibus, mandatis, exemptionibus, decretis, gratiis, favoribus, privilegiis, declarationibus, & indultis, etiàm quoad expeditionem literarum, & gratiarum expectativarum, quibus alii noſtri familiares continui Commenſales antiqui, etiàm ante tempus, & tempore aſſumptionis noſtræ ad Summi Apoſtolatus apicem Nobis immediatè actu ſervientes, & pro tempore deſcripti de jure, vel de conſuetudine utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

§.3. Sicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis, per quoſcumque Judices, etiàm S.R.E. Cardinales, & Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, tam in Romana Curia, quàm extra eam in quibuſvis Cauſis pro tempore motis, & quavis Inſtantia judicandum fore ſublata eis, & eorum cuilibet aliter interpretandi, & judicandi facultate, & auctoritate, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, Motu, ſcientia, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus decernimus, & declaramus.

Tranſumptorum Fides.

§.4. Præterea volumus, & auctoritate Apoſt. decernimus, quod tranſumptis præſentium manu publici Notarii ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem Fides adhibeatur, quæ eiſdem originalibus, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ, adhiberetur; Quodque pro prædictis omnibus, & ſingulis communiter, vel diviſim, dummodò, quod de gremio ipſius Collegii, aut ejus Officiales, ſeù modo præmiſſo ſubrogati exiſtant duo Deputati, ac Secretarius Collegii hujuſmodi pro tempore per Cedulam eorum manu ſubſcriptam fidem fecerint, Literæ Apoſtolicæ ſuper omnibus, & ſingulis gratiis, conceſſionibus, & indultis præmiſſis opportunè expedire poſſint.

Exempti, et Privilegiati.

Familiares Papæ.

Sanctio pœnalis.

§.5. Nulli ergò &c. Si quis autem &c.

Dat.

Datum Romæ apud Sanct. Petrum Anno Dom. 1526. prid. Kal. Decembr. Pont. An. IV.

Adverte, quod hæc Privilegia, quoad pretenſam exemptionem ab oneribus Cameralibus, & Communitativis revocata fuerunt per Conſt. revocatorias Exemptionum, ſignantèr Innoc. PP. XII., quæ hodiè ſervatur, & ita etiam reſolvit S. C. B. R., ut referam in ſeq. Volum.

LXXX. CONSTITUTIO

SANCTISSIMI D. NOSTRI DOMINI

CLEMENTIS PP. XII.

Conceſſio Privilegiorum, & Exemptionum pro nonnullis ſuis Familiaribus.

Qui intelligantur Familiares S. R. Pontificis, vide in ſeqq. Conſt.

Eorum Privilegia, & Exemptiones præſervantur in Conſt. San. Mem. INNOC. XII. Exemptionum revocatoria, quam habes infrà.

Ed. an. Dom. 1730. die 25. Novembris.

CLEMENS PAPA XII.

Nomina familiarum SS. D. N. recenſentur.

VEN. Fr. Sinibaldo de Auria Patracen., Cubiculi noſtri Præfecto, Carolo Majella Emeſſen., Literarum noſtrarum in forma Brevis, quæ ad Principes ſcribuntur, Secretario, ac Franc. Antonio de Valentibus Theodoſien. Archiepiſcopis, Datario, Nicolao Auguſtino de Abbatibus Oliverio Porphyrien., Sacrarii noſtri Præfecto, & Nicolao Albini Leucen. Epiſcopis, Eleemòſynario ſecreto, ac dilectis Filiis Marcello Paſſeri Arianen., Auditori, Paulo Folti Forolivien., Pincernæ, Gregorio Aureli Peruſin., Jacobo Leoni Romano, Veſtiario, Dominico Palazzi Mediolanen., Cajetano Lemer Romano, Gaſpari Aldecoa Pampilonen., Joſepho Levizzani Mutinen., Notarum Arcanarum Secretario, Franciſco Landi Placentin. Provinciæ Bononien., Petro Ludovico Jacquet Leodien., Dominico Volpi Baren., Antonio Leprotti Mutinen., Medico ſecreto, Cubiculariis intimis, ſeù ſecretis, & Donato Mariæ Antinori Florentin., Fratri Militi Magnæ Crucis, ac Bajulivo Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani, Marchionibus Alexandro Gregorio Capponi, Forerio majori, Philippo Aſtalli, & Andreæ Maidalchini Romanis, itidem Cubiculariis ſecretis, Franciſco Mariæ Spannocchii Senen., Subdatario, Angelo Belli Camerinen., Architriclino, Petro Valerii Romano, Laurentio Sbatti Sabinen., Cajetano Panici Ugentin., Franciſco Cajetano Diverſini Romano, Joanni Barba Neapolitan., Thomæ Alexio de Rubeis Neritonen., & Venantio Philippo Pierſanti Camerinen., Cappellanis ſecretis, Caje-

T ta-

Digitized by Google

Exempti, et Privilegiati.

Familiares Papæ.

tano Cardoni Romano, & Horatio Antonio Battari Veliternen., Clericis ſecretis, & Joſepho Mariæ Cardoni Lucen., Antonio Civile, Carolo Sciampagna, Joanni Giandotti, Petro Pozzi Romanis, & Joanni Orbicciani Lucen., Cubiculi noſtri Adjutoribus, necnon Donato Antonio Civitella Beneventan., Magiſtro Domus noſtræ, & Antonio Durani Palatii noſtri Apoſt. Ratiocinatori, Montisflaſconen. reſpectivè Civitatum, vel Diœceſum, Clericis, ſeù Presbyteris, vel Laicis, Familiaribus, continuis Commenſalibus noſtris Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Exordium.

Circumspecta Romani Pontificis gratiarum diſpenſatoris providentia devotos, & fideles ſuos, illos præſertìm, qui grata familiaritatis obſequia jugiter ei impendunt, ac quos ad id aliàs propria virtutum merita commendant, honoris, & famæ amplioribus præconiis, ac præclaris dignitatum titulis decorare, & ornare, necnon ſpecialis benevolentiæ favoribus amplecti ſolet, proùt perſonarum qualitatibus conſpicit convenire.

Abſolutio à Cenſuris.

§.1. Hinc eſt, quòd Nos ad grata familiaritatis obſequia, quæ vos, qui etiàm continui commenſales noſtri exiſtitis, & quilibet veſtrum Nobis hactenùs impendiſtis, & adhùc ſollicitis ſtudiis impendere non deſiſtitis, necnon ad vitæ, ac morum honeſtatem, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus perſonas veſtras etiàm familiari experientia juvari percepimus, condignam rationem habentes, ac propterea eaſdem perſonas veſtras peculiaris favore gratiæ, ac ſpecialis honoris, & excellentiæ dignitatis titulo ſublimare volentes, Voſque, & quemlibet veſtrum à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtitis, ad effectum præſentium dumtaxàt conſequen., harum ſeriè abſolventes, & abſolutos fore cenſentes.

Receptio in Notarios Sanctæ Sedis.

§.2. Motu proprio, non ad veſtram, vel alterius pro vobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de mera liberalitate, & certa ſcientia noſtris, ac de Apoſt. poteſtatis plenitudine, Vos, & quemlibet veſtrum reſpectivè in Noſtros, & Sedis Apoſt. Notarios (ſine tamen præjudicio dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium) Apoſtolica auctoritate tenore præſentium recipimus, ac Sacri Palatii, & Aulæ Lateranen. Comites, necnon Auratæ Militiæ Equites, ac Nobiles Romanos, & Urbis Romæ, ac Civitatum Avenionen., Bononien., Ferrarien., & Beneventan., omniumque, & ſingularum aliarum Civitatum, Terrarum, & Locorum Romanæ Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubjectorum Cives, cum omnibus juribus, juriſdictionibus, prærogativis, & inſignibus debitis, & conſuetis creamus, & conſtituimus, ac in numerum, & conſortium aliorum Noſtrorum, & ejuſdem Sedis Notariorum, necnon Palatii, & Aulæ hujuſmodi Comitum, Equitum, & Nobilium Romanorum, aliorumque Civium Civitatum, & Terrarum prædictarum referimus, & conſcribimus; Vobiſque, etiamſi Habitum, & Rocchettum Notariorum dictæ Sedis juxtà decreta Lateranen. Concilii noviſſimè celebrati non deferatis, aut Civitates hujuſmodi non incolueritis, nec unquam in eiſdem Civitatibus domicilium habueritis, ut omnibus, & quibuſcumque privilegiis, & facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, gratiis, & indultis, quibus cæteri omnes Notarii noſtri, etiàm de numero participantium, ac Comites, Equites, & Nobiles (citrà tamèn exemptiones à Sacro Concilio Tridentino ſublatas, itaùt nedùm quoad criminalia, ſed etiàm quoad civilia ſubjaceatis Ordinariis, ac citrà facultates legitimandi, ad gradus promovendi, Notarios, ſeù Tabelliones creandi, aliaque hujuſmodi privilegia à Notariis, & Comitibus præfatis prætenſa, itaùt illis nullibi uti valeatis, ac irritum, & inane exiſtat quidquid ſecus per vos, aùt quemlibet veſtrum reſpectivè attentari contigerit) necnon Cives originarii, etiàm in dignitatum, beneficiorum, & officiorum Eccleſiaſticorum, & ſæcularium, etiàm ex perſonis Romanorum Civium originariorum vacantium aſſecutione, & exercitio tàm in Urbe, quàm in omnibus, & ſingulis Civitatibus prædictis, & aliàs ubique locorum, & gentium, necnon ſeſſionum, & conventuum utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non ſolùm ad eorum inſtar, ſed pariformitèr, & æquè principalitèr; ac ſi privilegia, facultates, exemptiones, gratiæ, & indulta hujuſmodi pro vobis emanaſſent, uti, potiri, & gaudere, ac in omnibus, & ſingulis Apoſt., aliiſque literis, inſtrumentis, & ſcripturis publicis, & privatis deinceps nomine veſtro conficiendis Notarios, Comites, Equites, & Nobiles, ac de nobili genere ex utroque parente procreatos, necnon Romanæ, & aliarum Civitatum, & Terrarum Cives, proùt libuerit, vos inſcribere, & illis ſubſcribere valeatis, ac pro veris, & non fictis Notariis, Comitibus, Equitibus, & Nobilibus, ac Civibus habeamini, nihilque, qualecumque illud fuerit, cum iis ſubſcriptionibus ſubreptitium, vel obreptitium, aùt invalidum, ſed illud idem efficax in omnibus cenſeatur; necnon honoris cauſa inſignia Gentis noſtræ ſivè integrè, ſivè cum veſtris reſpectivè compoſita geſtare poſſitis, proùt vobis placuerit, concedimus.

Creatio in Comites, & Nobiles Romanos, ac aliarum Civitatum.

Cum exemptione ab onere habitandi.

Ac communicatione omnium privilegiorum.

Facultas gerendi inſignia gentis Pontificiæ.

Exemptio à decimis, gabellis &c.

§.3. Et inſuper vos, veſtraque Beneficia, & Officia Eccleſiaſt. quæcumque, quotcumque, & qualiacumque, illorum fructus, res, & jura ubicumque locorum, Regnorum, & Provinciarum, necnon in Urbe, Civitatibus, Terris, & locis eidem Rom. Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubjectis conſiſtentia, prædia, domos, poſſeſſiones, & bona patrimonialia, aliaque temporalia mobilia, & immobilia, ac ſemoventia, necnon actiones, & jura præſentia, & futura cujuſcumque qualitatis, quantitatis, & naturæ, ac cujuſvis etiàm annui valoris, fructus, redditus, & proventus hujuſmodi ſint, vel fuerint, ac etiàm quæcumquæ à vobis vendenda, ac pro veſtris, & Familiarum veſtrarum uſibus emenda ab omnibus, & quibuſcumque decimis, quartis, & dimi-

Digitized by Google

dimidiis partibus, ſubſidiis, etiàm charitativis, necnon vectigalibus, portoriis, tributis, datiis, pedagiis, collectis, & quocumque alio nomine nuncupatis, angariis, perangariis, cæteriſque oneribus, & contributionibus, tàm urbanis, quàm ruſticis, ordinariis, & extraordinariis, realibus, perſonalibus, & mixtis, etiàm ratione munitionum mœnium, & pontium, portarum, & moliturarum, & mercium cujuſcumque generis, tranſitus, ſeù paſſus, & vecturæ, etiàm in aliud Territorium, ſeù Provinciam, Terra, Mari, & Flumine, necnon equorum mortuorum, ſtabulationum Militum, inſtitutionis Seminarii Eccleſiaſtici, aùt quacumque alia quantumvis gravi, & graviſſima cauſa (pro ſubventione contrà Infideles dumtaxàt excepta) nùnc, & pro tempore impoſitis, ità quod vos, & quilibet veſtrum nihil omninò horum, aùt aliorum ſimilium ſubire teneamini, nec per Cameræ Apoſtol., aùt alios Commiſſarios, ſeù vectigalium, & tributorum hujuſmodi redemptores, conductores, & exactores quocumque privilegio, exemptione, & facultate ſuſultos, aliàs quàm, ut præfertùr, valeatis coarctari (quamdiù ſervitiis noſtris inſtiteritis dumtaxàt) eximimus, & liberamus.

Exceptis dũtaxat impoſitionibus pro ſubventione con. infideles, indictis.

Durante tamen ſervitio Papæ.

Facultas retinendi incompatibilia.

§.4. Ad hæc vobiſcum, & cum quolibet veſtrum reſpectivè, ut quæcumque duo diſſimilia, vel ſimplicia ſimilia ſub ſingulis tribus tectis quarumcumque trium Cathedralium, etiàm Metropolitanarum, aùt aliarum etiàm Collegiatarum Eccleſiar. conſiſtentia, etiamſi unum ex illis omnibus cum cura, aùt dignitas etiàm major, & principalis, Canonicatus, & præbenda, perſonatus, adminiſtratio, vel officium fuerit, & ad dignitatem, perſonatum, adminiſtrationem, vel officium hujuſmodi conſueverit quis per electionem aſſumi, eique cura, etiàm juriſdictionalis immineat animarum, ſi alicui veſtrum aliàs canonicè conferantur, aut quiſque veſtrum eligatur, præſentetur, aùt aliàs aſſumatur ad illa, & inſtituatur in eis, recipere, & dummodò illa omnia (uno excepto) perſonalem reſidentiam non requirant, inſimul quoad vixeritis, retinere, necnon etiàm, quamdiù Nobis inſervieritis tantùm, in Beneficiis Eccleſiaſticis, etiàm Curatis, (non tamen Parochialibus, nec Curatis cura animarum Parochianorum) per vos pro tempore reſpectivè obtentis, etiàm de jure, ſtatuto, fundatione, vel privilegio, perſonalem reſidentiam requirentibus, etiamſi dignitates in Cathedralibus, etiàm Metropolitanis poſt Pontificalem majores, ac Collegiatis Eccleſiis hujuſmodi principales fuerint, perſonalitèr reſidere non teneamini, nec per locorum Ordinarios, aùt Eccleſiarum earundem Capitula, ſeù quoſvis alios, ad reſidendum interim in illis, inviti compelli poſſitis, omneſque, & ſingulos nihilominùs veſtrorum Beneficiorum obtentorum fructus, redditus, & proventus, durante ſervitio prædicto, cum ea integritate (diſtributionibus quotidianis dumtaxàt exceptis) cum qua illos perciperetis, ſi in eiſdem Eccleſiis, ſive locis perſonalitèr reſideretis, percipere, exigere, & levare.

Exemptio ab onere reſidẽdi, durante ſervitio, exceptis curatis.

EXEMPTI, AT PRIVILEGIATI.

Familiares Papæ.

§.5. Ac interim, vel poſtmodùm, ſi volueritis, in Romana Curia, vel extrà eam à quocumque, quem malueritis, Catholico Antiſtite gratiam, & communionem ejuſdem Sedis habente, quem duxeritis eligendum, ad omnes etiàm Sacros, & Presbyteratus Ordines aliquibus tribus Dominicis, vel aliis feſtivis diebus, etiàm extrà tempora à jure ſtatuta, proprii Ordinarii, aùt cujuſvis alteriùs licentiâ deſuper minimè requiſitâ, ſi aliàs ad id idonei reperti fueritis (ſuper quo Antiſtitis conſcientiam oneramus) promoveri, & promoti in illis, etiàm in Altaris miniſterio miniſtrare.

Facultas promovendi etiã ad Sacros Ordines à quocunque, & extra tempora.

§.6. Necnon etiamſi Presbyteri fueritis, ac dignitates, & officia obtinueritis, leges, & jura civilia, etiàm publicè in Scholis, & Univerſitatibus ſtudiorum generalium ad quinquennium dumtaxat, dummodò trigeſimum ætatis annum non exceſſeritis, audire, & ſi habiles, & ſufficientes reperti fueritis, etiàm ad Doctoratus gradum in hujuſmodi facultate vos promoveri facere, ipſaque jura, etiam publicè docere, atque Judicis, Advocati, & Procuratoris officium in Cauſis Eccleſiaſticis, & Civilibus tantùm, exercere liberè, & licitè poſſitis, & valeatis, auctoritate, & tenore prædictis de ſpecialis dono gratię diſpenſamus.

Facultas audiendi, & legendi leges Civiles.

Ac gerendi munus, Judicis, Advocati, & Procuratoris.

§.7. Liceat quoque vobis, & cuilibet veſtrum aliquem idoneum, & approbatum ab Ordinario Presbyterum Sæcularem, vel cujuſvis Ordinis Regularem in veſtrum eligere Confeſſorem, qui vita cujuſlibet veſtrum comite vos, & quemlibet veſtrum à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, & per vos incurſis, & quibus vos, etiàm Apoſt. auctoritate illaqueari contigerit, etiàmſi abſolutio Nobis, & Succeſſoribus Noſtris Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus ſpecialiter, vel generaliter reſervata exiſtat, & quorumcumque Votorum, & Eccleſiæ præceptorum tranſgreſſionibus, homicidio caſuali, manuum violentarum in quaſvis perſonas, etiàm Eccleſiaſticas (non tamen Epiſcopos, vel alios Superiores Prælatos) de præterito injectionibus, ſeù conſilii, vel favoris ad id præſtationibus, jejuniorum omiſſionibus (non tamèn recitationis horarum Canonicarum, aliorumque Divinorum Officiorum), & denique ab omnibus, & quibuſcumque aliis veſtris peccatis, criminibus, & exceſſibus, ac delictis, quantumcumque gravibus, & enormibus, etiàm talibus, propter quæ Sedes prædicta meritò conſulenda foret, videlicèt à contentis in literis die Cœnæ Domini publicari conſuetis, ſemel tantum in vita, & mortis articulo; In reliquis verò dictæ Sedi quomodocumque reſervatis, aliiſque quibuſvis caſibus ſemel in anno, confeſſionibus veſtris diligenter auditis (ſine tamen alicujus præjudicio) auctoritate Apoſt. abſolvere, & vobis pro commiſſis pœnitentiam injungere ſalutarem, necnon vota quæcumque (ultramarino, viſitationis liminum B. Petri, & Pauli Apoſt., caſtitatiſque, & Religionis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare valeat.

Facultas eligendi Confeſſarium cum poteſtate abſolvendi &c.

Exempti, Et Privilegiati.

Familiares Papæ.

Facultas transferendi quaſcunque penſiones, uſq; ad ſummam ducat. 300.

§.8. Vobiſque ulterius, & cuicumque veſtrum reſpectivè, ut quicumque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, ſeù aliarum Cathedralium Eccleſiarum, aut perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, tàm in dicta Curia, quàm extra eam ad id per vos reſpectivè coram Notario, & Teſtibus fide dignis eligendi, ſeù eligendæ, quaſcumque penſiones annuas vobis ſuper menſarum Abbatialium, ſeù Capitularium, ac Epiſcopalium, & Archiepiſcopalium, & quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura, & ſine cura ſæcularium, & quorumvis Ordinum, & Militiarum Regularium, etiàm Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani, quomodocumq; & qualitercumque qualificatorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & diſtributionibus etiàm quotidianis, ſeù illarum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta vobis nunc, & pro tempore aſſignata, & reſervata, ac aſſignanda, & reſervanda, pro ſumma videlicet 300. ducat. auri de Cam. quoad ſingulos veſtrum, quandocumque alicui veſtrum reſpectivè placuerit, ſimul, vel ſucceſſivè, in toto, vel in parte, etiàm in cujuslibet veſtrum mortis articulo caſſare, & extinguere, ac poſtquam caſſatæ, & extinctæ fuerint, alias ſimiles penſiones annuas ſuper eiſdem fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & diſtributionibus, & emolumentis, ſeù illarum loco, fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, diſtributiones, & emolumenta hujuſmodi uſque ad ſummam, & quantitatem prædictam uni, vel pluribus aliis perſonis, etiàm per vos nominandis, etiàm quæcumque, quotcumque, & qualiacumque beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, & expectantibus Clericis, ſeù Clericali charactere inſigniri volentibus, etiàm eis quoad vixerint, ſeù eorum Procuratoribus ad id ſpeciale ab eis mandatum habentibus, iiſdem modo, & forma, quibus vobis aſſignatæ, & reſervatæ, ſeù aſſignata, & conceſſa fuerint reſpectivè, etiàm abſque conſenſu, eaſdem penſiones ſolvere debentium, etiàmſi illas, vel illa aliàs caſſari, & reſervari de novo faciendi facultatem non habueritis, ac penſiones, & fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, ac diſtributiones, & emolumenta hujuſmodi, etiàm pluries caſſata, & de novo aſſignata fuerint, uſque ad ſummam, & quantitatem prædictam, etiàm literis Apoſt. ſuper reſervationibus, & aſſignationibus hujuſmodi non confectis, ac aliàs cum omnibus, & quibuſcumque exemptionibus, privilegiis, decretis, clauſulis, cautionibus, vinculis, obligationibus, & cautelis, ac etiàm cenſuris, & pœnis in prioribus reſervationibus hujuſmodi conceſſis, & contentis, necnon cum ſubrogatione in quibuſvis veſtris Juribus, etiàm quoad quaſi poſſeſſionem exigendi, in qua tunc eritis, integrè perſolvendas, ſervata tamen forma Conſtit. fel. rec. Innoc. PP. XI. Prædeceſſ. Noſtri ſuper tranſlationibus penſionum editæ, reſervare, conſtituere, & aſſignare valeant, auctoritate, & tenore prædictis de ſpeciali gratia indulgemus,

Faculas diſponendi, & teſtandi de redditibus Eccleſiaſt. uſque ad ſum. duc. ſex mil.

§.9. Necnon etiàm vobis, ut de omnibus, & ſingulis domibus, prædiis, poſſeſſionibus, terris, & locis, ac juriſdictionibus, cæteriſq; bonis mobilibus, & immobilibus, quæ tamen non ſint Altaris, ſeù Altarium Eccleſiarum vobis commiſſarum miniſterio, ſeù alicui ſpeciali earumdem Eccleſiarum Divino cultui, ſeù uſui deputata, ſeque moventibus, cujuſcumque qualitatis, quantitatis, valoris, ſpeciei, pretii, & conditionis exiſtentibus, ac Juribus, & actionibus ad vos ratione Eccleſiarum, etiàm Cathedralium, & Metropolitanarum, quibus vos forsàn præeſſe contigerit, necnon Monaſteriorum, Prioratuum, Præpoſiturarum, Dignitatum, & aliorum quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſt. cum cura, & ſine cura Sæcularium, & quorumvis Ordinum Regularium, quæ etiam ex quibuſvis conceſſionibus, & diſpenſationibus Apoſt. in titulum, commendam, adminiſtrationem, ac aliàs quomodolibet obtinueritis, obtinetis, & obtinebitis, ac fructuum, redituum, & proventuum Eccleſiaſticorum loco penſionum, ipſarumque penſionum annuarum ſuper ſimilibus fructibus, redditibus, & proventibus vobis reſervatorum, & aſſignatarum, ac reſervandorum, & aſſignandarum, quos, & quas perceperitis, percipitis, & percipietis in futurum, necnon emolumentorum quorumcumque Romanæ Curiæ officiorum, ac aliàs quomodolibet ſpectantibus, & pertinentibus, ac etiàm de dictis proventibus, fructibus, redditibus, & penſionibus annuis, necnon veſtra, & cujuslibet veſtrum induſtria, & labore quomodolibet, & undecumque, licitè tamen, acquiſitis, & acquirendis, ac aliàs etiàm de muneribus, & officiis, quæ exercueritis, & vos exercere contigerit, & aliàs quavis occaſione, vel cauſa, ſeù contemplatione ad vos perventis, & perventuris, etiàmſi in pecunia numerata, & jocalibus, gemmis, aliiſque pretioſioribus rebus conſiſtant, tam in dicta Curia, quàm extra eam ubique locorum, etiàm penes Beneficia ipſa exiſtentibus (quorum omnium qualitates, & veros etiàm annuos valores, etiàmſi talia forent, quæ generali appellatione bonorum, & ſuppellectilium non venirent, ſed ſpecialibus indigerent vocabulis, præſentibus, ac ſi ſpecificè, & ſingillatim exprimerentur, & denominarentur, pro ſufficienter expreſſis, ac declaratis haberi volumus) uſque ad ſummam ſex millium duc. auri de Camera pro unoquoque veſtrum, ac etiàm de ipſis fructibus, redditibus, & proventibus, & penſionibus debitis, & debendis (ſervatâ tamen formâ Conſt. Apoſt. jam editarum, & ſi quas deinceps edi contigerit ſuper fructibus inexactis) etiàm cumulativè, cum quibuſvis aliis ſimilibus, vel diſſimilibus facultatibus habitis, & habendis, tam pro decentibus, & honeſtis impenſis funebribus, quàm etiàm pro remuneratione illorum, qui vobis viventibus ſervierint, etiàm ultrà ſervitii meritum, ac in veſtrorum conſanguineorum, & affinium, ac quorumcumque locorum piorum favorem, & uſum, ac aliàs pro arbitrio, & voluntate veſtris, & cujuslibet veſtrum abſolutis teſtari, & teſtamento, codicillis, fideicommiſſis, lega-

ga-

Digitized by Google

gatis, donationibus tàm inter vivos, quàm cauſa mortis, & aliis quibuſcumq; modis, & titulis, ſcriptura, etiàm minus ſolemni, coram duobus, vel tribus teſtibus, aut etiàm cedula ſola manu veſtra ſcripta, vel ſubſcripta, & aliàs in omnibus, & per omnia proùt, & quomodolibet vobis videbitur, etiàm in ipſa Curia, & in mortis articulo, etiàm nulla facta mentione præſentis, vel aliarum vobis pro tempore conceſſarum ſimilium facultatum, aut quod in vim illarum teſtari, ſeu diſponere velitis, & intendatis, ſemel, atque iterum, aut pluries diſponere, ſtatuere, & ordinare, itaut quidquid teſtatum, geſtum, aut ordinatum, ſeù aliàs diſpoſitum à vobis fuerit, etiàm in vim ſimplicis diſtributionis, ac aliàs omni alio meliori modo, valeat, & ſervari debeat, ipſaque teſtamenta, codicillos, & diſpoſitiones, ordinationes, legata, & ſtatuta pluriès, ac toties, quoties vobis videbitur, moderari, limitare, ac etiàm in totum revocare, & alia de novo condere liberè, & licitè valeatis, auctoritate Apoſt. earumdem tenore præſentium plenam, & liberam concedimus facultatem.

Ab inteſtato decedentibus ſuccedant hæredes ſanguinis.

§. 10. Et inſuper ſtatuimus, & ordinamus, vobiſque indulgemus, quod ſi vos ab inteſtato, & ſine ulla, vel cum minùs valida bonorum, & rerum, ac fructuum, reddituum, & proventuum prædictorum diſpoſitione in dicta Curia, vel extra eam, tam continua, quàm interpolata inibi cujuslibet veſtrum reſpectivè manſione, ac etiàm extra Beneficia veſtra, vel alia loca debitæ à vobis reſidentiæ perſonalis, etiàm nulla ſubſiſtente cauſa, ab humanis decedatis, omnia, & ſingula bona, res, & jura, etiàm, ut præfertur, qualificata, necnon ſpolia cujuſcumque quantitatis, & valoris exiſtentia, etiàm ex prædictis, & aliàs undecumque pruvenientia, ad Cam. Apoſt., ſeù in dictis Beneficiis ſucceſſores non pertineant, ſed ad hæredes veſtri ſanguinis integrè deveniant, & illis deficientibus, inter familiares veſtros arbitrio perſonæ, ſeù perſonarum, quas ad id ſcripto nominaveritis, diſtribuantur, niſi de alia diſpoſitione, vel intentione veſtra, ſcriptura, etiàm minùs ſolemni, ſecus appareret, quam tunc velut efficacem ipſæ perſonæ, vel alii Judices, ſeù Executores omninò exequi, & adimplere, illique ſe conformare in omnibus, & per omnia debeant.

Et his deficientibus Familiares ex diſpoſitione, etiam minus ſolemni.

Diſpoſitiones quæcunque etiàm nullæ ſanantur, & ſupplentur.

§. 11. Et nihilominus quæcumque hujuſmodi teſtamenta, legata, donationes, diſpoſitiones, & alia forsàn à vobis, etiàm nulla, vel minus ſufficienti facultate ſuſſultis, de hujuſmodi bonis, Juribus, & actionibus, fructibus, pecuniis, jocalibus, aliiſque rebus ſupradictis, etiàm in favorem conſanguineorum, & affinium prædictorum, & aliàs quomodolibet facta cum omnibus indè ſecutis, ac etiam ea, quæ per vos in futurum fient, ex nunc, prout ex tunc, & è contra, prn dicta ſumma ſex mil. duc. approbamus, & confirmamus, omneſque, & ſingulos juris, & facti, ac ſolemnitatum omiſſarum, & omittendarum, necnon ſubſtantiales, alioſque defectus quoſcumque, ſi qui intervenerint, aut intervenerunt in eiſdem, etiàmſi tales ſint, vel fuerint, quod ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa de illis mentio præſentibus habenda eſſet, ſupplemus.

Exempti, Et Privilegiati.

Familiares Papæ.

Sanctio pœnalis contra moleſtantes hæredes, ac Executores teſtamentorũ &c.

§. 12. Diſtrictius inhibentes quibuſvis Archiepiſcopis, Epiſcopis, aut aliis Eccleſiarum Prælatis, necnon Cam. prædictæ Præſidentibus Clericis, ac eorum, necnon Fabricæ Baſilicę Principis Apoſtolorum de Urbe, ac Cruciatę Sanctæ, & aliis Collectoribus, & Subcollectoribus, cæteriſque cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, & conditionis exiſtentibus, etiàm quavis auctoritate, & poteſtate fungentibus, ſub excommunicationis majoris, aliiſq; Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, nè Univerſitates, Collegia, ac loca, & legatarios, hæredes, & perſonas, necnon teſtamentorum, voluntatum, & ordinationum hujuſmodi executores prędictos directè, vel indirectè quovis quæſito colore, vel ingenio moleſtare audeant quoquomodo, vel perturbare.

Clauſulę præſervativæ pro ſubſiſtentia hujuſmodi indultorum.

§. 13. Ac decernentes prædicta omnia, & ſingula, præſenteſque literas, & teſtamenta, donationes, codicillos, fideicommiſſa, legata, ordinationes, derogationes, diſpoſitiones, & alia quæcumque, necnon quæ in præmiſſis facta ſunt, aut fieri contigerit, tam vigore præſentis, quàm etiàm aliarum conceſſionum vobis factarum, & deinceps in genere, & in ſpecie faciendarum cum inde ſecutis, & ſecuturis, etiàmſi vos intrà Curiam, aut in quacumque alia Mundi parte extrà Eccleſias, & Beneficia perſonalem reſidentiam requirentia qualitercumque qualificata per vos nunc, & pro tempore obtenta, etiàm pro veſtra ſola voluntate, & nulla ſubſiſtente cauſa non reſidendi, ab humanis decedere contigerit, ſub literis rec. mem. Pii PP. IV. Prædec. pariter noſtri contra quoſcumque Epiſcopos, Archiepiſcopos, & alios Prælatos, necnon Parochialium Eccleſiarum Rectores, cæteroſque reſidentiæ perſonali prædictæ adſtrictos, extra illam quomodocumque decedentes 7. Kalen. Decemb. Pontif. ſui An. V., aut alio veriori tempore emanatis, & ſub quibuſcumque aliis Conſt. aut revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, mndiſicationibus, decretis, declarationibus Apoſt., Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, ex quibuſcumque cauſis, quantumcumque maximis, urgentibus, & inexcogitabilibus, etiàm in favorem Fidei, & Divini cultus augmentum, ac conſiſtorialiter etiàm à Nobis, & Sede prædicta hactenus, vel nunc, & pro tempore factis, & editis minimè comprehendi, ſed ſemper ab illis excepta, & quoties emanata fuerint, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum, & etiàm ſub poſteriori data, etiàm cum derogationibus, & clauſulis, etiàm derogatoriarum derogatoriis, irritantibuſque, & aliis Decretis per vos eligenda apponendis, & latiſſimè ſpecificandis repoſita, reſtituta, & plenariè reintegrata, ac de nuvo conceſſa, validaque, & efficacia fore; necnon perpetua firmitate ſubſiſtere, ſuoſque plenarios, & omnes effectus, quos de jure, ſtylo, conſuetudine, aut aliàs quomodocumque ſortiri poterunt, ac vim veri, legitimi, jurati, ſtipulati, validi, & efficacis contractus inter vos ex una, ac Nos, & Cam. prædictam ex altera partibus habere, nec etiàm per promo-

tionem

Digitized by Google

EXEMPTI, ET PRIVILEGIATI. Familiares Papæ.

tionem ad Eccleſiam Cathedralem, etiàm Metropolitanam, aut translationem, vel aliam ſtatus, & perſonæ veſtræ mutationem ceſſare, nec per ſimiles, vel diſſimiles gratias vobis conceſſas, & concedendas confundi, ſed ipſis cumulativè in omnibus, & per omnia uti, & ſi quid in una ex facultatibus hujuſmodi defecerit, per aliam ſuppleri debere, nec hæredes, legatarios, ac loca, ad quos, ſeù quæ bona, jura, & actiones hujuſmodi devenerint, vel quibus relinquentur, aut executores prædictos ad tertiam, ſeù aliam eorum partem, quam etiàm ex nunc vobis, ac locis hæredibus, legatariis, ac donatariis prædictis liberaliter concedimus, & donamus, Cam., vel Fabricæ, aut Beneficiis prædictis, etiàm pro expeditione contra Infideles, & quibuſvis aliis quantumlibet piis uſibus ſolvendum, ac cum iis deſuper componendum, vel vos ad aliam particularem licentiam, ſivè Indultum, aut confirmationem præſentium à Nobis, vel Succeſsoribus Noſtris Rom. Pontificibus petendum, aut impetrandum, vel etiàm in alia ſimili gratia, ſeù confirmatione illius vobis quomodocunque concedenda, de præſenti mentionem aliquam faciendam ullatenus teneri, nec ad id ulla unquam neceſſitate cogi poſſe.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

§.14. Et ſic in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiàm Cauſarum Palatii Apoſtol. Auditores, & ejuſdem S. R. E. Cardinales, necnon pro tempore exiſtentes dictæ Cam. Camerarium, Præſidentes, & Clericos in quavis Cauſa, & Inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis alitèr judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari.

Executorum deputatio, & facultates.

§.15. Quocircà Ven. Fr. noſtris Oſtien., & Portuen. Cardinalibus Epiſcopis, & dilecto filio Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſt. Generali Auditori, per Apoſt. ſcripta mandamus Motu ſimili, quatenùs ipſi, vel duo, aùt unus eorum per ſe, vel alium, ſeù alios, præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte veſtra deſuper fuerint requiſiti, ſolemnitèr publicantes, vobiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eaſdem præſentes Literas, & in eis contenta hujuſmodi firmitèr obſervari, ac vos illis omnibus pacificè frui, & gaudere, non permittentes vos per quoſcumque quavis authoritate fungentes, contrà earundem præſentium tenorem, quomodolibèt indebitè moleſtari, inquietari, vel perturbari: Contradictores quoſlibet, & rebelles per Sententias, Cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac legitimis, ſuper his haben. ſervatis Proceſſibus, Cenſuras, & pœnas ipſas, etiàm iteratis vicibus aggravando, invocato etiàm ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio ampliſſima contrariorũ.

§.16. Non obſtan. præmiſſis, ac piæ mem. Bonifacii PP. VIII. Præd. etiàm noſtri de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodò ultra tres dietas aliquis, auctoritate præſentium, in Judicium non trahatur, necnon Lateranen. Concilii noviſſimè celebrati de certo Notariorum numero, etiamſi ad illum nondùm deventum fuerit, cui per hoc aliàs derogare non intendimus, ac de conſenſu præſtando in penſionibus, & quibuſvis aliis etiàm per Nos, & Sedem prædictam editis, & in poſterum edendis, Cancellariæ Apoſt. Regulis, ac ſtylo in ſimilibus hactenùs obſervato, ac rec. mem. Alexandri PP. VI. paritèr Prædec. noſtri tertiam partem bonorum Eccleſiaſtic. Cam. prædictæ deberi, inter alia, diſponente, necnon ejuſdem Bonifacii PP. VIII., per quam conceſſiones fructus in abſentia percipiendi, ſine præfinitione temporis, fieri prohibentur, ac Pii PP. IV. Prædec. etiam noſtri de gratiis qualecumque intereſſe Cameræ Apoſt. concernentibus in dicta Camera, intra certum tùnc expreſſum tempus, præſentandis, & regiſtrandis, ita quòd præſentes in eadem Camera nullo unquàm tempore regiſtrari facere teneamini, ac ſimilis rec. Urbani PP. VIII. paritèr Præd. noſtri de penſionibus aliàs tranſlatis iterùm non transferendis, ac quorumvis aliorum Rom. Pontificum Præd. noſtrorum, & quibuſvis aliis Apoſt., ac in univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitut. & Ordinationibus, necnon Legibus, etiàm Imperialibus, & municipalibus, tàm Urbis, quàm aliarum Civitatum, & Locorum, quibus Cives originarii creati exiſtitis, & quarumvis Eccleſiarum, Monaſteriorum, Ordinum, & Hoſpitalis prædictorum, necnon quorumvis Collegiorum, & Officiorum dictæ Curiæ, & Regnorum, Provinciarum, & Urbis, ac aliarum Civitatum, & Locorum, ac Cameræ prædictorum, etiàm juramento, confirmatione Apoſt., vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, etiamſi de illis ſervandis, & non impetrandis Literis Apoſt. contrà ea, nec etiàm ab alio, vel ab aliis impetratis, aùt aliàs quomodolibet conceſſis utendo, vos per vos, vel Procuratores veſtros præſtiteritis forsàn hactenùs, vel vos in poſterum præſtare contigerit juramentum; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſt. dictis Eccleſiis, Monaſteriis, Ordinibus, & Hoſpitalibus, illorumque Præſulibus, ſeù Adminiſtratoribus, & Superioribus, ac Magiſtris, Præceptoribus, Prioribus, Militibus, etiàm Antianis, Capitulis, Conventibus, Civitatibus, & locis, aliiſque prædictis, ac illorum Communitatibus, & Univerſitatibus, aliiſque perſonis, etiàm particularibus, necnon Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Ordinariis, etiàm eiſdem Cardinalibus, ac dictæ Curiæ Officialibus, illorumque Collegiis, ac etiàm Decimarum, Pedagiorum, Gabellarum, & onerum Exactoribus, & Appaltatoribus, & aliorum onerum redemptoribus ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiàm derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis Decretis per quoſ-

Digitized by Google

quoſcumque Rom. Pontifices Præd. noſtros, ac etiàm Nos, & Sedem prædictam, etiàm conſiſtorialitèr, ac de eorumdem Cardinalium conſilio, etiàm per modum Statuti, & Conſtit. perpetuorum, ac Motu, & ſcientia ſimilibus, deque Apoſt. poteſtatis plenitudine, vel ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, Marchionum, & aliorum Principum inſtantiam, ſeù illorum contemplatione in genere, vel in ſpecie, ac aliàs quomodolibet etiàm iteratis vicibus conceſſis, etiamſi in eis, ac Statutis, & ſtabilimentis prædictis caveatur expreſsè, vel tacitè, quod Urbis niſi originariis Civibus Romanis, ac Civium eorumdem filiis conferantur, quodque nonnullarum Eccleſiarum Beneficia, niſi per perſonas Illuſtres, vel Nobiles, ac etiàm originarios Cives, aùt aliàs certo modo in illlis expreſſo qualificatos obtineri non poſſint, & nulli in Cives Urbis, ac Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & Locorum hujuſmodi admitti, ſeù illorum Privilegiis uti poſſint, niſi priùs in dictis Civitatibus, Oppidis, Terris, & Locis per certum tempus habitaverint, ſeù etiàm in illis bona etiàm ſtabilia forsàn ad certum valorem aſcendentia poſſederint, quodque Præceptoriæ, & alia Beneficia quæcumque dicti Hoſpitalis, tàm ex ejus Inſtitutione, quàm ex ſtabilimentorum prædictorum diſpoſitione Penſionibus Clericis Sæcularibus, & aliis Perſonis, etiàm Apoſt. auctoritate reſervandis gravari non poſſint, qnodque ſtabilimentis, & Privilegiis prædictis, etiàm vigore implicitæ derogationis latiſſimè extendendæ, etiàm per quaſcumque Literas Apoſt., & quaſvis etiàm derogatoriarum derogatorias, efficaciores, & inſolitas clauſulas derogari non poſſit, nec derogatum cenſeatur, niſi derogatio hujuſmodi de conſilio Cardinalium eorumdem fiat, & tum demùm Magiſtri, & Conventus prædictorum ad id accedat aſſenſus, ſintque Literæ derogationis hujuſmodi etiàm per dictum Magiſtrum ſubſcriptæ, ac illi, & præfato Conventui per diverſas in forma Brevis, aùt alias literas diverſis temporibus cum certis intervallis præſentatas intimatæ, & non aliàs, nec alio modo, & ſemper in omnibus, quæ ſic fient, etiàm de ſimili conſilio derogationibus ſit appoſita clauſula, quod illarum effectum ſortiantur de conſenſu Magiſtri, & Conventùs prædictorum, & non aliàs, nec alio modo; quodque ipſi Exactores, & Appaltatores Decimas, Pedagia, & onera hujuſmodi, etiàm ab exemptis exigere, & illos ad ſolutionem, ſeù contributionem cogere, & compellere poſſint, ſeù debeant. Quibus omnibus, illorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxàt in genere, & in ſpecie, ad effectum præſentium ſufficientèr, & expreſsè derogamus, ac derogatum eſſe decernimus; Quodque vos primam non feceritis in Eccleſiis hujuſmodi perſonalem reſidentiam conſuetam, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Mandat facere profeſſioné fidei, & præſtare juramentum fidelitatis antequã perfrui poſſint munere Notarii S. Sedis.

§.17. Volumus autem, quod antequàm gratia creationis in noſtros, & Sedis Apoſtolicæ Notarios vobis, ut ſupra, facta perfrui valeatis, in manibus alicujus perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ profeſſionem Fidei, juxtà Articulos pridèm à Sede prædicta propoſitos expreſsè emittere, & ſolitum fidelitatis juramentum præſtare omninò teneamini.

EXEMPTI, AT PRIVILEGIATI.

Familiares Papæ.

Fides tranſumptorum.

§.18. Quodque præſentium tranſumptis, etiàm impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorsùs fides, ubique adhibeatur in Judicio, & extrà, quæ adhiberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitè, vel oſtenſæ.

Indultum hujuſmodi teſtandi, & tráſferendi non ſuffragetur habétibus aliud ſimile.

§.19. Cæterùm volumus paritèr, atque decernimus, ut illis ex vobis, quibus ſimiles teſtandi de bonis, ac penſiones transferendi facultates à Rom. Pontificibus Præd. noſtris, quorum reſpectivè etiàm familiares continui commenſales erant, conceſſæ fuerunt, præſentes Literæ quoad facultates teſtandi de bonis, & transferendi Penſiones hujuſmodi minimè ſuffragentur.

Dat:

Datum Romæ apud S. M. Majorem die 25. Novemb. 1730. Pontif. An. I.

F. Card. Oliverius.

LXXXI. CONSTITUTIO
PAULI PP. III.

Familiares, & continui commenſales Rom. Pontificis, qui intelligantur.

Declaratur hæc Conſt. in duabus Conſt. ſeqq. Prothonotarii Apoſtolici de nu. Participantium declarantur veri familiares Papæ per Sixt. V. in Conſtit. Laudabilis. poſt la 12. in Bull. no. to. 2., ac etiam non participantes creati à Sum. Pontifice, ut in hac, & in ſeqq. Conſtit. declaratur.

Ed. an. Dom. 1534. die 22. Dec. in bull. nov. la 3. to. 1. & in vet. la 78. pag. 489. tom. 1.

Exordium.

SANCTISSIMUS In Chriſto Pater, & D. N. D. Paulus Divina Providentia PP. III. providè conſiderans retroactis temporibus, pluries dubitatum fuiſſe, an Referendarii, & alii Officiales ex Palatio Apoſt. panem habentes, Secretarii Apoſt., literarum Apoſt. Scriptores, Cubicularii, Milites S. Petri, cæterique Officiales Sanctitati Suæ, ſeù Rom. Pontifici pro tempore exiſtenti, in eodem Palatio deſervientes, aut cuſtodiam facientes, fuerint, & ſint Sanctitatis Suæ, & Rom. pro tempore Pontificum veri, & indubitati, & non per privilegium familiares, & continui commenſales, eadem Sanctitas Sua hujuſmodi ambiguitatem in futurum tollere volens.

Panem habentes ex Palatio Pontificis, & illi in Palatio deſervientes, ſunt ejus veri familiares, & continui commenſales. Quod declaratur in Conſtit. ſeqq.

§.1. Ex certa ſcientia declaravit Referendarios, & alios Officiales ex dicto Palatio panem habentes, Prothonotarios, Subdiaconos, Auditores Rotæ, Acolytos, Scutiferos, Secretarios, literarum Apoſt. Scriptores, Cubicularios, ac Milites S. Petri, reliquoſque Officiales eidem Sanctitati Suæ, & Rom. Pontif. pro tempore exiſtenti, in Palatio deſervientes, aut cuſtodiam facientes, licèt in eodem non habitaverint, nec habitent, nec forsàn habitabunt, nec in Tinello comederint, nec come-

Exempti, et Privilegiati.

Familiares Papæ.

medant, nec in futurum forsàn comedent in poſterùm, veros, & indubitatos Sanctitatis Suę, & Rom. pro tempore Pontif., & non per privilegium, nec fictè Familiares, continuos commenſales cenſeri, reputari, & eſſe, itaut regulis, tam editis, quam edendis de veris Familiaribus, & continuis commenſalibus Suæ Sanctitatis, & Rom. pro tempore Pontif. loquentibus, in poſterùm potiantur, & gaudeant, ac eis quoque, quoad omnia ſubjiciantur, etiam ad hoc, ut Sanctitas Sua, & alii Pontif. occurrentibus vacationibus beneficiorum Eccleſiaſticorum per eos obtentorum, & obtinendorum, qualitercumque qualificatorum per obitum eorumdem in Rom. Curia, vel extra, ad collationem, proviſionem, præſentationem, ſeù quamvis aliam diſpoſitionem quorumcumque collatorum, & collatricum communiter, vel diviſim pertinentium providere, & de illis diſponere liberè, & licitè valeant in omnibus, & per omnia, acſi Referendarii, Secretarii, Scriptores, & alii Officiales hujuſmodi, ac deſervientes ſupradicti in Palatio habitaſſent, & in Tinello verè, & realiter comediſſent.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

§. 2. Et ita per quoſcumque Judices etiàm S.R.E. Cardinales, & Sacri Palatii Apoſt. cauſarum Auditores de cætero judicari, & interpretari debere ſtatuit, ſublata eis aliter interpretandi, & judicandi poteſtate.

Clauſulæ derogatoriæ.

§. 3. Decernens irritum, & inane &c. Conſtit., Ordinat., & regulis Apoſt., Privilegiis quoque, & Indultis, tam ordinariis collatoribus, quàm quibuſcumque aliis perſonis cujuſcumque dignitatis, gradus, ordinis, vel conditionis exiſten. conceſſis, & concedendis, cum quibuſvis clauſulis derogatoriarum præſervativis, annullativis, & aliis decretis, quorum omnium tenores, acſi de verbo ad verbum infererentur, pro expreſſis haberi voluit, cæteriſque in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque.

Placet, publicetur, & deſcribatur A.

Publicatio.

Publicata die 22. Decembris An. 1534. Pont. Anno I.

LXXXII. CONSTITUT.

PAULI PP. III.

Ed. an. Dom. 1543. die 18. Maii in bull. nov. & veter. poſt ſup. citat.

Declaratio præcedentis Conſt. circà Familiares Romani Pontificis.

Aliam Declarationem habes in ſeq. Conſt.

Exordium.

SANCTISSIMUS In Chriſto Pater, & D.N.D. Paulus Divina Providentia PP. III., Cui dudum poſtquam unam Conſtitut. ſuam, ſive Cancellariæ regulam die 22. menſis Martii, Pontif. ſui An. I., in Cancellaria Apoſt. publicatam, Referendarios, & alios Officiales ex Palatio Apoſt. panem habentes, Prothonotarios, Auditores Rotæ, Acolytos, Secretarios, Literar. Apoſt. Scriptores, Cubicularios, Scutiferos, & Milites S. Petri, reliquoſque Officiales, ſuæ Sanctitati, & Rom. Pontif., pro tempore exiſtenti, in Palatio Apoſt. deſervientes, licet in eodem Palatio non habitaſſent, neq; tunc, neque forsàn in poſterum habitarent, vel in Tinello comediſſent, nec tunc, neque forsàn in poſterum, comederent, veros, & indubitatos ſuos, & Rom., pro tempore, Pont., & non per privilegium, nec fictè Familiares, continuos commenſales cenſeri, reputari, & eſſe, itaut regulis, tàm editis, quàm edendis de veris Familiaribus, & continuis commenſalibus ſuis, & Rom. Pontificis pro tempore diſponentibus in poſterum potirentur, & gauderent, & eis, quoad omnia ſubjicerentur, etiam ad hoc, ut Sanctitas Sua, & alii Rom. Pontifices occurrentibus vacationibus beneficiorum eccleſiaſticorum per eos obtentorum, qualitercunque qualificatorum, etiam per obitum eorundem in Rom. Curia, vel extrà eam ad collationem, proviſionem, præſentationem, ſeù quamvis aliam diſpoſitionem quorumcunque collatorum & collatricum communitèr, vel diviſim pertinentium providere, ac de illis diſponere liberè, & licitè valeant in omnibus, & per omnia, perindè ac ſi Referendarii, & alii Officiales, & ſervientes prædicti in Palatio Apoſt. habitaſſent, in Tinello verè, & realitèr comediſſent, perpetuò declaraverat, etiam cum appoſitione decreti irritantis.

Tenor Conſt. præcedentis refertur.

Primum dubium ortum ſuper verbis præcedentis Conſt.

§. 1. Innotuit, qualitèr inter cæteros in eadem Conſtitutione nominatos Referendarii, & Auditores, Referendariatus, & Auditoratus, ac nonnulli aliorum Officiorum, quæ obtinebant, ratione, ut ſinguli de ipſorum Collegiis, necnon ex Scriptoribus unus, tanquàm Referendarius, officium actu exercens, & alius tanquàm Decanus antiquitatis, & forsàn in aliis Collegiis unus, vel duo, aût forsàn plures, & non ſinguli ipſorum Collegiorum ratione, panem ex Palatio Apoſt. habeant, tamen cuſtodiam non faciunt, à nonnullis aſſerebatur Conſtit. prædictam in habentibus panem in Palatio, & cuſtodiam facientibus conjunctim locum habere, & effectum ſibi vindicare, & non aliàs, nec alio modo procedere: ambiguitatis dubium ſubmovere volens.

Declaratio primi dubii.

§. 2. Primò vivæ vocis oraculo declaravit, & decrevit Conſtitutionem ipſam, etiàm in die publicationis illius intelligi, locumque vindicare, & procedere poſſe, & debere, ſive dicti Officiales, vel quicunque alii conjunctim, & diviſim panem ex Palatio haberent, & in eodem cuſtodiam facerent, etiàm ſi iidem Officiales, & alii, per quorum obitum beneficia, ut præfertur, vacaverint, panem non habuiſſent, nec in ipſo Palatio cuſtodiam feciſſent, ac beneficia per eoſdem Officiales, & alios, ut præfertur, obtenta, per obitum etiàm eorundem Officialium in dicta Curia, vel extrà eam vacarent, & ad collationem, proviſionem, præſentationem, ſeù quamvis aliam diſpoſitionem, etiàm S. R. E. Cardinalium, & quorumcumque collatorum, & collatricum communitèr, vel diviſim ſpectarent.

Secundum dubium ortum ob non publicationem dictæ declarationis

§. 3. Poſteà accepit, quod pro eo, quod de poſteriori declaratione hujuſmodi aliàs non apparebat, adhùc ab aliquibus in dubium revocaretur, quod contingere poſſet eos, quibus de beneficiis hujuſmodi per obitum dictorum Officialium, & aliorum ſic, ut præfertur, vacantibus, per Suam Sanctitatem proviſum,

ſeù

ſeù provideri conceſſum extitit, aùt in futurum provideri conceſſum extitit, vel quod provideretur concedi contigerit, deſuper in futurum poſſe moleſtari, Motu proprio &c. per aliam ſuam Conſtit., quam, & literas deſuper expeditas, etiàm quod in eadam Cancellaria lecta, & publicata non eſſet, arctare voluit, ſub Dat. 19. Kal. Septemb. ejuſdem Pontificatus ſui An.II., inter alia fidem fecit, & in verbo Rom. Pontif. atteſtatus fuit ſemper ſuæ incommutabilis mentis fuiſſe, & tunc eſſe, quod etiàm poſterior declaratio hujuſmodi, etiàm quod aliter in dicta Cancellaria lecta, & publicata non foret, ab illius data valeret, & ligaret, ac omnibus, & ſingulis, quibus de ſingulis, aut pluribus beneficiis prædictis, ut præfertur, proviſum, ſeù provideri coneeſſum extitit, aut in futurum provideri, ſeù quod provideatur conceſſum fuerit, ſuffragaretur etiàm in omnibus, & per omnia, acſi dicta die 22. Martii in dicta Cancellaria lecta, & publicata fuiſſet, cum de ſic judicando, & aliis clauſulis, etiàm irritantibus decretis in literis deſuper coufectis latiùs continetur.

Declaratio 2. Dubii.

§.4. Cum Sanctitati Suæ, etiàm noviſſimè innotuerit ab aliquibus, etiàm pluſquam conveuiat, ſapere volentibus, prætendi Conſtitut., & declarationem prædictas forſan ad de numero participantes, & alios non participantes, præſertim Rom. Pontif. Prædec. ſuorum, & etiàm Pontificatus ſui tempore, etiàm per S.R.E. Cardinales, etiàm de latere, & alios Legatos, ſive Nuntios Apoſt., etiàm facultatem Legatorum de latere habentes, quorum numerus nimis jam excreviſſe aſſeritur, pro tempore creatos Notarios Apoſt. ſupernumerarios nuncupatos, & omnes alios Officiales in dicta Conſtit. nominatos, & expreſſos, qui in eodem Palatio forſan non habitant, nec in poſterùm habitabunt, aut in tinello nunc non comedunt, neque forſan in poſterùm comedent, minuſque Sanctitati Suæ deſerviunt, neque Rom. Pont. pro tempore exiſtenti in futurum deſervient, aut cuſtodiam non faciunt, aut non facient, non extendi, neque eoſdem comprehendere, neque in illis procedere, aut locum ſibi vindicare, ad hujuſmodi etiam ulterioris ambiguitatis dubium reſecandum, Conſtit., regulamque, necnon declarationem prædictas, etiàm cum omnibus, & ſingulis decretis, & aliis clauſulis quibuſcumque in illis reſpectivè contentis, & expreſſis pro inſertis, & expreſſis habens, decrevit, & declaravit, fidemque indubiam facit, & atteſtatur mentis, & intentionis ſuæ ſemper fuiſſe, & eſſe, tam à die editionis, & publicationis ſingularum Conſt., ſive regulæ, ac declarationis prædictarum, quàm etiàm cujuſlibet ipſarum, tàm de numero participantium, quàm non participantium, Notariis prædictis, ac etiàm omnibus, & ſingulis aliis Officialibus in dicta Conſtit., ſive regula, & declaratione, ut præfertur, nominatis intelligi, locumque ſibi vendicaſſe, & proceſſiſſe, ac vindicare, & procedere debere, etiàm quod quicunque participautes, & non participantes Notarii, aliique omnes, & ſinguli Officiales prædicti in dicta Conſt., ſive Regula, & declaratione quomodolibet nominati, & expreſſi panem ex Palatio non haberent, non habuerint, & non habeant, & cuſtodiam in eo non fecerint, & non faciant, aut alitet Suæ Sanctitati, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti in Palatio Apoſtol., vel extra, aliquo modo non ſervierint, neque ſerviant, vel aliàs quomodolibèt in Palatio Apoſt. non habitaverint, & non habitent, & cuſtodiam in eo nou fecerint, & non faciant.

Tertium dubium.

Declaratio tertii Dubii.

Exempti, et Privilegiati.

Familiares Papæ.

§.5. Nihilominus ſingulas Conſtit., & declarationes prædictas, & ipſarum quamlibet, etiàm cum omnibus, & ſingulis clauſulis, & decretis in illis contentis, illas pro expreſſis, & inſertis habens, ad quoſcumque non participantes Notàrios per eoſdem Rom. Pont., & per Sanctitatem ſuam creatos tantùm reſtrinxit, & reduxit, ac reſtringit, & reducit, illaſque minimè ad non participantes, & ſupernumerarios Notarios ab eiſdem Cardinalibus de latere, & aliis Legatis, & Nunciis Apoſtolicis, etiàm facultatem, & auctoritatem Legati de latere habentibus, creatos, in eadem regula ſive Conſt., & declaratione nullatenus contineri, nec comprehendi poſſe, nec valere, aut debere, acſi ſpecialiter, & individuè expreſſa fuiſſent, perpetuis futuris temporibus valere, & obſervari debere.

Prothonotarii creati ab aliis quam à S.Pôtifice, non habẽtur pro vegis familiaribus.

§.6. Et ita per quoſcunque Judices, etiàm Palatii Apoſt. cauſarum Auditores, & alios quoſcunque Judices, etiàm in quibuſcumque cauſis, etiàm pendentibus, & in quibuſcumque inter omnes, & ſingulos judicari, ſententiari, & definiri debere ſtatuit, voluit, decrevit, & ordinavit, ſublata &c. præſenteſque, prout moris eſt, in dicta Cancellaria legi, & publicari, & inter alias regulas Cancellariæ, ut moris eſt, deſcribi, & annotari mandavit.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

Placet publicetur, & deſctibaturA.

Publicata die 18. *Maii An.* 1543.

Publicatio.

LXXXIII. CONSTITUT.

JULII PP. III.

Eccleſiarum Prælati, ex Palatio Apoſtol. panem habentes, veri Familiares Pontificis declarantur.

Ed. an. Dom. 1553. die 13 Febr. in bull. veter. la 44. pag. 546. to. 1.

SANCTISSIMUS in Chriſto Pater, & D.N.D. Julius, Divina Provid. PP. III. Cui nuper innotuit, quod à nonnullis vertitur in dubium, an Eccleſiarum Prælati panem ex Palatio Apoſtol. ratione perſonæ ſuæ, & non alterius officii per eos pro tempore obtenti, quotidie habentes, ſint Sanctitatis Suæ veri, & indubitati, & non ficti, aut per privilegium Prælati domeſtici, & continui commenſales, conſiderans panem hujuſmodi, eis non niſi ratione familiaritatis, continuæ commenſalitatis exhiberi.

Cauſa hujus Conſtit.

§.1. Et propptereà volens dubium hujuſmodi, ſuæ declarationis Oraculo, de medio tollere, declaravit omnes, & ſingulos Eccleſiarum Prælatos, qui ſolùm ratione perſonæ ſuæ, & non alicujus Officii per eos pro tempore obtenti, panem ex Palatio Apoſt. quotidiè habent

Declaratio, quod Ecclesiarum Prælati panem haben. ex Palatio Ap. ſint veri Familiares Papæ.

EXEMPTI, AT PRIVILEGIATI. Fr. Ordin. Mendicãtium.

habent, ſeù habere poſſunt, & in poſterum habebunt, ſeù habere poterunt, licèt in eodem Palatio non habitent, & ultra panem, alia victui humano neceſſaria non habeant, nec in poſterum habituri ſint, Sanctitatis Suæ veros, & indubitatos, & non fictè, aut per privilegium Prælatos domeſticos, & continuos commenſales eſſe, ac in poſterum fore, & pro talibus, & ut tales cenſeri, & reputari debere, itaut ſub regulis Cancellariæ Apoſt., & aliis Conſtit. ſuis, tàm editis, quàm edendis de veris familiaribus continuis commenſalibus Sanctitati Suæ loquentibus comprehenſi, & illis, quoad omnia ſubjecti ſint, ipſique illis, uti, potiri, & gaudere poſſint.

De iſtis Card. indultis vide in bul. vet. hujus Pont. Cõſt. 37. pag. 538. to. 1.

§. 2. Et Sanct. ſua de beneficiis Eccleſiaſt. per eos pro tempore obtentis, qualitercumque qualificatis, & ad collationem, proviſionẽ, præſentationem, electionem, ſeù quamvis aliam diſpoſitionem quorumcumque collatorum, etiàm S.R.E. Card., etiàm indultum ſpeciale ſuper conferendis beneficiis ad eorum collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeù quamvis aliam diſpoſitionem pertinentibus à Sanctitate Sua, aut Sede Apoſtol. habentium, communiter, vel diviſim ſpectantibus, quę per eorum obitum in Rom. Cur., vel extra eam in poſterum vacabunt, tamquàm Sanctitati Suæ ratione familiaritatis, & continuæ commenſalitatis hujuſmodi generaliter reſervatis, providere, & de illis diſponere liberè, & licitè poſſit in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi, ipſi Prælati in dicto Palatio habitarent, & ultra panem, alia victui humano neceſſaria haberent.

Collatio Beneficiorum iſtorum Prælatorum, ipſi Papæ reſervatur.

§. 3. Sicque per quoſcumque &c., etiàm Card. Prælatorum, ac cauſarum Palatii Apoſt. Auditores in quavis cauſa, & inſtantia ſublata &c. Judicari, & definiri debere, ac irritum &c.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

Placet publicetur, & deſcribatur I.

Publicatio.

Publicata die 13. Febr. 1553. Pont. An. IV.

LXXXIV. CONSTITUT.

S. PII PP. V.

Exemptiones, & Privilegia Ordinum Mendicantium.

Alia Privilegia conceſſit idem Pontif, in Conſt. 38. Et ſi mendicantium, & Conſt. 45. Romanus, quæ poſtea reducta fuerunt ad terminos juris communis per Greg. XIII. in Conſt. 15. In tanta; quas omnes habes in Bull. vet. to. 2.

Et revocatæ fuerunt per plures ſucceſſores Pontifices, quoad Exemptionem ab oneribus Cameralibus, ut infrà in Conſt. revocatoriis Exemptionum; confirmatur hæc Conſt. per San. Mem. Benedict. XIII. ut in ſeqq.

Ed. an. Dom. 1566. die 29. Junii in bull. nov. to. 11. pagin. 164. in vet. to. 14. pagin. 944. to. 2. in antiq. ann. 1179. to. 16. pag. 19.

De Syndicis verò Fratrum Minorum hab. infrà in Conſt. 94., & 95.

PIUS Epiſc. Ser. Ser. Dei ad per. rei mem.

Exordium.

DUM AD UBERES, quos ſacri Mendicantium Ordines in agro dominico quotidiè faciunt fructus, attentè reſpicimus, & attentè conſiderationis indagine perſcrutamur ipſorum religionis ſinceritatem, & voluntariæ paupertatis habitum, in quibus ſub humilitatis ſpiritu devotum altiſſimo præſtant famulatum, dignum, quin potiùs, debitum reputamus, ut illis ea libentèr concedamus, per quæ ſemotis quibuslibet gravaminibus promptiores ejuſdem inhæreant ſervitiis.

§. 1. Hinc eſt, quod Nos volentes eoſdem Mendicantium Ordines, & dilectos filios eorum Fratres, & Monachos, cæteraſque perſonas, ac etiàm Moniales quaslibet ejuſdem Ordinis ſub illorum cura degentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi, Motu proprio, non ad alicujus Nobis ſuper hoc oblatę petitionis inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſt. poteſtatis plenitudine, quod ex nùnc deinceps, perpetuis futuris temporibus omnes, & ſinguli Mendicantium Ordinum hujuſmodi Fratres, Monachi, & dilectæ filiæ in Chriſto Moniales, ſeù Sorores, ac aliæ utriuſque ſexus perſonæ regulares ubilibet per totum Chriſtianum orbem diffuſi, & conſtituti, illorumque Monaſteria, Cœnobia, domus, Conventus, Eccleſiæ, Capellæ, Oratoria, & alia loca etiàm unita, ac membra, & dependentia, necnon terræ cultæ, & incultæ poſſeſſiones, prædia, agri, & alia omnia, & ſingula mobilia, immobilia, ac ſe moventia, & ubilibet, ac in quibuſcunque rebus conſiſtentia bona, necnon eorum in dictis bonis laboratores, coloni, arrendatarii, locatarii, & affictuarii, negotiorumque ſuorum geſtores univerſi, quomodolibet nuncupati, nùnc, & pro tempore exiſtentes in perpetuum, ab omnibus, & ſingulis exactionibus, tàm urbanis, quàm ruſticis, necnon datiis, gabellis, pedagiis, vectigalibus, collectis, impoſitionibus, & oneribus ordinariis, & extraordinariis, ac tàm realibus, quàm perſonalibus meris, & mixtis, etiàm ſubſidio triennali, & augmento, ac focularibus, equorum taxis, militumque hoſpitiis, ac aliàs quibuſcunque nominibus nuncupatis, quavis auctoritate quomodolibet impoſitis, & imponendis, & quæ laicis, ac aliis quibuſvis quomodolibet imponi conſueverunt, & in futurum imponentur, ac ratione quarumcunque mercium, & rerum cujuſcunque generis, vel qualitatis exiſtentium, tàm per mare, & aquam dulcem, quàm per terram undecunque, & quomodocunque pro tempore delatarum, necnon animalium quorumcunque mortuorum, & vivorum, & quæ aliàs quomodolibet, & ex quavis cauſa, ac ſuper quibuſcunque rebus, tàm in alma Urbe noſtra, quàm extrà eam ubilibet locorum exiguntur, & in futurum exigentur, necnon à contributionibus, & ſolutionibus in illis faciendis, ac tàm pro victu, & veſtitu, quàm quocunque alio uſu ſuo tantùm, ac tàm emendo, quàm vendendo, & aliàs quomodolibet negociando, necnon etiàm à ſolutione quadrantis pro ſingulis libris carnium de animalibus, quæ nùnc, & pro tempore ex armentis occidi contigerit, necnon etiàm, quæ in ſuis ædibus, prædiis, & poſſeſſionibus privatim detinent, & nutriunt, ac à contributione ſumptuum, & expenſarum, quæ aliquando pro pontibus, viis, aquæductibus, muris, mœnibus,

Exemptio Ordinum Mendicantium à Gabellis &c. pro eorum bonis, rebus, perſonis, Colonis &c.

aliiſ-

Digitized by Google

aliiſve machinis ſtruendis, & reparandis, ſeù reficiendis, ac Civitatum, terrarum, & locorum quorumcunque fortificationibus, necnon etiàm aliàs in omnibus, & per omnia, ac tàm in dicta Urbe, quàm extrà eam ubilibet penitùs, & omninò liberi, immunes, & exempti, ac liberæ, & exemptæ, liberaque, immunia, & exempta ſint, & eſſe cenſeantur, ac pro talibus teneantur, & reputentur; Quodque terræ, agri, poſſeſſiones, & loca arativa, ut præfertur, in illis, quæ aliquandò pro paſcuis animalium ad certum tempus reſervantur, nullatenùs unquàm comprehendantur, nec comprehendi cenſeantur.

Exemptio ab onere hoſpitandi Milites.

§.2. Ac etiàm Monaſteria, Cœnobia, aliaque omnia regularia loca prædicta, pro quorumcunque militum, tàm equitum, quàm peditum hoſpitiis, quemadmodum magno noſtro dolore hucuſque in pleriſque locis factum comperimus, nequaquam aſſignentur, nec aſſignari debeant.

Redditus eorum per ipſos, eorumque Syndicos tantum exigi, & pro eorundē ſubſtentatione expendi poſſint.

§.3. Et inſuper quod fructus, redditus, proventus, introitus, & alia quæcunque bona Monaſteriorum, Cœnobiorum, & aliorum locorum regularium præfatorum ab aliis quàm à Syndicis, & Procuratoribus religioſis, Fratribus, Monachis, & Monialibus, aliiſque perſonis præfatis exigi, illa duntaxàt in beneficium loci, vel ſuſtentationem ipſorum religioſorum, Fratrum, & Monialium expendi, nec per alios quoſcunque, quovis nomine cenſeantur, nec in alium, quàm præmiſſum uſum converti, ſeù expendi poſſint, neque debeant, niſi de conſenſu Superiorum illius loci, cui data, vel conſignata, aùt donata fuerint, ſed ad quem aliàs ſpectabunt, nec etiàm ſoli tutores, aùt curatores, ſeù protectores, & alio nomine Sanctesii, aùt aliàs nuncupati, de eiſdem bonis ullo modo diſponere poſſint; Quodque idipſum, etiàm de eleemoſynis, oblationibus, & quibuſcunque aliis donativis intelligi, & obſervari debeat, Apoſt. auctoritate tenore præſentium perpetuò ſtatuimus, ordinamus, volumus, & declaramus.

Repetitio exemptionum.

§.4. Necnon Fratres, Monachos, Moniales, ac alias regulares perſonas, eorumque Monaſteria, Cœnobia, Conventus, Eccleſias, Capellas, Oratoria, & alia loca, ac terras, poſſeſſiones, prædia, agros, & bona, necnon laboratores, colonos, arrendatarios, locatarios, affictuarios, ac geſtores, prædicta, ut præfertur, libera, immunia, & exempta eiſdem auctoritate, & tenore facimus, ac fore, & eſſe decernimus.

Sal Mendicantibus pro eorum uſu detur gratìs per Miniſtros Rev. Cam.

§.5. Mandantes propterea dilectis filiis modernis, & pro tempore exiſtentibus Cam. Apoſt. Camerario, Præſidentibus, & Clericis, ac Commiſſariis agentibus, & Officialibus quibuſcunque, ut omnibus, & ſingulis tàm virorum, quàm mulierum Monaſteriis Mendicantium Ordinum hujuſmodi exiſtentibus ſub Ditione noſtra temporali mediatè, vel immediatè conſtitutis, tantum ſal, quantum pro eorum uſu ſuffecerit ſingulis annis, omni dilatione ceſſante, & contradictione remota contribuere, & aſſignare, ac contribui, & aſſignari, facere debeant realitèr, & cum effectu.

Exempti, Et Privilegiati.

Fr. Ordin. Mēdicantium.

Contravenientium pœnæ.

§.6. Diſtrictiùs, etiàm in virtute S.Obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ, ac excommunicationis majoris latæ ſententiæ, ac 2000. duc. auri de Cam. pro una Baſilicæ Sancti Petri de Urbe, & pro altera medietatibus ſingulis Monaſteriis, & locis præfatis, quæ moleſtari, ſeù perturbari contigerit, irremiſſibilitèr applicandorum, pœnis, eo ipſo ſi, & quotiès contrafactum fuerit, incurrendis, inhibentes tàm illis, quàm dilectis filiis Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Poteſtatibus, Datiorum, Gabellarum, onerum, & aliorum præmiſſorum exactoribus, appaltatoribus, necnon quibuſvis Communitatibus, & Univerſitatibus, illarumque Officialibus, & perſonis, aliiſque quibuſcunque, ad quos ſpectat, & quomodolibet ſpectabit in futurum, quatenùs præmiſſa omnia, & ſingula inviolabilitèr, & perpetuò obſervent, ac ab omnibus obſervari faciant, neque Fratres, Monachos, Moniales, & alias religioſas perſonas, alioſque ſupradictos ſuper præmiſſis quomodolibet moleſtent, & perturbent, neque permittant per quoſcunque quomodolibet moleſtari, ſeù perturbari: Et ſi quis contradicere, aùt quovis modo contravenire præſumpſerit, per mandatum executivum contrà ipſum cujuſcunque dignitatis, ſtatus, ordinis, vel præeminentiæ fuerit, ipſo facto procedi.

Clauſula ſublata, & decretum iteratum.

§.7. Et ſic per quoſcunque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungen. ſublata eis, & eorum cuilibet quavis alitèr judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & deſiniri debere, ac quidquid ſecùs, ſuper his à quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignorantèr attentari contigerit, irritum, & inane decernimus.

Executorum deputatio, & facultates.

§.8. Quocircà venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ſivè eorum Vicariis in ſpiritualibus, generalibus, necnon dilectis filiis Curiæ cauſarum Cameræ Apoſt. generali Auditori, ac Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Canonicis, & Capitulis, ac aliis quarumcunque Eccleſiarum Prælatis, & perſonis, ubilibet, & in quibuſcunque regionibus, terris, & locis exiſtentibus, ac aliis, ad quos quomodolibet ſpectat & ſpectabit, per præſentes Motu ſimili mandamus, quatenùs ipſi, & eorum quilibet per ſe, vel alium, ſeù alios præſentes literas, & in eis contenta quæcunque ubi, & quando opus fuerit, ac quotiès pro parte Fratrum, Monachorum, Monialium, aliarumque religioſarum perſonarum præfatorum fuerint requiſiti, ſolemnitèr publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra illos, & eorum ſingulos ſtatuto, ordinatione, voluntate, declaratione, conſtitutione, deputatione, mandato, inhibitione, decreto, aliiſque præmiſſis pacificè frui, & gaudere: Non permittentes eos deſuper per Camerarium, Præſidentes, Clericos, & Commiſſarios Cameræ hujuſmodi, necnon Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, Collectores, Gabellarios, & Exactores prædictos, aùt quoſcunque alios ad aliquam ſolutionem, contributionem, vel præſtationem, præmiſſorum occaſione quomo-

Exempti, et Privilegiati. Fr. Ordin. Prædicat.

dolibet facienda quovis modo cogi, & compelli, aut alias contrà præſentium tenorem quomodolibet moleſtari, perturbari, aùt inquietari. Contradictores quolibet, & rebelles per prædictas aliaſque opportunas cenſuras, & pœnas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas hujuſmodi incurriſſe declarando, interdictum Eccleſiaſticum apponendo, invocato etiàm ad hoc, ſi opus ſit, auxilio brachii ſæcularis.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.9. Non obſtan. fe.re. Bonifacii PP.VIII. præd. noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dictis, dummodò ultrà tres dietas aliquis auctoritate præſentium non extrahatur, ac omnibus illis, quæ in contrarium per quoſcunque Officiales, & quoſvis alios, ac præſertim per Officiales Civitatis noſtræ Bonon. & quoſvis alios adducta ſunt hactenùs, & deducentur in poſterùm, ac adduci, & allegari poſſent, necnon quibuſcunque litibus, & cauſis, tàm in Rom. Cur. quàm extrà eam ubilibet, ac coràm quibuſcunque judicibus, etiàm Palatii noſtri cauſarum Auditoribus, ac S.R.E. Card. ſuper præmiſſis inter quoſcunque quomodolibet pendentibus, ac etiàm inſtructis, & ad ſententiam deductis, vel etiàm à ſententia terminatis, niſi in favorem Eccleſiæ fuerint, & præſertim quadam lite inter hujuſmodi Regulares, ac Cives, & Communitatem dictæ Civitatis Bonon. in Rom. Curia pendente, quas, & quàm, ac omnes proceſſus, & ſcripturas productas, & producendas, ac Regiſtra, & ſententias, ubivis comparentes, & latas, ac ferendas ad Nos avocamus, & penitùs extinguimus, caſſamus, annullamus, & delemus, perpetuumque deſuper ſilentium imponimus, necnon quibuſvis Apoſt., ac in provincialibus, & ſynodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſt. & ordinationibus, etiàm contrà exemptos quomodolibet editis, & edendis; ac etiàm juramento, confirmatione Apoſt. vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſt. illis, & eorum ſingulis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiàm derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, ac inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, & ſpecie, etiàm Motu ſimili, & ex certa ſcientia, etiàm conſiſtorialitèr, & aliàs quomodolibet, etiàm iteratis vicibus in contrarium conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, illorum tenores præſentibus pro ſufficientèr expreſſis, habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxàt, ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, contrariis quibuſcunque, aùt ſi aliquibus communitèr, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per Lit. Apoſt. non facien. plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de Indulto hujuſmodi mentionem.

Dat.

Dat. Romæ apud S. Marcum die 29. Julii 1566. Pont. An. I.

LXXXV. CONSTITUTIO

S. M. BENEDICTI PP. XIII.

Confirmatio præceden. Conſt. prò Fratr. Ord. Prædicatorum.

Similem Confirmationem pro Fratribus Ordinis Minorum hab. in ſeq. Conſt.

Ed. an. Dom. 1627. die 26. Maji.

BENED. Ep. Ser. Ser. Dei, Ad per. rei mem.

Exordium.

PRetiosus in conſpectu Domini Fratrum Prædicatorum inclytus Ordo &c.

Exemptio à decimis, gabellis, & quibuſvis oneribus &c. cum aſſignatione congruæ in impoſitis pro urgentiſſima cauſa.

§.1. Col preſente noſtro Chirografo, in cui abbiamo per eſpreſſa la preciſa ſomma già ſpeſa, e che occorrerà ſpendere in avvenire, & ogn'altra coſa quantoſivoglia neceſſaria ad'eſprimerſi, dichiariamo, che quanto ſi è da voi operato per cauſa, & occaſione dello ſcavo d'eſſa vena, coſtruzzione d'Edifizj, compre di Terreni, & altro è ſempre ſeguito con la noſtra precedente participazione, & in eſecuzione degl'Ordini, che di mano in mano ve nè abbiamo dati à bocca, e così, non ſolo eſpreſſamente approviamo tutte le coſe predette, & ogni ſpeſa già fatta, & aſcendente alla ſopra eſpreſſa, ò altra maggiore, ò più vera ſomma, mà anche vi ordiniamo, che in nome noſtro, e della noſtra Camera continuate à far compire i lavori, e fabriche d'eſſi Edifizj, & à far ſoddisfare i reſidui delle ſpeſe fatte, e l'importo di quelle, che occorreranno ulterioramente farſi.

§.2. Commettendo all'attenzione, & integrità voſtra di ordinare, e fare tutto quello, che ſtimarete eſpediente ſino alla totale perfezione dell'opera intrapreſa, ſenza che ve ſe ne poſſa in qualunque modo domandar conto, poiche così è mente, e volontà noſtra eſpreſſa.

Clauſole preſervative.

§.3. Volendo, e decretando, che il preſente noſtro Chirografo, ancorchè non ammeſſo, nè regiſtrato in Camera, vaglia, e debba aver ſempre il ſuo pieno effetto, eſecuzione, e vigore con la noſtra ſemplice ſottoſcrizzione.

Deroga à tutto ciò, che faceſſe in contrario.

§.4. Non oſtanti la Bolla di Pio IV. noſtro Predec. *De Regiſtrandis*, e qualſiſiano altre Coſtituzioni, & Ordinazioni Apoſtoliche noſtre, e de'noſtri Pred. leggi, Statuti, uſi, ſtili conſuetudini, & ogn' altra coſa, che faceſſe, ò poteſſe fare in contrario, alle quali tutte, e ſingole, avendone il tenore qui per eſpreſſo, e di parola in parola inſerto, per queſta ſol

volta

volta, & all'effetto predetto amplamente deroghiamo.

Data.

Dato dal noſtro Palazzo Apoſtolico di Monte Cavallo queſto dì 26. Luglio 1710.

Clemens PP. XI.

Gubernatores Status Eccleſiaſtici.

XCVII. CONSTITUTIO
GREGORII PP. XI.

Gubernatores, & Officiales Status Eccleſiaſtic neminem cogant, ad granum, ligna, & ſimilia, abſque ſolutione juſti pretii, deferendum.

Ed. an. Dom. 1371. 14. Iunii in bullar. nov. la 5. to. 1. pag. 217.

GREG. Epiſc. Ser. Ser. Dei, Ad perp. rei mem.

Exordium.

RELEVATIONI injuſtorum gravaminum noſtrorum Subditorum, præſertim pauperum, providere pietatis ſtudiis cupientes.

Gubernatores &c. neminem cogant ad granum, & alia deferen. abſq. pretii ſolutione.

§.1. Univerſis, & ſingulis Apoſt. Sedis Legatis, ac Vicariis, Gubernatoribus noſtris, & Succeſſ. noſtrorum Roman. Pontificum, etiamſi ſint Rom. Eccleſiæ Cardinales, Theſaurariis, & Rectoribus generalibus, necnon Rectoribus, & Mareſciallis, ac Poteſtatibus, Capitaneis, Depoſitariis, Judicibus, Caſtellanis, & aliis quibuſcunque Officialibus noſtris, & ejuſdem Eccleſiæ, quocunque nomine nuncupentur, præſentibus, & futuris in Civitatibus Bononiæ, & Peruſii, earumque Communitatibus, & diſtrictibus, necnon Romandiolæ, Marchiæ Anconæ, Ducatus Spoletani, Patrimonii B. Petri in Thuſcia, Campaniæ, Maritimæ, & Maſſæ Trebariæ Provinciis, & aliis Civitatibus, Terris, & locis, dictæ Eccleſiæ immediatè ſubjectis, (quorum nomina haberi volumus in præſentibus pro expreſſis) tenore præſentium diſtrictius inhibemus, nè frumentum, & alia blada, vinum, ligna, fœnum, paleas, aut res alias ad ipſorum, ſeu Officialium, familiarium, & hoſpitiorum ſuorum, vel aliorum quorumcunque uſum ſpectantia, per Cives, & Incolas dictarum Civitatum, Communitatum, Diſtrictuum, Provinciarum, Terrarum, & Locorum, ſeù per ipſorum Civium, & incolarum navigia, currus, aut animalia gratis, ſine juſto, & integro naulo, & præmio ſtatim ſolvendo, deferri faciant, ſeù compellant.

Derogatio contrariorum.

§.2. Non obſtan. ſtatutis, Conſt., mandatis, & Conſuetudinibus contrariis quibuſcunque, quæ per præſentes revocamus, caſſamus, & viribus vacuamus.

Decretum irritans.

§.3. Nos enim omnia, & ſingula præcepta, damna, mulctas, condemnationes, & alias pœnas, ſi quæ contra noſtram hujuſmodi inhibitionem ſint, vel in poſterùm fuerint attentata, ex nunc decernimus irrita, & nullius penitùs exiſtere firmitatis; & nihilominus omnes, & ſinguli, qui contra noſtram prædictam inhibitionem, ſive ex ſua temeritate, ſive ex alieno mandato venire præſumpſerint, cujuſcumque dignitatis, Status, Ordinis, conditionis exiſtant, etiamſi Pontificali, aùt alia quavis fulgeant dignitate, præter dictæ Eccleſiæ Cardinales, excommunicationis incurrant ſententiam ipſo facto, & duplum ejus, quod pro prædictis ſolvere debuerint, illis, quos ſuper præmiſſis gravaverint, reſtituere teneantur, nulla in hac parte remiſſione, directè, vel indirectè facienda eis aliquatenùs valitura; A qua quidem ſenteutia (cujus abſolutionem Sedi Apoſt. ſpecialitèr reſervamus) nullus poſſit abſolvi, niſi ſatisfactio, & duplum hujuſmodi realitèr fuerit primitùs perſoluta.

Pœnæ in contradictores.

GUBERNATORES STATUS ECCLESIAST.

Sanctio pœnalis.

§.4. Nulli ergo &c. Si quis autem &c.

Dat.

Datum apud Poutem Sorgiæ, Avenionen. Diœc. 18. Kal. Julii an. 1373. Pont. An. III.

XCVIII. CONSTITUTIO
PAULI PP. II.

Gubernatores Status Eccleſiaſtici, munera (præter exculenta, & poculenta, quæ triduò conſumuntur) non recipiant. Officia per Papam conferri ſolita, non conferant; exuleſque, vel pœnas ſupra florenos ſex nou remittant.

Ed. an. Dom. 1466. die 18. Mart. in bul. nov. vet., & antiq. la 3. & materno idiomate in Collect. Choel.

PAUL. Ep. Ser. Ser. Dei, Ad fut. rei mem.

Exordium.

MUNERA excæcare oculos Sapientum, & pervertere corda Juſtorum, Sac. Scriptura teſtatur: unde ille laudatur, qui prædicatur beatus, qui poſt aurum non abiit, nec argentum, & qui excutit manus ſuas ab omni munere, de quo Propheta teſtatur, quoniam ipſe in excelſis habitat, & monumenta ſaxorum ſublimitas ejus: Quod cum omnes facere conveniat, tum maximè ſervare oportet Apoſtol. Legatos, & Gubernatores Provinciarum, Civitatum, atque Terrarum Rom. Eccleſiæ ſubditarum, quos decet cæteris Sæcularibus Magiſtratibus juſtitiæ, & integritatis exempla præbere, ut avaritiam odiant, & munera ſuper innocentes non cupiant.

Receptio munerum multa mala producit in Officialibus juſtitiæ.

Papæ innotuit multos Officiales munera, etiam magna recepiſſe.

§.1. Sanè ad noſtrum, non ſine moleſtia animi pervenit auditum, quod ſuperioribus temporibus diverſi Rectores, & Gubernatores Terrarum, & Provinciarum S. R. E. ſubditarum, & nonnulli Legati, etiàm de latere ad Gubernationem ipſarum Terrarum, & Provinciarum emiſſi, ſolitum quemdam ſequentes abuſum, munera à Provincialibus, & incolis locorum, publicè, & privatim ſuſceperunt, etiam in vaſis aureis, vel argenteis, vel equis, aut victualibus, excedentes omnem modum, permiſſionemque Canonicam, quæ quidem non ſolùm ipſis Civitatibus, & Provinciis, gravia, & oneroſa fuere, ſed etiàm exemplo turpia, & pernicioſa opere comprobantur; Siquidem ipſis muneribus, vel donis allecti, privatæ gratiæ, & factionibus potiùs, quàm juſtitiæ ſtuduerunt, multique criminoſi gravia delicta, & flagitia pecunia redemerunt, atque (ut brevitèr circumſcribamus) impletum eſt in pleriſque propheticum illud, quod in eorum manibus iniquitas fuit, & dextera eorum repleta eſt muneribus; Si quidem B. Iſidorus ait *Citò jugulabitur auro juſtitia, nullamque* *reus*

GUBERNATORES STATUS ECCLESIAST.

reus pertimeſcet culpam, quam redimere nummis exiſtimat.

Hic ideò Pōtifex dd. Officialibus id prohibet ſub pœna Excōmunicat.

§.2. Volentibus igitur talibus abuſibus providere, & per Officiales, & Miniſtros Apoſt. Sedis omnem integritatem, munditiamque ſervari, hoc perpetuò prohibemus Edicto, ne quiſquam deinceps Rectorum, aut Gubernatorum quorumcumque Officialium, Rom. Eccleſiæ, vel etiàm Legatorum de latere, ad regimen, & gubernationem Provinciarum, Civitatum, ac Terrarum Romanæ Eccleſiæ deputatorum, vel deputandorum, à Provinciis, Civitatibus, & terris, quibus præſunt, vel Officia exercent, nec à ſingularibus ſuæ Legationi, regimini, vel gubernationi ſuppoſitis, aliquod genus muneris, nec aurum, nec argentum, aut veſtem, aut equum, vel aliquod cujuſlibet ſpeciei munus accipiat, præter eſculenta, & poculenta, quæ brevi tempore conſumi poſſunt, quod tempus ad biduum moderamur, alioquin, tàm dantes, quàm accipientes, etiàmſi Pontificali præfulgeant dignitate (dummodò non ſint S.R.E. Cardinales, qui in Sacro Collegio coram Nobis, ſpontè ſua obtulerunt, & promiſerunt non recepturos hujuſmodi munera) ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant, à qua abſolvi non poſſint, niſi à Rom. Pontif., præterquàm in mortis articulo constituti, & inſuper omne id, quod acceperint, & aliud tantundem reddere teneantur.

Cujus Abſolutionem ipſimet reſervat.

Et hujus Bullæ obſervantiam ab ipſis jurari mandat.

§.3. Mandantes, ut omnes, & ſinguli Legati, Rectores, & alii Officiales prædicti priuſquam ad ſua admittantur Officia, videlicet Cardinales Legati in dicto Collegio coram Nobis promittere; Inferiores verò in Cam. Apoſt. de obſervanda hujuſmodi Conſt. noſtra (quam perpetuò valere, & vim Decretalis habere decernimus) juramentum præſtare teneantur, quod etiàm in forma juramentorum præſtari ſolitum adjungi, & aſſervari mandamus.

Collationem Officiorum à Papa conferri ſolitorum eiſdem interdicit.

§.4. Inſupèr, ne ſub occaſione Munerum, Officia inferiora in ipſis Provinciis, Civitatibus, & Terris, venalia reddantur, aut criminoſi debitas pœnas effugiant, vel mulctæ pro debitis impoſitæ, & Fiſco applicandæ in privatas utilitates redigantur, pari prohibemus Edicto, nè Legati, & Gubernatores prædicti, Præturas Civitatum, & alia inferiora Officia per RR. Pontif. conferri, vel aliàs concedi ſolita, conferre, confirmare, aut de illis quomodolibet, ſine ſpeciali commiſſione noſtra, vel Succeſs. noſtrorum ordinare præſumant; Pro his verò, quæ ad ipſorum Legatorum, vel Gubernatorum diſpoſitionem, vel confirmationem pertinent, pro Collatione Officiorum, vel Confirmatione nihil accipiant, præter moderatam mercedem Secretarii, ſivè Scriptorum, & Sigilliferi, quam quidem in majoribus Officiis, & Civitatibus inſignioribus, ad duos florenos de Camera, in minoribus Officiis, vel Civitatibus minùs inſignibus ad unum florenum, in minimis verò, ſeù Caſtellis, dimidium florenum ſimilem tantùm pro Salario Secretarii, Scriptorum, & Sigilli taxamus, & limitamus.

Pro collatione verò eorū, quæ ad ipſorum diſpoſitionem pertinent nil accipiant, præter mercedem Secretarii &c.

Quam hìc taxat.

Interdicit eiſdem Officialibus Bannitorum remiſſionem.

§.5. Inſuper prohibemus, nè aliquos reos capitalium, aut exules, bannitos, & diffamatos ſub pœna capitis abſolvere, reſtituere, aut à pœna liberare audeant, ſine RR. Pontific. licentia ſpeciali.

Et pœnarum condonationē

§.6. Præterea mulctas, & condemnationes pecuniarias Cam. Apoſt. de jure, vel conſuetudine applicari ſolitas, remittere non poſſint, aut donare, nec de illis gratiam, aut remiſſionem facere, niſi uſque ad ſum. ſex florenorum auri de Cam., in mulcta, ſeu condemnatione, quamvis gravi.

Facultates conceſſas revocat.

§.7. Revocantes omnes conceſſiones, aut facultates in genere, vel cuivis Legato, Rectori, vel Gubernatori conceſſas, in quantùm præmiſſis adverſentur, illaſque pro infectis habentes, decernentes, quidquid contra præmiſſa, & quodlibet præmiſſorum attentatum fuerit, nullius eſſe roboris, vel momenti, & abſolutiones, remiſſiones, donationes, & gratias quorumlibet Legatorum, Rectorum, & Gubernatorum quacumque auctoritate fungentium, in futurum contra præmiſſa forſitan faciendas, nulli penitùs ſuffragari.

Decretum irritans.

Iubet publicari, obſervari, & regiſtrari.

§.8. Mandantes hanc Conſtit. noſtram in omnibus Civitatibus Rom. Eccleſiæ inſignioribus, nunc, & ſigulis quibuſcumque temporibus, in adventu novi Legati, ſivè Gubernatoris, ſolemniter publicari, & ab omnibus inviolabiliter obſervari, ac de verbo ad verbum in libro, ibidem, aliquo authentico regiſtrari, & conſervari.

Sanctio pœnalis.

§.9. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam &c.

Dat.

Datum Romæ apud S. Marc., An. 1466. 15. Kal. Apr. Pont. An. II.

XCIX. CONSTITUTIO
INNOCENTII PP. XII.

Erectio Gubernii Terrarum, Civitatis Vetulæ, & Tulphæ cum Superintendentia Civitatis Cornetan.

Edit. Dom. 1693. die 12. Novembr. in ejus bullar. ſe 33. pag. 144.

INNOC. Ep. Ser. Ser., Ad perp. rei mem.

Exordium.

IN SUPREMO militantis Eccleſiæ Solio, meritis licet imparibus, per ineffabilem Divinæ bonitatis abundantiam conſtituti, ad ea propenſis ſtudiis intendimus, per quæ Terrarum Temporalis S.R.E. Ditionis decor amplietur, illarumque Hominum, & Incolarum Status ſalubritèr dirigatur.

Narrat aliàs ſuppreſſiſſe gubernium centum cellarum.

§.1. Cum itaque Nos nuper per noſtram deſuper editam Conſt., *Nè ſalutari*, quam in ea ergà Noſtros, Succeſſorumq; Noſtror. Rom. Pontif. pro tempore exiſtentium ſecundum carnem propinquos, circà bonorum, & redditìuum Eccleſiaſticorum, & ad hanc S. Sedem, & Cam. noſtram Apoſt. ſpectantium, diſtributionem, ſervari præſcripſimus, rationi, ac diſciplinæ, per nimis magna ſtipendia, ſeu honoraria aliàs nonnullis Sedis prædictæ Officiis, ſeu muneribus, quæ eorumdem Rom. Pontific. conſanguineis, ſeù affinibus, ut plurimùm concedi conſueverant, aſſignata fraus fieret, certa inibi expreſſa Officia, ſeu munera hujuſmodi, cum omnibus, & ſingulis illorum, & cujuſlibet eorum juribus, prærogativis, ſtipendiis, ſalariis, & emolumentis quibuſ-

Digitized by Google

buſcumque; atque inter hæc Gubernatoris Terræ noſtræ Centum-Cellarum, ſivè Civitatis Vetulæ, Viterbien. Diœceſis Officium perpetuò ſuppreſſerimus, & extinxerimus.

Narrat inſtauraſſe Privilegia pro portu ejuſdē loci.

§.2. Aliundè verò citra Terra prædicta, tam etſi antiquis, iiſque ampliſſimis, quinimò etiàm per Nos innovatis, auctiſque celeberrimi Portus privilegiis, copioſoque non tàm Indigenarum, quàm exterorum ad illam adveuientium numero inſignis exiſtat, per unum Judicem, Locumtenentem nuncupat. gubernata fuerit, ac proinde ejus honorificentiæ, & utilitate, modo, & forma per eamdem noſtram Conſt. minimè vetitis, uberiùs proſpiciendum ſit: Et ſicut accepimus, etiàm Terra noſtra Tulphę, Sutrin. Diœceſis Incolarum non minus multitudine, quàm aliis nominibus celebris, per alium ſimiliter Judic. Commiſs. nuncupatum, ab uno ex Dilectis Filiis Cam. prædictæ Cleric. Præſid. Terræ hujuſmodi pro tempore Gubernatore, ſingulis annis deputari ſolitum, regi, & gubernari conſueverit; Hinc eſt, quod Nos proſpero, felicique Terrar. prædictarum regimini, & gubernio, quantum cum Domino poſſumus, per amplius conſulere volentes.

Narrat in Terra Tulphæ Gubernatorem deputari conſueviſſe à Cleric. Cam.

Terram Tulphæ, ejuſque Comitatum disjungit à Juriſdictione Cleric. Cam. Et Officium Commiſſarii ejuſdem Terræ perpetuò extinguit.

§.3. Motu proprio, non ad alicujus Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſt. poteſtatis plenitudine, præfatam Terram Tulphæ, ejuſque Comitatum, & diſtrictum, ab eorumdem Cleric. Præſid. ac cujuſlibet eorum juriſdictione ſejungimus, & ſeparamus; Commiſſariique in eadem Terra Tulphæ de præſenti exiſtentis Officium, necnon illius nomen, titulum, denominationem, eſſentiam, & naturam perpetuò ſupprimimus, & extinguimus.

Pro Centum Cellis, & Terra Tulphæ ſtatuit Gubernatorem Prælatum ſub Sacr. Conſulta.

§.4. In præfatis verò Civitatis Vetulæ, & Tulphæ Terris, illarumque Comitatibus, & Diſtrictibus, unum Gubernium perpetuum ſub ſuperintendentia Ven. Frat. noſtrorum nunc, & pro tempore exiſtentium ejuſdem S.R.E. Card. Conſultationibus Civitatum, & Terrarum Stat. noſtri Eccl. præpoſit. pro uno Gubernatore ad noſtrum, & Sedis præd. beneplacitum conſtituendo, & deputando, qui in utraque, vel altera Signatura noſtra Referendarius, aùt noſter, & d. Sedis Notarius, Prothonotarius nuncup. de numero participantium, ſeù alterius Prælaturæ tit. inſignitus exiſtat, ac hyemali quidem, vernoque tempore in memorata Terra Civitatis Vetulæ, in Domo per Cameram prædictam hactenùs aſſiguata pro tempore exiſtenti Gubernatori Armorum dictæ Terræ, cui proindè, loco domus hujuſmodi ultrà ejus conſuetum ſtipendium, annua ſexaginta ſcuta monetæ Romanæ, pro penſione alterius domus per eum in eadem Terra Civitatis Vetulæ arbitrio ſuo conducendæ, dari, & præſtari mandamus, reſidere debeat; æſtivo autem, & autumnali tempore, etiam in dicta Terra Tulphæ reſidere poſſit, omnimodamque juriſdictionem in omnibus, & ſingulis cauſis civilibus, criminalibus, ac meris, & mixtis dilect. filiorum Univerſitatum, & Hominum Terrarũ hujuſmodi, illarumque Comitatuum, & diſtrictuum, etiam quoad Officiales, miniſtros, milites, nautas, remiges, cæteraſque perſonas quocumque nomine nuncupatas, tàm in Triremibus noſtris Pontificiis, earumque Claſſe, quàm in præſidio ſupradictæ Terræ Civitatis Vetulæ, nunc, & pro tempore exiſtentes plenè, & liberè habeat, & exerceat, ſalva tamèn quoad Officiales, miniſtros, milites, alioſque præfatos in gravioribus cauſis, nempè in quibus imponenda erit pœna corporis afflictiva dilect. filiorum Cameræ prædictæ Theſaurarii Generalis, quippè cui aliàs curam prædictarum Triremium Pontificiarum, earumque Claſſis, ſub certis modo, & forma tùnc expreſſis demandavimus, ac Commiſſarii Generalis Armorum Status Eccleſiaſtici ſupradicti nùnc, & pro tempore exiſtentium reſpectivè, auctoritate, & ſuperioritate, ita ut illos Gubernator prædictus, in iiſdem cauſis gravioribus reſpectivè, ut præfertur, conſulere debeat, tenore præſentium erigimus, & inſtituimus.

Domus pro Gubernatore, & locus, & tempora Reſidentiæ aſſignantur.

Juriſdictio d. Gubernatoris in omnibus.

GUBERNATORES STATUS ECCLESIAST.

Præſervatur Juriſdictio Theſaurarii Gener. in gravioribus.

Eidem Gubernatori attribuit ſuperintendentiam Corneti, diſmembrando illud à Gubernio Viterbii.

§.5. Cæterum ad ea, quæ ad Ipſius Gubernii ſic erecti, & inſtituti, Juriſdictionis, & dignitatis augumentum cedere poſſunt, favorabilitèr intendentes, eidem Gubernio, prævia Civitatis noſtræ Cornetan., ejuſque Comitatus, & diſtrictus ſeparatione, & diſmembratione, à quacumque Civitatis paritèr noſtræ Viterbien. pro tempore exiſtentis, Gubernatoris ſuperioritate, tam ipſius Civitatis Cornetan., illiuſque Comitatus, & diſtrictus prædictorum regimen, directionem, ac ſuperintendentiam, itaut pro tempore exiſtens Terrarum prædictarum Gubernator, in Civitate Cornetan., ejuſque Comitatu, & diſtrictu præfatis, cum titulo, & denominatione ſuperintendentis, eamdem penitus juriſdictionem, quàm priùs inibi Civitatis Viterbien. Gubernator hujuſmodi habere, & exercere conſueverat, pari modo, & abſque ulla prorsùs differentia habere, & exercere debeat, harum ſerie conjungimus, unimus, & incorporamus.

Stipendium pro dicto Gubernatore ſtatuitur.

§.6. Ipſi autem Gubernatori, ac ſuperintenti proviſionem menſtruam 60. ſc. monetæ ſupradictæ, pro rata ſcilicet 22. ſcut. hujuſmodi ex ſalario, aliàs Auditori pro tempore exiſtenti Triremium prædictarum ſolvi ſolito, pro reſiduali verò ſumma ex redditibus, & proventibus furni panis venalis dictæ Terræ Civitatis Vetulæ, donec alitèr per Nos, vel Sedem prædictam provideatur, in fine cujuſlibet menſis realitèr, & cum effectu perſolvendam, prætèr alia incerta emolumenta, licita tamen, & honeſta, ante hac Locumtenenti, & Commiſſario reſpectivè prædictarum Terrarum, pro tempore exiſtentibus, dari, & præſtari conſueta, earumdem tenore præſentium conſtituimus, & aſſignamus.

Augetur numerus familiæ armatæ.

§.7. Prætereà volumus, atque decernimus, quod Curia Gubernatoris, ac Superintendentis ſupradicti pro Juſtitiæ Servitio, ultrà Barigellum, & tres Birruarios in eadem Terra Civitatis Vetulæ de præſenti (ut pariter accepimus exiſteutes) alios quatuor Birruarios habere, ac quicquid pro ſalario, ſeù ſtipendio eorumdem quatuor Birruariorum ſolvendo defuerit ex redditibus, & proventibus furni hujuſ-

Hospitalia.

hujuſmodi, donec pariter per Nos, vel Sedem ſupradictam alitèr provideatur, ſuppleri debeat.

Clauſulæ præſervativæ.

§.8. Decernentes eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiàm ex eo, quod quicumque in præmiſſis Jus, vel intereſſe habentes, ſeù habere quomodolibet prætendentes, illis non conſenſerint, nèc ad ea vocati, citati, & auditi, neque cauſæ, proptèr quas præſentes emanarint ſufficientèr adductæ, verificatæ, & juſtificatæ fuerint, aùt ex alia quacumque quantumvis juſta, legitima, & Privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiàm in corpore Juris clauſo, etiàm enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, nullo unquàm tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aùt nullitatis vitio, ſeù intentionis noſtræ, aùt intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet, etiàm quantumvis magno, & ſubſtantiali, ac inexcogitato, & inexcogitabili, individuamque expreſſionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in Jus, vel controverſiam revocari, aùt ad terminos juris reduci, aùt adversùs illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcunque Juris, & Facti, vel gratiæ remedium impetrari, ſeù impetrato, aùt etiàm motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato, quempiam in Judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare poſſe, ſed ipſas præſentes literas, ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſimè ſuffragari, & ab eis reſpectivè inviolabilitèr obſervari.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

§.9. Sicque, & non alitèr in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiàm Cauſarum Palatii Apoſt. Auditores, & d. S. R. E. Camerarium, & alios Cardinales, etiàm de Latere Legatos, & quoſvis Sedis, & Cameræ prædictarum Officiales, & Miniſtros, & alios quoſcumque Judices Ordinarios quavis præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros; ſublata eis, & eorum cuilibet quavis alitèr judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr contingerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.10. Non obſtan. præmiſſis, ac noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de jure quæſito non tollendo, necnon fel. rec. Pii Papæ IV. Prædeceſſ. Noſtri, de gratiis qualecumque intereſſe Cameræ prædictæ concernentibus, in eadem Camera intra certum tunc expreſſum tempus præſentandis, & regiſtrandis, itaùt præſentes literas ibidem præſentari, & regiſtrari nunquàm neceſſe ſit, aliiſque Conſtitutionib., & Ordinationibus Apoſt., ac quatenùs opus ſit, Cameræ, Civitatum, & Terrarum prædictarum, aliiſve quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſt., quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis quibuſvis perſonis, & locis ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autèm per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeù quævis alia expreſſis habenda, aùt aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, acſi de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, exprimerentur, & infererentur, præſentibus pro plenè, & ſufficientèr expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. Romæ apud S. M. Majorem die 10. Novemb. 1693. Pont. f. an. III. Dat.

Hoſpitalia.

C. CONSTITUTIO

CLEMENTIS PP. XI.

CHIROGRAFO.

Sopra l'Erezzione del novo Oſpedale nella Terra di Montalto di Caſtro.

Reverendiſs. Cardinal Imperiali Prefetto delle Congr. de' Sgravii, e Buon Governo.

Ed. an. Dom. 1708. die 28. Aprilis.

Il Papa approvò le riſoluzioni preſe ſopra gl'affari di Montalto.

AVENDO Noi pienamente approvate tutte le reſoluzioni, che Monſig. Marabottini Segretario di eſſe Congreg. ci hà referito eſſerſi preſe nella Congreg. particolare già dà Noi deputata ſopra gl' Affari della Terra di Montalto di Caſtro, e tenuta avanti di Voi ſotto li 13. del corrente meſe d' Aprile con l'intervento di Monſig. Teſoriere, dello ſteſſo Monſig. Marabottini, e de' Cavalieri Segretario di Propaganda Fide, e del Commiſſario della noſtra Camera, e però volendo, che reſtino, come appreſſo eſeguite.

Ora con il preſente ordina, che ſi fabrichi il nuovo Oſpedale nella d. Terra

§.1. Col preſente Noſtro Chirografo, in cui abbiamo, per eſpreſſo l'intiero tenore delle ſteſſe reſoluzioni, & ogni altra coſa quanto ſi voglia neceſſaria d'eſprimerſi, ordiniamo à voi, che facciate fabricare il nuovo Oſpedale di Montalto nel ſito, ò recinto ove era la Chieſa vecchia di S. Siſto, ſecondo la Pianta da farſene con l'approvazione voſtra dall'Architetto Cipriani, e ridurre ad uſo di Granari la Chieſa di S. Siſto, dove è il Conventino poſſeduto preſentemente dagl'Agoſtiniani, quale aſſieme con tutti li Beni, & effetti, che gli ſpettano, voi, anche come Prefetto della Congreg.

greg. della Diſciplina, e Protettore della Religione Agoſtiniana di mettere à commodo de Frati di S.Gio: di Dio, da introdurſi per il governo di detto Oſpedale,con obligare la Communità di Montalto à pagare ogn' anno alli ſudetti Frati Agoſtiniani, à diſpoſizione del Generale *pro tempore* ſcudi 150., ò altra più vera ſomma, ò minor ſomma da concordarſi da voi medeſimo.

Et approva quanto ſi farà

§.2. Approvando Noi la conceſſione, che da Voi verrà fatta in nome della medeſima Communità, in conformità delle reſoluzioni della detta Congreg. della Diſciplina, emanate ſin ſotto li 31. Agoſto 1705., e 27. Marzo proſſimo paſſato, quantunque in quelle ſi commetteſſero al Reverendiſs.Card. Veſcovo di Viterbo l'accennate dimiſſione, & introduzzione, & acciò poſſano ſollecitamente effettuarſi le Fabriche del detto Oſpedale, e Granari.

Facoltà del Sig.Card.Imperiali per l' Effettuazione dell' Erezzione del detto Oſpedale.

§.3. Vi diamo facoltà di poter in nome di detta Communità, & Uomini di Montalto imporre uno, ò più cenſi ſopra l'iſteſſi Granari da fabricarſi, ſino alla ſomma, che foſſe per importare il loro valore, oppure procurare l'ammiſſione di eſſa Communità nel Monte delle Communità per quella quantità de' luoghi, i di cui frutti poſſano pontualmente reſtar ſodisfatti con le piggioni, che ſi ritraeranno da medeſimi, Granari per impiegare il Capitale de'predetti Cenſi, ò prezzo de luoghi di Monte nelle ſpeſe delle ſudette Fabriche, e per quello mancaſſe ſino alla loro totale perfezzione, farete ſupplire con li ſopravanzi annui della medeſima Communità, cioè con il denaro, che ora ſi trova in eſſere, e con altri, che deve eſigere da diverſi ſuoi Creditori, obligando Voi efficacemente per la ſicurezza di detto Monte, e ſuoi Montiſti, e delle perſone, che daſſero, come ſopra, denari a Cenſo, la predetta Communità, e tutti i ſuoi Beni, Entrate, & Effetti, ſenza ricevere il conſenſo delli Conſiglieri, ne la precedente riſoluzione del publico Conſiglio, anzi, benche quelli poſitivamente diſſentiſſero.

Clauſula ſuppletoria.

§.4. Supplendo Noi con la pienezza della noſtra Poteſtà, ogni conſenſo, & Atto, che vi foſſe neceſſario, & ad ogni vizio, e difetto qualunque ſoſtantiale, e formale.

Aſſegnamenti per il nuovo Oſpedale.

§.5. Per il mantenimento poi del detto Oſpedale, e de Religioſi di S. Gio: di Dio, che doveranno regolarlo, aſſegnarete per li medeſimi Religioſi non ſolo l' annua rendita di ſcudi 300. in circa, ò altra più vera ſomma, ſolita ritraerſi da Beni, come ſopra, da dimetterſi da predetti Agoſtiniani, ed altri ſc. 100. in circa d'Effetti dello ſteſſo Oſpedale, mà anco altri ſcudi 300., che il Sozzi preſente Affittuario del noſtro Stato di Caſtro, ſi è offerto pagare del proprio durante il ſuo Affitto, atteſo l'utile grande, che ha conoſciuto riſultare alli ſuoi Miniſtri, e Lavoratori di Campagna da detta opera pia, conforme a tal pagamento annuo detto Sozzi ſi doverà obligare: condeſcendendo Noi, che li medeſimi ſc.300. ſiano ſucceſſivamente pagati dall'Affittuario, che ſarà *pro tempore* del detto Stato, per conto della noſtra Camera,con riportare dal medeſimo Generale del detto Ordine di S. Gio: di Dio, a cui ne diamo ogni neceſſaria licenza, e facoltà, l'accettazione de ſopra eſpreſſi aſſegnamenti, & obligo poſitivo di mantenerne il medeſimo Oſpedale, e ſue ſuppellettili, ricevervi tutti gl'Ammalati, che vi concorreranno, ſomminiſtrargli il vitto, e medicamenti neceſſarj, ritenere nel Convento per ſervizio di detto Oſpedale li Religioſi in numero adequato, e ſufficiente, e di compire ogn'altra coſa, che ſi richiedeſſe, ſecondo il loro pio Inſtituto, & in conformità de patti, e Capitoli, che vi parerà bene di accordare, e ſtabilire per la terminazione, e buon regolamento di un opera tanto Pia, & importante, con ſtipulare ſopra le coſe premeſſe gl'Iſtrumenti neceſſarii, & obligare alla piena oſſervanza di quanto prometterete, tanto la detta Communità di Montalto, come ſopra, quanto reſpettivamente la detta Religione Agoſtiniana, e Padri di S. Gio: di Dio, & ogn' altro, che faceſſe di biſogno, e darete tutti gl'Ordini, che per l'effettuazione, e ſuſſiſtenza delle medeſime coſe, ſtimarete in qualunque modo opportuni, per eſſer così mente, e volontà noſtra eſpreſſa.

Hospitalia.

Oblighi de' Padri di San Gio: di Dio a' quali ſi concede l' Oſpedale.

Facoltà del Sig.Card.Imperiali per l'eſecuzione del preſente.

Clauſole preſervative.

§.6. Volendo, e decretando, che il preſente noſtro Chirografo ammettendoſi, e regiſtrandoſi in Cam. ſecondo la Bolla di Pio IV. Noſtro Predeceſs. *de Regiſtrandis*, vaglia, & debba aver ſempre il ſuo pieno effetto, eſecuzione, e vigore con la ſemplice noſtra ſottoſcrizzione, e non ſe gli poſſa opporre di ſurrezione, orrezione, ne d'alcun altro vizio, ò difetto, ancorchè non vi ſiano ſtati chiamati, citati, ne ſentiti i Publici Rappreſentanti, & Uomini della detta Communità di Montalto, e Fr. Agoſtiniani, & il Padre Generale della loro Religione, & ogn' altro, che vi aveſſe, ò pretendeſſe di avervi intereſſe.

Clauſole derogatorie.

§.7. Non oſtanti le Coſt. di Paolo II., e Paolo IV., e del detto Paolo II. *de rebus Eccleſiæ non alienan.*, & in quello facci di biſogno la Bolla di Clemente VIII. *ſuper Bono Regim.* l'accennata reſoluzione, e decreto della detta Congreg. della Diſciplina, la Regola della noſtra Cancellaria *de jure quæſito non tollendo*, e qualſiſiano altre Coſtit., & Ordinaz. Apoſt. Noſtre, e de Noſtri Predeceſs., Concilii Generali, e Provinciali, Leggi, Statuti, Riforme, Regole delle Religioni nominate, Uſi, Stili, e Conſuetudini, & ogn'altra coſa, che faceſſe, ò poteſſe fare in contrario, alle quali tutte, avendone il tenore qui per eſpreſſo, e di parola in parola inſerto, per queſta ſol volta, & all'effetto predetto amplamente deroghiamo.

Data.

Dato dal Noſtro Palazzo Apoſt. in Vaticano queſto dì 28. Aprile 1708.

Clemens Papa XI.

Digitized by Google

MONTES COMMUNITAT. STAT. ECCLESIASTICI.

Montes Communitatum Status Eccleſiaſtici.

Mons Provinciar.

CI. CONSTITUTIO GREGORII PP. XIII.

Erectio Montis Provinciarum cum emolumentis ad ſex cum dimidio pro centenario, pro extinctione Vectigalis quatreni 50. librarum Carnis Suinæ, impoſiti.

Montem hunc ampliavit Sixt. V., ac auxit in Conſt. Humanarum. in ejus Bull. la 17. par. 2., quam habes infrà, ac rursùs auxit Greg. XIV. in Conſt. Suſcepti, ac inſerendo tenorem d. Conſtit. Gregor. an. 1592., confirmavit, & ampliavit Clem. VIII. in Conſtit. Ut eu. Et demùm idem Clem. eod. an. 1592. die 15. Junii d. Montem ampliavit favore Communitatum, ut illi accedere poſſent pro ſolutione mutui ſcutor. 500. mil. à Camera Apoſt. in ſubventionem rei frumentariæ accepto, quas Conſtitut., utpotè non neceſſariat, conſultò omiſi.

Verùm an. 1603. die 24. Maii idem Clem. VIII. tàm pro extinctione d. Montis Provinciarum, quàm pro ſolutione æris alieni à Communitatibus contracti, Montem Communitatum primæ Erectionis nuncupat. ad rationem ſcut. 5., & jul. 2. pro quolibet centenario, & anno, erexit, prout ex Conſtit., quam habes regiſtrat. penès acta hodiè Franciſchini Secr. Cam. lib. Signatur. d. an. pag. 34.

Deindeque Paulus V., pro commodo earumdem Communitatum, alium Montem ſecundæ Erectionis nuncupat. inſtituit ad rationem quatuor cum dimidio, quarum erectionum Conſtit. pariter, utpotè non neceſſariam, hìc non hab.

Anno verò 1635. Urbanus VIII. alium Montem tertiæ Erectionis ad eandem rationem erexit, quem ſeq. anno 1636. favore Communitatum pro ubertate Annonæ ampliavit, ſubindeque hoc eſt anno 1637. d. Montem ſecundæ Erect. in locum illius tertiæ extendit, ut ex Chirogr., quod hab. infr. Conſt. 103., hunc tamen Montem tertiæ Erect. Ven. Ser. Dei Innocc. XI. an. 1685. extinxit, ut inf. Conſt. 104.

Sed anno 1685. die 24. Auguſti idem V. S. D. Innoc. XI. novum Montem Communitatum inſtituit, ac die 26. Jun. ſeq. anni eundem Montem auxit, deindèque hoc eſt anno 1707. die 12. Octobris Clement XI. nonnullas Communitates ad eumdem Montem admiſit, ut ex Chirograp., quæ habes infrà Conſt. 105., 106., & 107.

Deniquè ſan. mem. Bened. XIII. die 7. Decembris 1729. per ſpeciale Chirographum mandavit, ut Communitates egentes pecuniis pro ubertate Annonæ, aliiſque ſuis indigentiis, ſubrogarentur in Locis extrahen. ab aliis Communitatibus, prout infrà Conſt. 108.

De Monte Urbis veteris Erectione, facta à Sixto V. pro exſiccatione Clanarum habes infrà Conſtitut. 109.

De Locis verò Montium, Archiviorum, & Cancellariarum, notabo infrà ſub ſuis locis.

GREG. Epiſ. Ser. Ser. Dei ad per. rei mem.

Ed. an. Dom. 1576. die 31. Auguſt. impr. in bul. vet. la 41. pag. 1245. tom. 2.

Exordium.

PRo Paterna erga populos temporali Ditione S. R. E. ſubjectos charitate, libentiſſimo animo ea amplectimur conſilia, quæ communibus ipſorum utilitatibus, & commodis, onerumque ob varias temporum neceſſitates invectorum, ſublevationi fore cernimus oppportuna.

S. Pius V. revocavit immunitatē 50. librarum carnis Suinæ, & hujuſmodi vectigal ab omnibus exigi mandavit.

§. 1. Sanè fel. rec. Pius PP. V. Præd. noſter, cogitans pro conſervatione, & progreſſu Sacri fæderis, Deo Auctore, contra Turcas, tunc initi, ingentes ſumptus faciendos per ſe, ut aliquam ad id onus ſubſtinendum pecuniæ ſummam conficeret, immunitatem 50. librarum Carnis Suinæ, anteà cuilibet perſonæ in in Statu Eccleſiaſtico concedi ſolitam, caſſavit, & revocavit, decernens, tàm pro hujuſmodi 50. libris, quàm pro aliis omnibus animalibus (hœdis dumtaxat exceptis) vectigal quatreni carnis ſolvi in poſterum debere.

Hic autem Pontifex dict. augumentum reduxit ad sc. 30. mil. & illud exigi decrevit a Communitatibus, una cum ſubſidio Triennali, ut infra.

§. 2. Nos verò ſub initio Pontificatus noſtri conſiderantes, ſi augmentum hoc, quo impoſitum fuerat modo, remaneret exigendum, ruſticos, & alios pauperes, qui ejuſmodi carnibus, ut plurimùm ſuſtentantur, valdè gravatum iri, Commiſſariorumque, & exactorum continuis moleſtiis, vexationibus, & impenſis fore obnoxios, nullum magis opportunum ei remedium adhiberi poſſe cenſentes, quàm ſi prædict. augmentum, quod 40. mil. ſcut. annuatim excedebat, ad minorem ſummam reduceretur, & ſic reductum, cum Triennali ſubſidio conjungeretur, augmentum hujuſmodi ad 30. mil. ſc. mon. in circa, juxtà formam taxæ deſuper factæ, reduximus, & in ſubſidium triennale tranſtulimus, eique perpetuò applicavimus, & incorporavimus, itaut ſimul cum ipſo ſubſidio, ab iis, à quibus debetur, juxta taxam in Cam. Apoſt. factam, exigeretur, prout in noſtris literis deſuper expeditis, latiùs continetur.

Communitates verò pro extinctione d. augumenti ſupplicarunt Papæ, ac ut montem extinguibilem ad hoc erigeret.

§. 3. Cum autem complures poſteà Univerſitates ex Provinciis ejuſdem Status Eccleſiaſt., cupientes ſe ſaltem, intra aliquod temporis ſpacium, liberari à ſolutione dicti augmenti, rogari Nos fecerint, ut ſuper dicto augmento unum Montem redimibilem 300. mil. ſcut. erigeremus, & ei ſic erecto pro illius fructibus ſcuta 19500. ex dicto augmento, reſiduum verò pro ejuſdem Montis redemptione, & extinctione aſſignaremus: Nos intelligentes hac ratione, non ſolùm onus id ab humeris populorum auferri, ſed etiam ex ipſa ſum. ſcut. 300. mil. alios redditus, aliaque vectigalia majora, & Sedi Apoſt. utiliora redimi, ac recuperari poſſe, eorum precibus duximus annuendum.

§. 4. Quamobrem cum vigore cedulæ, Motu proprio à Nobis emanatæ, die 4. menſis Maii præteriti inter Cameram noſtram Apoſt., ac dilectum filium Bernardum Olgiatum noſtrum, ac dictæ Cameræ depoſitarium generalem contractus initus fuerit, quo loca ter mille Montis ſic erigendi, cum aſſignatione redditus 19500. ſcut. pro illius dote, venditionis titulo conceſſa ipſi Bernardo fuerunt, qui in certis futuris terminis ſcuta trecenta

millia

Digitized by Google

millia prædicta Nobis, & Cameræ prædictæ ſolvere promiſit, proùt in inſtrumento ejuſdem contractus, cujuſque tenorem præſentibus pro expreſſo, & inſerto haberi volumus, & quod harum ſerie, quatenùs opus ſit, confirmamus, & approbamus, ſupplentes omnes, & quoſcunque juris, & facti defectus, ſi qui in eo intervenerint.

Ideò hic Pōt. erigit ſuper d. augumento. Montem Provinciarum ſc. 300.mil.mon.

§.5. Ideò volentes ad executionem dicti contractus devenire, habita ſuper his cum Ven. Fr. noſtris S. R. E. Cardinalibus in Conſiſtorio noſtro ſecreto matura deliberatione, unum Montem, quem Montem Provinciarum Status Eccleſiaſt. meritò appellari volumus, cum præcipua hac de cauſa erigatur, ut dictæ Provinciæ aliqnando ab hujuſmodi gravamine liberari poſſint, in Urbe, cum tribus millibus locis, quorum quilibet centum ſcutis monetæ, juliis decem pro quolibet ſcuto, inferior non exiſtat, pro tot perſonis, quot pecunias, uſque ad dictam ſummam ſcut. 300. mil. impoſuerint, de Apoſt. poteſtatis plenitudine erigimus, & inſtituimus, ac illius loca prædicta eidem Bernardo de novo concedimus, & aſſignamus, & quatenùs opus ſit, juxta formam, & tenorem dicti contractus, & conditionum in eo appoſitarum de novo vendimus, & in ſolutum damus.

Fructuſq; ad rationem ſex cum dimidio pro quolibet loco aſſignat.

§.6. Ac illi ita erecto, & inſtituto dictam ſummam ſcutorum 19500. ex dicto augumento, ſeù ſubſidio 30000., ut ſupra, & ſic ad rationem ſex cum dimidio pro quolibet centenario, & anno pro dote, & fructibus ejuſdem Montis, & donec Mons prædictus duraverit, ad portionem, & ratam locorum, quæ extinguenda remanſerint; Reſidnum verò pro ejuſdem Montis extinctione, & redemptione ab omni impoſitione, gravamine, & alio quocunque onere, & caſu fortuito, quantumlibet inexcogitabili pro tempore contingenti, libera, immuni, & exempta, annuatim ſingulis duobus menſibus, pro rata per eundem Bernardum fide, & facultatibus idoneum, qui etiam inter alia ad ſolutionem fructuum hujuſmodi, ac extinctionem Montis per inſtrumentum ſupradictum in eadem Camera ſe expreſsè obligavit, & abſque alia diminntione, ſeù retentione perpetuis futuris temporibus, donec Mons prædictus duraverit, in Urbe perſolvendis, incipiendo à Kal. menſis Septemb., & deinceps continuando de bimeſtri in bimeſtre.

Illorumque exactioni providet.

§.7. Et nihilominùs, ſi ullo unquam tempore, idem Bernardus, vel ejus hæredes fructus dicti Montis ſolvere, introitus exigere, & Montem ipſum extinguere, contra, & præter formam dicti contractus ceſſaverit, vel ceſſaverint, liceat eiſdem Montiſtis, ultra obligationes dicti Bernardi in eodem contractu expreſſas, propria auctoritate, etiam abſque juris, & Judicis miniſterio, ex ſubſidio hujuſmodi dictam ſummam ſcut. 19500. pro rata locorum, quæ extinguenda remanſerint, & reſidnum in extinctionem, ac recuperationem prædictas exigere, & ad id quoſcunque Miniſtros expenſis d. ſubſidii deputare, denuò concedimus, applicamus, & appropriamus.

Montem, & Montiſtas in locum Cameræ ponit.

§.8. Necnon Montem hujuſmodi, ac illius perſonas, & futurum Collegium in noſtrum, & ipſius Cam. locum, qnoad d. ſummam 30000. ſcut. prædictorum, & illorum exactionem, ac perceptionem, donec Mons prædictus, ut præmittitur, duraverit, & idem Bernardus, vel ſui hæredes in ſolutione, juxta formam d. contractus, ut præfertur, ceſſaverint, ponimus, ſubſtituimus, & ſubrogamus.

MONTES COMMUNITAT. STAT. ECCLESIASTICI.

Mons Provinciar.

Et pro eorum ſecuritate obligat omnia bona Camer.

§.9. Et ex nùnc pro majori Montis, Perſonarumque, & Collegii cautela, & ſecuritate ultrà hujuſmodi ſubſidium, omnia, & ſingula Sedis, & Cameræ præfatarum Bona Mobilia, & immobilia præſentia, & futura ubilibet exiſtentia, etiamsi Cenſus, & Regalia, aùt aliàs talia ſint, quæ in generali obligatione non compræhendantur, nec veniant, Monti prædicto, ejuſque Collegio, & Perſonis in ſolidum obligamus, hypotecamus, ac obligata, & hypotecata eſſe decernimus.

Religioſos nō Mendicantes &c. in hoc Monte pecunias ponere poſſe decernit

§.10. Volentes, & Apoſt. auctoritate ſtatuentes, & decernentes, quod quæcunque utriuſque ſexus Perſonæ cujuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, & conditionis exiſtentes etiamsi Cardinalatus honore præfulgeant, & Eccleſiis Cathedralibus, etiam Metropolitanis, aùt quibuſvis Monaſteriis præſint, ac quæcunque, quotcunque, & qualiacunque beneficia Eccleſiaſtica obtineant, & in Sacris etiam Præsbyteratus ordinibus conſtitutæ, & Hieroſolymitani, vel quorùmvis aliorum Hoſpitalium, & Militiarum, ac quorumcunque (non tamen Mendicantium) Ordinum Religioſi, quibus à Jure, vel per Privilegium conceſſum eſt, poſſe proprium retinere, cujuſcunque nominis, qualitatis, & conditionis, necnon qualitercunque inhabiles, & incapaces exiſtant, in ipſo Monte Provinciarum Status Eccleſiaſtici quaſcunque pecuniarum ſummas, non tamen infrà 100. ſcuta ſimilia, uſque ad ſummam 300. mil. ſcut. hujuſmodi, & non ultrà ponere.

De pecuniis in Monte ponendis, ejuſque fructibus Mōtiſtę liberè diſponere, ſolluc ad favorem etiam incapacium.

§.11. Et tàm ipſæ perſonæ quàm earum hæredes, & Succeſſ., aùt alii ab eis cauſam habentes, pro pecuniis ſic poſitis, ad rationem ſex cum dimidio, ſine aliquo conſcieutiæ ſcrupulo, ſeù reſtitutionis onere, exigere, percipere, & habere, ac etiamſi læſæ Majeſtatis, aùt alia quæcunque, quotcunque, & qualiacunque graviſſima crimina, (præter quàm in Perſonam Rom. Pontificis pro tempore exiſtentis, aùt alicujus ejuſdem R. E. Cardinalis commiſerint) & propterea, ſivè in eorum uon comparentium contumaciam, ſive legitimè in pœnam quamlibet, etiam ultimi ſupplicii condemnatæ, ſeù etiam illi realitèr traditæ, ſeù etiam condemnandæ, ac illi tradendæ, ac omnia eorum bona confiſcata, aùt confiſcanda fuerint, nihilominus de pecuniis in ipſo Monte eorum nomine exiſtentibus, ac emolumentis, ad eos ex eodem Monte ſpectan., Romani Pontificis, ſeù prædictæ Cameræ, vel cujuſvis alterius licentia, ſeù auctoritate, confirmatione, vel ſcriptura deſuper nullatenùs reqniſita, quibuſcunque ei placuerit, in toto, vel in parte, ſimùl, vel ſeparatìm, etiam in favorem complurium, dummodò in alicujus de minori, quam 100. ſcut. ſimilium ſumma non diſponatur, teſtamento, ſeù Codicillis,

Nec confiſcati poſſe diſponit.

Digitized by Google

Montes Communitat. Stat. Eccleſiaſtici.

Mons Provinciar.

aùt venditione, donatione, permutatione, ceſſione, vel quocunque alio titulo, etiam per ſimplicem ſchedulam manu ſua ſcriptam, vel ſubſcriptam, aùt publicum Inſtrumentum, ſeù alias in quorumcunque, etiam filiorum ſuorum illegitimorum ex quocumque, & quantumcunque damnato coitu procreatorum (dummodò, quo ad hos illa ex fructibus, aùt Penſionibus Eccleſiaſt. non proveniant) aùt aliarum, etiam magis incapacium Perſonarum favorem, etiamſi pluries de incapaci, & in incapacem diſponi contingat, ad eorum libitum liberè diſponere poſſe, & pecunias in eodem Monte exiſtentes, ac emolumenta exindè pro tempore provenientia, etiamsi perſonæ Montis hujuſmodi ex læſæ Majeſtatis, aùt aliis criminibus præfatis, ut præfertur, condemnatæ, & ultimo ſupplicio traditæ, ſeù condemnandæ, & ſupplicio hujuſmodi tradendæ, ac alia eorum bona confiſcata, aùt confiſcanda veniant, confiſcari.

Montiſtis ab inteſtato decedentib., ſuccedant hæredes, prout de jure.

§.12. Ac tàm portiones, & loca Montis prædicti, quàm illorum fructus ad inſtantiam creditorum, vel aliàs quovis modo ſequeſtrari, impediri, aut deſupèr aliquod jus, aliquaſve actiones, tàm in vim obligationis generalis bonorum, etiàm cum juramento de præterito factas, quàm in futurum faciendas, creditoribus acquiri nullatenus poſſe, etſi perſonæ hujuſmodi Montis inteſtatæ, aut de pecuniis ejuſdem Montis, & emolumentis per eas alitèr non diſpoſito, deceſſerint ab inteſtato, ad eorum utriuſque Sexus liberos, & alios deſcenden., ſeu aſcenden., Conſanguineoſque, & affines (ſalva graduum prærogativa) ad inſtar aliorum bonorum Patrimonialium, ſecundùm communem Juris diſpoſitionem, tranſire poſſe, & debere.

Eiſdem dat facultatem erigendi Collegium cum facultatib. hic expreſſis.

§.13. Ac perſonas Montis hujuſmodi Collegium inter ſe conſtituere, & Collegialia, Jura, & inſignia habere, necnon quæcumque ſtatuta, & ordinationes, proſperum, & tranquillum ſtatum Montis hujuſmodi concernentia condere, & condita mutare, corrigere, reformare, & alterare, ac Officiales, & Miniſtros dicti Montis, quotquot neceſſarii fuerint, non tamen hic nominatos, cum ſalario per ipſos declarando, conſtituere, conſtitutos amovere, ac quaſcumque pœnas, etiàm pecuniarias Monti, ſeu illius Collegio, vel quibus illis placuerit, applicandas, in quoſcumque contravenientes infligere.

Privilegiaque Montis Fidei concedit.

§.14. Necnon omnibus, & ſingulis Privilegiis, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, gratiis, literis, & Indultis, quibus dilecti filii Collegium, & perſonæ Montis Fidei ejuſdem Almæ Urbis utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum pariformitèr, & abſque ulla penitus differentia, etiam perinde, ac ſi ea omnia hic de verbo ad verbum inſerta forent, uti, potiri, & gaudere liberè, & licitè poſſe.

Montiſtas ratione pecuniarū hujuſmodi ab omni onere eximit.

§.15. Necnon Montem, ejuſque Collegium, ac omnes, & ſingulas illius perſonas ratione pecuniarum, quas in eodem Monte habuerint, ab omni viarum, & decimarum, ac etiàm meſatæ nuncupatæ, & aliorum onerum per Nos, & pro tempore exiſtentem Rom. Pontificem, etiàm pro defenſione fidei, & conſervatione Status Rom. Eccleſiæ quomodolibet impoſitarum ſolutione immunes, & exemptos fore, ac cenſeri debere.

Et, à nemine moleſtari mădat.

§.16. Montemq; ac Collegium præfatum, eorumque hæredes, & Succeſſores, ac ab eis cauſam habentes ſupèr dd. aſſignationibus, & illarum exactione, etiàm per Nos, aùt Succeſs. noſtros Rom. Pontifices pro tempore exiſtentes, ſeu d. Sedem quovis modo perturbari, impediri, moleſtari, aut aliquo gravamine, ſeu onere, etiamſi evidens utilitas, & urgens neceſſitas ad ejuſdem fidei tuitionem, & pro expeditione contra infideles, id ſuadeant, gravari, vel onerari.

Montiſtæ non teneātur probare verſionem pecuniarum &c.

§.17. Ipſoſque Collegium, Montiſtas, & Perſonas, vel eorum aliquem ad probandum, etiàm in Judicio, quod d. Summa ſc.300. mila, vel aliqua illorum pars in cauſas prænarratas converſa ſit, minimè teneri, nec obligatos eſſe, nec ad id per quoſcumque etiàm Succeſs. noſtros quovis prætextu compelli poſſe.

Clauſulę præſervativæ.

§.18. Ac præſentes literas nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis defectu notari, vel impugnari, ſed illas vim, & robur veri, & validi contractus, ac efficacis obligationis intèr Nos, ac Sedem, & Cameram prędictas ex uno, & eas, qui pecunias ſupèr ipſo Monte poſuerint, aut ab eis cauſam habebunt, ex altera partibus, legitimè initi, & ſtipulati obtinere.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

§.19. Sicque, & non alitèr in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque etiàm Cardinales, Prælatos, ac Cauſarum Palatii Apoſt. Auditores, Præſidentes, & Clericos dictæ Cameræ, ac alios, etiàm quacumque, tàm ordinaria, quàm delegata, & mixta, auctoritate fungentes Judices, & perſonas in quavis Cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcientèr, vel ignorantèr contingerit attentari.

Theſaurariū deputat ejuſq; Succeſſ. ut patentes literas faciant.

§.20. Et inſuper, ut Mons hujuſmodi, & præſentes literæ ſuum celerem, & felicem conſequantur effectum, harum ſerie ſtatuimus, & ordinamus, atque decernimus, & mandamus, quod Ven. Frater Thomas Lilius Epiſc. Soran. noſter, & ejuſdem Cam. Theſaurarius, & ejus in officio hujuſmodi Succeſſ. Perſonis ipſis pecunias in eodem Monte ponen., pro earum ſecuritate, patentes literas ſua manu ſubſcriptas, & ſigillo ipſius Montis munitas, & poſt completam Montis hujuſmodi diſtributionem, ne illis, qui loca ejuſdem Montis acquiſierint cedentibus, vel decedentibus, aut de locis ipſis aliter diſponentibus, qui in eiſdem locis ſucceſſerint, in incerto ſint, eis, cum primùm de ſucceſſione hujuſmodi coram ipſo Theſaurario, etiàm extrajudicialitèr, & quantum ſibi ſtatis eſſe videbitur docuerint, ſuper hujuſmodi ſucceſſione ſimiles literas conficere, & tradere.

Et Collegium dd. literis pareat.

§.21. Collegium verò dicti Montis, ſeù illius

Digitized by Google

illius Officiales pro tempore exiſtentes, ad quos ſpectabit, ſtatim viſis ejuſmodi literis, eos, pro quibus illæ emanaverint in numerum participum ejuſdem Collegii recipere, ac eis per dictum Bernardum, & ejus hæred., & Succeſs., quos Depoſitarios dicti Montis cum facultate exigendi dictas aſſignationes, ac ejuſdem Montis Secretarium, & Vincentium Rentium Florentinum, Computatorem dicti Montis cum emolumentis, Secretario Montis Pii ſolvi ſolitis, & ab ipſo Montis initio aſſignatis, donec Mons hujuſmodi duraverit, deputandi, etiàm de novo facimus, & conſtituimus de omnibus, & ſingulis dicti Montis emolumentis reſponderi facere, teneantur.

Theſaurario, & Succeſſor. omnem facultatem attribuit.

§.22. Nos enim eidem, & pro tempore exiſtenti Theſaurario pro præmiſſorum effectu, & executione ea omnia, & ſingula facien. & quaſcumque ceſſiones de locis Montis hujuſmodi, illorumque fructibus recipiendi, & admittendi, ac deſuper ſimiles literas patentes expediendi, & expediri, cæteraque neceſſaria, & opportuna facien., & exequen. plenam, & omnimodam facultatem concedimus.

Montiſtæ poſſint nominare alios ad dicta loca, reſervatis ſibi fructibus, & locorum diſpoſitione, quoad vixerint.

§.23. Præterea, ut futuræ Montis hujuſmodi perſonarum commoditati, quantum poſſumus conſulamus, etiàm harum ſerie volumus, & Apoſt. auctoritate decernimus, atq; indulgemus, quod perpetuis futuris temporibus, quæcumque perſonæ, tam ejuſdem Montis pro tempore creditrices, quàm etiàm aliqua ex illius locis per ceſſionem, vel alitèr, etiàm per primevam pecuniarum in illo impoſitionem acquirentes, ad loca ipſius Montis quaſvis perſonas, ſub quarum nominibus loca ipſa quæſita ſint, nominare, & ſibi ipſis, quoad vixerint, tam ipſorum locorum, quàm etiàm fructuum illorum omnimodam diſpoſitionem, illa interim perſonis nominatis hujuſmodi penitus interdicta, ac cum aliis ſibi beneviſis, aliàs tamen licitis, & honeſtis pactis, & conditionibus, dummodò in literis patentibus prædictis id exprimatur, reſervare poſſint.

Abſente Theſaurario, Præſidenti Cam. facultatem attribuit.

§.24. Quodque quotieſcumque contigerit ipſius Cam. Theſaurarium à Rom. Curia abeſſe, durante abſentia hujuſmodi, pro tempore exiſtens ejuſdem Cam. Præſidens, in ejus locum ſurrogatus ſit, & eſſe cenſeatur, proùt Nos, ex nunc illum, in eventum abſentiæ Theſaurarii hujuſmodi, cum paribus facultate, poteſtate, & auctoritate ſurrogamus, & decernimus.

Executorum deputatio, & facultates.

§.25. Et inſuper injungimus Camerario, necnon Præſiden., & Clericis d. Cam. Apoſt. nunc, & pro tempore exiſtentibus, & eiſdem Collegio, & Montiſtis de redditibus prædictis eis aſſignatis integrè ſatisfieri faciant, ipſeque Camerar. per ſe, vel alium, ſeù alios Collegio, & Montiſtis prædictis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtat, faciatque auctoritate noſtra eoſdem, quoties pro eorum parte fuerit requiſitus, omnibus, & ſingulis prædictis pacificè frui, & gaudere, non permittens eos per quoſcumque deſuper quomodolibet moleſtari, impediri, aut inquietari; Contradictores quoſlibet, & Rebelles cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, & dignitatis, vel

Pœnæ in contradictores.

præeminentiæ fuerint, per cenſuras Eccleſiaſticas, & alias pecuniarias pœnas, aliaque juris, & facti quævis opportuna remedia, appellatione quaḷibet omninò poſtpoſita, compeſcendo.

MONTES COMMUNITAT. STAT. ECCLESIASTICI.

Mons Provinciar.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.26. Non obſtant. Lateranen. Concilii noviſſimè celebrati, ac etiàm rec. me. Symmachi, *Non liceat Papæ*, incipienti, & Paul. II. ac etiàm Pauli III. aliorumque RR. Pontific. Prædeceſs. Noſtr., necnon aliis Conſtitut., & Ordinat. Apoſt., ac dictæ Cam., etiàm juramento, confirmatione Apoſt. vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Conſuetudinibus, Privilegiis quoque Indultis, & Literis Apoſt. per quoſcumque RR. Pont. Prædec. Noſtros, ac Nos, & Sedem eandem, etiàm per viam generalis legis, & ſtatuti perpetui, ac Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiàm conſiſtorialitèr, ac cum quibuſvis derogatoriarum, derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis quomodolibet conceſſis, ac etiàm iteratis vicibus approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiàmſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeù quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda eſſet, & in eis caveretur expreſsè, quod illis nullatenus derogari poſſit, illorum omnium, nec non quorumcumque Inſtrumentorum, conventionum, præmiſſorum occaſione quomodolibet confectorum tenores, præſentibus pro ſufficientèr expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis, necnon modos, & formas ad id obſervandos, pro ſervatis habentes, hac vice dumtaxat, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, & ſufficientèr derogatum eſſe decernimus, cæteriſque contrariis quibuſcumque, ſeù ſi aliquibus communitèr, vel diviſim ab eadem ſit Sede Indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſt. non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Solutis integrè fructibus, reſiduum in Montis extinctionem convertatur.

§.27. Volumus autem, & auctorit. Apoſt. prædicta decernimus, quod ſolutis integrè fructibus dicti Montis, reſiduum juxta formam dict. conventionis convertatur in ejuſdem Montis extinctionem, proùt etiàm ad hujuſmodi extinctionem faciendam idem Bernardus Olgiatus in Cam. Apoſt. ſe obligavit.

Forma extinguendi Montem.

§.28. Quodque cum Mons hujuſmodi redimi, & extingui poterit, id per extractionem coram prædicto Theſaurario, & Decano, vel eo abſente, aut impedito antiquiori Clerico dict. Cam. faciendam, & aliàs, proùt in extinctione Montis carnis Populi Rom. ſervatur, factaque dict. extractione, ac reſtitutis nomine ipſius Cam. 100. ſcut. pro quolibet loco, vel facto reali depoſito, unà cum emolumentis, propter ea debitis, loca illa liberè extinguantur, nec ampliùs vendi, pignorari, aut hypotecari poſſint, ſed ſtatim facta redemptione, Mons prædictus pro ea parte, quæ re-

demp-

Digitized by Google

MONTES COMMUNITAT. STAT. ECCLESIASTICI.

dempta fuerit, eo ipſo extinctus cenſeatur, præſenteſque literæ, quoad loca ſic extincta, ſecuto illarum effectu expirent, nulliuſque ſint roboris, perinde, ac ſi nunquam emanaſſent.

Mons Cõmunit. Tertiæ Erectionis.

Extincto Mõte ceſſet impoſitio ſcut. 30000.

§.29. Ac præterea, ut extincto dict. Monte, impoſitio ſubſidii ſcut. 30000. prædictor., & illius incorporatio prorsùs extincta, & abolita ſit, nec amplius à Provinciis, Communitatibus, & locis ejuſdem ſtatus exigi poſſit, neque Populos, particulareſve perſonas ex cauſa dd. 50. librarum Carnis Suinæ ſalitæ, antea conceſſarum, vel unius ſuis pro Familia, per Nos, Succeſſoreſque Noſtros RR. Pontifices, aût Cam. prædictam, ipſiuſve Commiſſarios, & quatreni Carnis Exactores quovis modo moleſtari, aut inquietari poſſe, vel debere.

Durante Monte, unaquæque Civitas &c. ſuam taxam perſolvat.

§.30. Quodque unaquæque Civitas, Terra, & Locus Status prædicti, durante ipſo Monte, juſtam portionem ſuam, ſecundùm taxam in Cam. Apoſt. conſtituendam, ſolvere teneatur, ubi eorum, qui exemptione gaudere debent, congrua habebitur ratio, juxtà formam impoſitionis d. Gabellæ, literæq; Apoſt. in contrarium exhibitæ, nemini ſuffragentur.

Transſumptorum Fides.

§.31. Tranſumptis quoque præſentium manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Collegii Montis hujuſmodi, ſeù alicujus perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, ut eadem fides in Judicio, & extrà habeatur, quæ eiſdem præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Scut. 300. mil. erogentur in redemptionẽ proventuum Cameræ.

§.32. Volumus autem, ut integra ſumma prædicta 300. mil. ſcutor. à prædicto Bernardo ſolvenda, in redemptionem Jurium, & proventuum ab ipſa Cam. diſtractorum, aut pignoratorum quamprimùm convertatur.

Sanctio pœnalis.

§.33. Nulli ergò &c. Si quis autem &c.

Dat.

Dat. Romæ apud S. Petrum an. 1576. Prid. Kal. Septemb., Pont. An. V.

Ego Gregorius Cath. Eccl. Epiſc. ſubſcripſi.

Sequitur ſubſcriptio S.R.E. Cardinalium.

CII. CONSTITUTIO
URBANI PP. VIII.

Erectio Montis Communitatum Status Eccleſiaſtici, Tertiæ erectionis nuncupati.

Ed. an. Dom. 1635. in bull. nov. la 223. tom. 5. juxta impreſſ. Lugdun., & maſer. idiom. in Collect. Ubel.

Concordan. de materia retuli ſup. in Conſt. 101.

URBANUS PAPA VIII.

Motu Proprio.

Clem. VIII. Montem Cõmunit. 1. Erectionis inſtituit.

§.1. LIcet alias fel. rec. Clemens PP. VIII Præd. noſter, ut Communitates, & Univerſitates Status Eccleſiaſtici ab ære alieno per eas diverſimodè contracto, gravioribuſque interuſuriis ſublevaret, Montem, non vacabilem Communitatum Status Eccleſiaſtici nuncup. ad rationem ſcut. 5., & jul. 2. mon. pro quolibet centenario, & anno, in quo poſtea dd. Communitates, & Univerſitates dicti Status pro cenſibus extinguendis, aliiſque earum neceſſitatibus reparandis admiſſæ fuerunt, erexerit, & inſtituerit.

Paul. V. alium Montem ſecundæ Erectionis erexit.

§.2. Deindeque ſim. mem. Paulus V., etiàm Præd. noſter pro ſervitio, & commodo earundem Communitatum, alium Montem, non vacabilem Communitatum, & Univerſitatum Status Eccleſiaſtici 2. erectionis nuncup., ad rationem ſcut. 4. cum dimidio ejuſdem Monetæ pro quolibet contenario, & anno erexerit paritèr, & inſtituerit, in quo, etiàm Communitates prædictæ pro diverſis ſummis, pro earum neceſſitatibus, participarunt.

Hic Pontifex novum Montem tertiæ Erectionis inſtituit.

§.3. Nos nihilominùs, quia, ſicut accepimus, nonnullæ Communitates dicti noſtri Status adhuc, non ſolùm remanent debitrices pro diverſis ſummis in primo dicto Monte Communitatum, & aliis Montibus Cameralibus, verùm etiam diverſis aliis debitis, pro quibus majora interuſuria ſubſtinent, gravatæ reperiuntur, eiſdem Communitatibus, & Univerſitatibus, quantùm poſſumus, prodeſſe cupientes, alium Montem non vacabilem Communitatum, & Univerſitatũ d. noſtri Status Eccleſiaſtici, tertiæ erectionis nuncupandum, ad eandem rationem ſcut. 4. cum dimidio monetæ pro quolibet centenario, & anno, ex quo omnes Communitates dicti noſtri Status, non ſolùm pro extinctione Cenſuum, ſed etiam dd. locorum Montis Communitatum, & aliorum locorum Montium, & debitorum, pro quibus majora interuſuria ſolvunt, pro eorum extinctione, & redemptione, ac pro aliis, pro tempore occurrentibus neceſſitatibus, pecunias in promptu habere valeant, erigere, & inſtituere deliberamus.

§.4. Motu igitur ſimili, ac ex certa ſcientia, & deliberatione noſtris, deque Apoſt. Nobis attributæ poteſtatis plenitudine, Montem non vacabilem Communitatum, & Univerſitatum d. noſtri Status Eccleſiaſtici locorum 4000, & pro ea ſumma, & quantitate locorum, quæ pro cenſibus, locis montium, & ære cujuſvis generis alieno, legitimè tamen, & debitis cautelis, & ſolemnitatibus contracto, pro quibus majus intereſſe ſcut. 4. cum dimidio pro ſingulo centenario, & anno quolibet perſolvitur, redimendis, & penitus extinguendis, ſufficiens fuerit, & cujus ſingulorum locorum pretia, ſcuta 100. mon., fructus autem annui, quos illius Creditoribus pro rata pecuniarum in eo expoſitarum, ſingulis annis de bimeſtre in bimeſtre, in fine proportionabiliter, liberè, & ſine aliquo impedimento, hic Romæ ſolvi volumus annua ſcut. 4. cum dimidio pro quolibet loco, non excedant, & cum ampliſſimis privilegiis, facultatibus, libertatibus, indultis, immunitatibus, exemptionibus, gratiis, prærogativis, aſſignationibus, cautelis, modoque, & forma, infrà latiùs dicendis, & exprimendis, ſine tamen omnium, & quorumcumque jurium Cam. Noſt. Apoſt. aliquo præjudicio, & citra ejuſdem Cam., ſuorumque bonorum aliquam obligationem, tenore præſentium creamus, erigimus, & inſtituimus.

Et in d. novo Monte ſingulas Commu-

§.5. In quo quidem Monte, ſic à Nobis erecto, & inſtituto, volumus, & noſtra aucto-

Digitized by Google

nit. admitti mãdat pro ſuis debitis, cenſibus &c.

ctoritate decernimus, & ordinamus omnes, & ſingulas Communitates, & Univerſitates dicti Status noſtri Eccleſiaſtici pro ea rata, & ſumma, & quantitate Cenſuum, ac locorum Montium, & quorumcunque debitorum, pro quibus, dictis ſcutis 4. cum dimidio, pro quolibet centenario, & anno majus intereſſe, ut ſuprà, perſolvitur, ad effectum æs alienum prædictum extinguendi, etiam ſi ſuper eorumdem Cenſuum, & locorum Montium, & debitorum ſolutione, & extinctione cum mercatoribus, aùt quibuſvis aliis perſonis, alitèr pacta fuerint, ſeù quomodolibet contraxerint, & pro aliis eorum occurrentibus indigentiis, de noſtris Succeſſorumq; noſtrorum Rom. Pontificum licentia, & mandato, & non aliàs participare, & contribuere, fructuſque ad rationem prædictam modo, & forma, ac in terminis infra dicendis, perſolvere omnino poſſe, & debere.

Et quoad Cēſum extinctionem providet.

§.6. Et inſuper ad tollendas difficultates, quæ in his poſſint ſuboriri, & tàm Communitatum, quàm Montiſtarum indemnitati, ac potiori ſecuritati conſulendum, volumus paritèr, & ordinamus, quod cenſuum præd. Creditores prævia diſdicta, & intimatione per duos menſes ante, juxta bullam fel. rec. Pii V. Præd. noſtri ſuper forma creandi cenſus, ac ipſorum cenſuum inſtrumentorum formas, & diſpoſitionem facienda, ſortes principales dictorum cenſuum unà cum fructibus, ex tunc decurſis, & non ſolutis recipere, ac de illis quietantiam facere, & eorum Jura, & actiones quæcunque translative, & non extinctivè, ac talia, qualia habent contra eaſdem Communitates, & Univetſitates, & quoſcumque alios eis quomodolibet occaſione dictorum cenſuum obligatos, ad favorem dicti Montis, illiuſque emptoris, & emptorum, & futurorum Creditor., & montiſtarum ad majorem earundem Cautelam cedere teneantur; alioquin, ſi ſtatuto termino notificationis, & intimationis prædictæ, ut præfertur, faciendæ, pecunias ſupradictas recipere recuſaverint, aùt aliàs quomodolibet diſtulerint, ſeù neglexerint, tunc pecuniæ prædictæ, à die lapſi termini, in depoſitum ſtare intelligantur, & ſtent eorumdem Creditorum riſico, & periculo, fortuna, ſumptibus, & expenſis, fructuſque ulterius non currant, & quietantiæ, & ceſſiones prædictæ habeantur pro factis, dictaque jura, & actiones, ut ſupra ceſſa, & translata eſſe cenſeantur; & nihilominùs quomodocumque illa poſtea receperint, quietantias, & ceſſiones prædictas ad majorem cautelam, ut ſupra, facere teneantur; ita tamen quod, jura prædicta pro cedularum bancariarum, ſeù fidejuſſorum renovatione, vel præſtatione, ad quam, ſeu quas Communitates, ſeù Univerſitates prædictæ ſe obligarunt, minuſque pro fructibus, ultrà rationem prædictam pro quolibet centenario, & anno exigendis, ullatenus experiri, aùt aliàs exercere non poſſint.

Providet quoad promptam fructuum ſolutionem.

§.7. Cæterum, ut etiàm Mons ſic a Nobis, ut præmittitur erectus, & inſtitutus, ſuas habeat debitas cautelas, & aſſignationes, & illius Creditoribus, & Montiſtis in fine cujuslibet bimeſtris, debito tempore, hic Romæ, fructuum ſolutio fiat, volumus, atque ſtatuimus, quod Communitates, & Univerſitates prædictæ, ratam partem fructuum, unamquamque ipſarum tangentem pro illis locis, & portionibus, pro quibus ratione, & cauſa Cenſuum, Locorum Montium, & debitorum prædictorum in eodem monte erunt participes factæ, ut ſupra, contribuant integram, & ſine ulla diminutione, & ab omnibus, & ſingulis oneribus, impoſitionibus, contributionibus, collationibus, tributis, ſubſidiis, & collectis, ex quavis cauſa, etiàm urgenti, & urgentiſſima, etiàm Sedis, & Cameræ Apoſt., aut etiàm Communitatum, & Univerſitatum prædictarum neceſſitate, etiàm publica, & pro Fide orthodoxa tuenda, & quavis alia, quantumvis neceſſaria cogitata, & incogitata cauſa hactenus etiàm per quoſvis Præd. noſtros Rom. Pontifices, & Nos impoſitis, & per Nos, ſeu Succeſſ. noſtros forſitan imponendis, quibuſcunque liberam immunem, & exemptam, unà cum portu ad hanc Almam Urbem, quotannis in perpetuum, durante hujuſmodi Monte, & proportionabilitèr, & pro rata, videlicet de quadrimeſtre in quadrimeſtre anticipatis, ſolutionibus in manibus, ſeu Banco Depoſitarii hujus Montis, vel Theſaurarii illius Provinciæ, cui unaquæque Communitas, ſeu Univerſitas, ſubjecta eſt, vel erit.

MONTES COMMUNITAT. STAT. ECCLESIASTICI.

Mons Cōmunit. tertiæ Erectionis.

§.8. Qui quidem Provinciæ Theſaurarius, & Theſaurarii volumus, atque decernimus, quod ad inſtar onerum Cameralium facultatem habeant exigendi dictos fructus, quodq; illos de bimeſtre in bimeſtre in fine cujuslibet bimeſtris proportionabilitèr, & pro rata liberè, & integrè, ſive exegerint, ſive non, perſolvere teneantur Depoſitario hujus Montis in Urbe, ut infrà conſtituendo modis, & formis obligationibus, & cautelis in ſolutionibus onerum Cameralium ipſi Cameræ faciendis, fieri, ſervari, & adhiberi ſolitis, & ad hoc, etiam in forma Cameræ noſtræ Apoſtol. ſeſe obligare teneantur.

Theſaurarii Provinciarum &c. dd. fructus à Communit. exigāt ad inſtar onerum Cameralium.

Et ſive exegerint, ſive non depoſitario Montis perſolvant.

§.9. Communitates verò, & Univerſitates in manibus prædictor. Theſaurariorum, ſeu aliorum exactorum perſolvere, & exburſare, ac tàm pro hujuſmodi ſolutionibus, ut ſupra, faciendis, quàm omni, & quacumque evictione, & defenſione generali, & particulari illorum locorum omnium, pro quibus in hoc Monte erunt, ut ſupra, participes, per ſuos certos Procuratores in publico, & Generali concilio ad id deputatos, & approbatos, promittere, præſenteſque noſtras literas ratificare, ac ſeſe, & eorum bona, introitus, & jura quæcumque. etiam in ampliori ejuſdem Cameræ Apoſt. forma, & ſuo juramento obligare, ſeu ratificationum, promiſſionum, & obligationum prædictar. hujuſmodi publica, & authentica inſtrumenta in eiſdem actis exhibere, teneantur.

Communitates verò ſe ſe legitimè obligare teneantur pro eiſdē Montibus.

§.10. Nos enim earum ratificationes, & obligationes, & deſuper confecta inſtrumenta hujuſmodi, ex nunc, prout ex tunc, approbamus, & confirmamus omneſque, & ſingulos, tàm juris, quàm facti defectus, ſi qui intervenerint in eiſdem, ſupplemus, ac eaſdem

Papa earumdem obligationes &c. approbat, & cōfirmat.

Uni-

Digitized by Google

Montes Communitat. Stat. Eccleſiaſtici.

Mons Cõmunit. tertiæ Erectionis.

Et Montiſtis ſummam perſolvendam liberam &c. aſſignat.

Univerſitates, & Communitates omnes, & ſingulas ſupradictas, quæ, ut ſuprà, in hoc Monte admiſſæ fuerint, ac ratificabunt, & obligabunt eorum bona, introitus, & jura quæcunque præſentia, & futura, ubilibet exiſtentia, pro omnibus, & ſingulis præmiſſis, & præmiſſorum occaſione, etiam in forma Cameræ noſtræ Apoſtol. ampliori, pleniori, generalitèrque, & ſpecialitèr, & expreſsè obligamus, & hypotecamus, & obligata, & hypotecata eſſe volumus, & mandamus, declaramus, annuamque ſummam pro fructibus illorum, pro quibus in dicto Monte erunt, ut ſupra, participes, modo, & forma, ac terminis, & locis quibus ſuprà, perſolvendis neceſſariam, illam ſic, ut ſupra, integram, liberamque, immunem, exemptam ex quibuſcumque eorum introitibus, redditibus, & proventibus ordinariis, & extraordinariis, certis, & incertis diſmembrantes, & ſeparantes eidem Monti, ejuſque Collegio, & futuris Creditoribus, & Montiſtis prædictis perpetuò aſſignamus, applicamus, & appropriamus, & quoad illam, illiuſque liberam perceptionem, exactionem, & conſignationem, in omne jus locum, & privilegium earundem Communitatum, & Univerſitatum ponimus, ſubſtituimus, & ſubrogamus.

Communitatibus non ſolventibus, procedatur contra eas more Camerali.

§. 11. Deficientibus autem Communitatibus, & Univerſitatibus ſupradictis in ſolutionibus, de quadrimeſtre in quadrimeſtre, ut ſupra faciendis, poſſint Theſaurarii, & eorum exactores contra eos procedere cum eiſdem privilegiis, facultatibus, & prærogativis, quibus in exactionibus Cameralibus fieri, & procedi ſolet: Theſaurarii tamen prædicti, cum ad rigoroſam exactionem procedi contigerit, illam cum exactione onerum Cameralium, ſine augumento impenſæ, facere debeant: Communitates verò, & Univerſitates prædictæ facta per eas in manibus Theſaurarii, & Exactorum, ut ſupra, ab eis deputatorum, fructuum ſolutione pro fructibus, ſic ab eis ſolutis, ulterius, nec etiàm à Montiſtis moleſtentur, nec moleſtari poſſint.

Solutione verò per eas facta in manibus Theſaurarii, moleſtari nequeant.

Monti huic, privilegia aliorum Montium concedit.

§. 12. Et inſuper volentes Montem prædictum ſpecialibus Privilegiis, & gratiis decorare, Motu, ſcientia, & poteſtate ſimilibus, perpetuò ſtatuimus, decernimus, ordinamus, & declaramus, quod hujus Montis loca ad inſtar aliorum Montium non vacabilium Rom. Cur. reſignabilia ſint, & non vacent, & quicumque etiàm Laici utriuſque ſexus, ac præsbyteri, & alii Clerici, necnon Eccleſiarum, & alii quicumque Prælati etiàm S.R.E. Card., ac cæteri cujuſcumque Dignitatis, ſtatus, gradus, & conditionis Sæculares, & quorumcumque Ordinum, etiàm in Communi Mendicantium, ac militiarum, vel Hoſpitalium Regulares, & aliæ quæcumque perſonæ cujuſvis ætatis, etiàm minores, & pupilli, ac etiam ſpurii illegitimi, aut aliàs quomodolibet inhabiles, & incapaces, necnon Communitates, Univerſitates, Eccleſiæ, Capitula, Collegia, Congregationes, Conventus, Societates, Hoſpitalia, Cappellæ, & alia quavis, tam profana, quàm pia, & Religioſa loca tam intus, quàm extrà Ditionem noſtram temporalem, quàm etiàm in qualibet Mundi parte, nunc, & pro tempore exiſtentes (Infidelibus tamen, ſemper exceptis) nihilominus in Monte hujuſmodi Communitatum, & Univerſitatum tertiæ erectionis, nuncupando, quaſcumque pecuniarum ſummas, & quantitates ſemel, & pluries, ac quoties eis viſum fuerit reponere, & erogare, ac pro ſingulis locis; & portionibus prædictis annua ſcuta quatuor cum dimidio monetæ ſimilis in ſiue cujuſlibet bimeſtris, pro illorum rata, ſine aliquo conſcieutiæ ſcrupulo, ſeu ſortis principalis reſtitutionem, aut quovis alio reſtitutionis onere, ac omni proſsùs impedimento ceſſante percipere, conſequi, & in eorum uſum, & utilitatem convertere liberè, & licitè poſſint.

Et quicumq; ſint Capaces habendi hujuſmodi loca.

(Infidelibus tantùm exceptis.)

§. 13. Quin etiàm loca prædicta, quocumque modo obtinentes, ſi illi in alia cedere, & transferre, ac etiàm, qui loca hujuſmodi aliis acquirere voluerint, tales in hujuſmodi ceſſionibus, translationibus, vel acquiſitionibus, ſibi ipſis, vel aliis, etiàm quoad vixerint omnimodam dictorum locorum, ſic ceſſorum, vel acquiſitorum adminiſtrationem, eorumque fructuum, & emolumentorum perceptionem, necnon plenam liberam, & abſolutam poteſtatem, illa quæcumque voluerint, nulla etiàm ſubſiſtente cauſa, ad ſe recipiendi, & revocandi, ſeu alio, vel aliis, vendendi, alienandi, donandi, relinquendi, obligandi, & pignorandi, ſuper eis paciſcendi, & contrahendi, & prorsùs omnem aliam ipſorum diſpoſitionem jus, & facultatem, nullo obtinentium conſenſu, deſuper Requiſito, aut alia ſolemnitate ſervata, ac etiàm cum prohibitione hujuſmodi adminiſtrationis fructuum perceptionis, ceſſionis, venditionis, obligationis, fidejuſſionis, per ipſos obtinentes faciendo, necnon decreto irritante adjecto his, quæ ſecus facta fuerint, ab eiſdem reſervare, & obtinere liberè, & licitè valeant.

Cum omnimoda facultate de illis liberè diſponendi.

§. 14. Montemque ipſum, ipſiuſque loca & portiones, etiàm reſpectu fructuum, & emolumentorum ad rationem prædictam illi aſſignatorum, nullis omninò reductionibus, diminutionibus, aut menſium, ſeu menſatarum quarumcumque retentionibus, & quibuſvis aliis contrariis diſpoſitionibus, etiàm prætextu urgentis neceſſitatis, ſeu etiàm evidentis utilitatis, tam Sedis, & Cam. Apoſt., quàm ipſarum Communitatum, & Univerſitatum prædictarum, & pro Eccleſiaſticæ Ditionis, & Catholicæ fidei defenſione, vel ex quavis alia cogitata, vel incogitata cauſa, etiàm neceſſariò exprimenda ſubjecta, vel quomodolibet obnoxia fore, vel eſſe, ſed firma, & valida ſemper perſiſtere, & ab illis fore, & eſſe ſemper excepta.

Montem, & illius emolumenta, nullis reductionibus aut impoſitionibus obnoxia declarat.

§. 15. Nec quemcunq; ex ipſius Montis futuris Creditorib., illorumque hæredes, & Succeſſores quoſcumque, ſeu cauſam, & jus ab eis quomodolibet habeutes, & habituros ſuper locis, & portionibus, ac illorum integris fructibus, & emolumentis prædictis, quoquo modo, contra præſentium formam turbari, vel impediri, nec eos ad pecunias in ipſo Monte poſitas, & erogatas, aut illorum partem aliquam, in ſolutionem, & extinctionem cenſuum,

Creditores relevat ab onere juſtificādi verſionem &c.

ſuum, & debitorum prædictorum, aùt aliam quamvis earundem Communitatum, & Univerſitatum neceſſitatem, cauſam, vel utilitates converſas fuiſſe, & eſſe, aùt aliqua alia, etiam neceſſaria, & requiſita in judicio, vel extra probanda, deducenda, ſeu quomodolibet verificanda, ullo unquàm tempore teneri, nec probationem contrariam in his obeſſe, ac pro præmiſſis omnibus, & ſingulis, ac quacumque, evictione, & defenſione generali, & particulari dicti Montis, & illius locorum, & portionum quorumcunq; Communitates, & Univerſitates prædictas, & earum, & cujuſque ipſarum bona mobilia, Stabilia, & Semoventia, introitus, effectus, & proventus, ac res, actiones, & jura quæcumque præſentia, & futura, ubiq; locorum exiſtētia, generalitèr, ſpecialitèr, & expreſsè; ita tamen, quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec è contra, in ampliori ejuſdem Cameræ forma teneri, & obligata, & hypotecata fore, & eſſe, proùt obligamus, & hypotecamus; præſenteſque vim validi, & ſolemnitèr, & legitimè initi, & ſtipulati contractus, & utrinquè jurati inter dictas Communitates, & Univerſitates ex una, & ejuſdem Montis emptores, & futuros Creditores, illorumque hæredes, & Succeſſores quoſcumque habere, & obtinere paritèr ſtatuimus, decernimus, & ordinamus.

Mons iſte, quo caſu extingui poſſit, præſcribit.

§.16. Volumus etiam, quod dictus Mons, ut ſupra, à Nobis erectus, & inſtitutus, extingui non poſſit, niſi cœteris aliis earundem Communitatum debitis extinguibilibus, tàm hucuſque contractis, quàm contrahendis in futurum quibuſcunque, pro quibus majus, vel æquale intereſſe dictorum ſcut. quatuor cum dimidio pro quolibet centenario, & anno perſolvunt, ac etiam dicto Monte Communitatum ſecundæ erectionis per fel. rec. Paulum V., ut præmittitur, erecto, penitùs extinctis, ita ut Mons hic tertiæ erectionis, poſt certa debita hucuſque contracta, extingui poſſit, & non antea.

In caſu extinctionis Communitates nō niſi ſc. 100. reſtituere teneantur.

§. 17. In caſu verò extinctionis Montis prædicti, Communitates, & Univerſitates prædictæ, non ultra ſcuta centum pro quolibet loco reſtituere, Creditores verò, & Montiſtæ ita recipere teneantur.

Et pretium in banco depoſitarii deponatur.

§.18. Extinctio vero Montis, & locorum illius, quando fieri contigerit, tunc pretium, ſeu pecuniȩ ad hunc effectum deſtinatæ in banco Depoſitarii generalis Communitatum Status noſtri Eccleſiaſt. deponantur, prout hactenus fieri conſuevit.

Executorem hujus Conſtit. Theſaurariū deputat.

§.19. Et ut præmiſſa omnia, & ſingula faciliùs, & rectiùs gerantur, & exequantur dilectum filium Magiſtrum Petrum Donatum Cæſium Theſaurarium noſtrum generalem, alioſque pro tempore exiſtentes Theſaurarios generales, dicti Montis Protectores eligimus, & deputamus, cum poteſtate literas patentes ſuo, & eorum nominibus, ſingulis concedendi, & expediendi, necnon omnes, & quaſcumque Cauſas ſuper dicto Monte, illiuſque cauſa, & occaſione, & ab eo quomodolibet dependendas, & movendas privativè, quoad omnes alios Judices, cognoſcendi, & terminandi, ac omnia alia, quæ ad ejuſdem Montis utilitatem, providamque directionem pertinere cognoverint peragendi, cum facultate etiam Secretarium, & Ratiocinatorem, ſeù Computiſtam d. Montis cum emolumentis per Secretarium, & Computiſtam Montis Communitatum ſecundæ erectionis exigi ſolitis, ad eorum vitam, & donèc vixerint, & proùt meliùs ipſis placuerit, & videbitur eligendi, & deputandi.

Montes Communitat. Stat. Eccleſiaſtici.

Mons Cōmunit. tertiæ Erectionis.

Depoſitarium deputat cum cōditione &c.

§.20. Depoſitarium verò dicti Montis dilectum filium Joannem Franciſcum Sacchettum, donec vixerit, ejus vita durante, qui tamen de ſolvendo Montiſtis dicti Montis, debitis terminis, & temporibus fructus locorum, quæ obtinebit exactis, vel non exactis aſſignationibus, & quocumque impedimento ceſſante, & non obſtante, ſe obligare teneatur, & debeat, eligimus, & deputamus.

Clauſulȩ præſervativæ.

§. 21. Decernentes præſentes literas, ac omnia, & ſingula neceſſaria, & requiſita legitimè ſufficientes, tàm in Judicio, quàm extra plenè probandum, verificandum, nec alterius probationis adminiculum requiri, eaſdemque præſentes literas nllo umquam de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aùt intentionis noſtræ, vel alio quovis defectu, etiam ex eo, quod Communitates, & Univerſitates prædictæ, aut alii quicumque in præmiſſis jus, & intereſſe forſan habentes, ſeù habere prætendentes, vocati, ſeu auditi, aut quod ipſæ litteræ in eadem Camera Apoſt. admiſſæ, & in ejus libris regiſtratæ minimè fuerint, vel ex alia quavis Cauſa, quantumvis legitima, urgenti, & juridica, etiam neceſſariò exprimenda notari, impugnari, invalidari, ad terminos juris reduci, in jus, vel controverſiam revocari, aùt adversùs illas, quodcumque juris, vel facti, vel gratiæ remedium impetrari, ſeu etiam intentari poſſe, vel debere, minuſque ſub ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, reductionibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illa emanabunt, toties in priſtinum, & eum, in quo erant ſtatum, reſtitutas, repoſitas, & plenariè, etiam ſub quacumque poſteriori data reintegratas, ac de novo conceſſas, ac ſemper majorem vim, robur, & efficaciam habere, & obtinere, ac ſi de Ven. Fr. noſtrorum S.R.E. Cardinalium conſilio, & aſſenſu, & in noſtro Conſiſtorio ſecreto editæ, factæ, & emanatæ fuiſſent.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

§.22. Sicque, & non alitèr per Camerarium, necnon Viecamerarium, ac ejuſdem Cameræ Theſaurarium, & Clericos Præſidentes, & quoſcumque Judices Ordinarios, & delegatos, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis alitèr judicandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.23. Non obſtan. præmiſſis, & quatenus opus ſit, noſtra regula de non tollendo jure quæſito, necnon etiam ſuper bono regimine reddituum Communitatum, & Univerſitatum non alienandis, nec obligandis, aut quod

Montes Communitat. Stat. Eccleſiaſtici.

Mons Cõmunitat. ſecundæ Erect. in locum tertiæ Extenſio.

in illarum alienationibus, & obligationibus certæ ſolemnitates ſervandæ ſint, Necnon earumdem Communitatum, & Univerſitatum Statutis, ordinationibus, reformationibus, necnon inſtrumentis, ſeù ſcripturis quibuſcumque inter prædictas Communitates, & Univerſitates, ex una, & quoſvis Mercatores, ſeu alias perſonas, quaſcumque parte ex altera, ſuper extinctione debitorum dictarum Communitatum, ſeù Univerſitatum quomodolibet factis, initis, executioni demandari cœptis, etiam obligatione Camerali, ſeù Quarantigia, aut alia, etiam ſtrictiori forma vallatis, necnon juramento, & quavis alia cautela roboratis, atque firmatis, privilegiis quoque, Induitis, concelſionibus, & facultatibus, etiam pluries, ait etiam auctoritate Apoſtolica conceſſis, factis, innovatis, confirmatis, & approbatis, necnon ſtylis, uſibus, regulis, conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque, quæ omnia, & ſingula, etiam ſi de illis ſpecialis, expreſſa, & individua mentio habenda eſſet, illorum tenores, hic pro expreſſis, & ſufficientèr, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, hac vice dumtaxàt, illis, aliàs iu ſuo robore permanſuris, ſi obſtent, tollimus, & abrogamus.

Cameram Apoſtolicam ab obligatione præſervat.

§.24. Volumus autem, & noſtra auctoritate decernimus, & declaramus, quod præmiſſa omnia, & ſingula intelligantur, & ſint facta, & conceſſa ſine omnium, & quorumcumque jurium Cameræ noſtræ Apoſtolicæ aliquo præjudicio, & circa aliquam ejuſdem Cam., bonorumque ſuorum obligationem, itaut juribus Cameræ nequaquam præjudicetur, neque de ſuo in aliquo proprio ipſa Camera teneatur, vel obligetur.

Sola ſignatura ſufficit.

§.25. Quodque præſentis noſtri Motus proprii cædulæ ſola Signatura ſufficiat, abſque eo, quod declaretur, vel regiſtretur, regula quacumque, & aliis contrariis non obſtantibus.

Exemplis ſtare jubet.

§.26. Quodque ejuſdem cedulæ tranſumptis, etiam impreſſis, & per unum ex d. Cameræ Notariis ſubſcriptis, & ejuſdem Theſaurarii ſigilio ſignatis ſtetur, & credatur, illaque plenam ſidem faciant, tam in Judicio, quàm extra, ac ſi ipſa cedula foret exhibita, vel oſtenſa.

Placet Motu Proprio M.

CIII. CONSTITUTIO
URBANI PP. VIII.
CHIROGRAFO

Ed. an. Dom. 1637. die 29. Aug. & impr. in Coll. Cherl.

Sopra l'eſtenzione del Monte Communità, ſeconda erezzione, in luogo di quello della terza.

Eſordio.

Vedi queſt'Erezzione nella Coſtit. precedente.

Monsignor Ceſi Noſtro Teſoriere Generale. Avendo Noi l'anno 1635. a benefizio delle Communità del Noſtro Stato eretto il Monte delle Communità detto della Terza Erezzione, non vacabile, con annua rendita di ſcu. 4., e mezzo per luogo, acciochè, avendo le dette Communità debiti di maggior intereſſe in Cenſi, altri Monti, ò in qualunque altro modo con eſſer'ammeſſe in queſto Monte della 3. Erezzione, poteſſero eſtinguerli; e migliorare lo Stato loro, con condizione frà le altre, che in tanto le prefate Communità averanno debiti di maggiore, ò uguale intereſſe, non poſſano eſtinguere queſto Monte da Noi, come ſopra ultimamente eretto, come più amplamente nel Moto proprio dell' Erezzione di eſſo da Noi ſpedito appare.

Il Papà ammeſſe al detto Monte le Cõmunità per comprar grani.

§.1. E perche faceſſimo grazia l'anno paſſato per maggior benefizio de' noſtri Sudditi, ſtanti l'urgenti biſogni dell'abbondanza d'ammettere in detto Monte diverſe Communità ad effetto di poter comprar grani per detto ſervizio, & al preſente vogliono eſtinguere tutto, ò parte del loro debito, e perche li oſta la ſudetta condizione, ci hanno ſupplicato, che vogliamo farli grazia di provedere alla loro indennità in quel meglior modo, che a Noi piacerà.

Ora volendo provedere all' Eſtinzione.

§.2. E perche abbiamo ſommamente a cuore, che le dette Noſtre Communità ricevino ogni ſollevamento, e vantaggio, ſiamo volentieri condeſceſi di compiacerle, e ſomminiſtrar loro qualche facilità, acciò poſſino col ſottrarſi da'debiti, venir ſgravate dall' intereſſi, che per eſſi ne pagano. Non giudicando Noi bene per degni riſpetti, che muovono l'animo noſtro a ciò fare, che ſi venga adeſſo all'eſtinzione del predetto Monte Communità 3. Erezzione; Abbiamo deliberato, che in luogo di queſto eſtinguiuo l'altro Monte delle Communità, detto della 2. Erezzione, fatto già eſtinguibile, & in qualche parte eſtinto.

Ordina, che s'ammettano all' Eſtinzione del 3. Monte.

§.3. Per tanto di Noſtro Moto proprio, certa ſcienza, e pienezza della noſtra poteſtà ordiniamo a Voi, che quando qualche Communità debitrice al Monte ſudetto della 3. Erezzione, per la cauſa eſpreſſa di ſopra per i biſogni dell'abbondanza, o per altre cauſe vorrà eſtinguere tutto, ò parte del ſuo debito, li permettiate, che poſſa farlo.

E ch'il denaro ſi depoſiti per eſtinguer tanti Monti di ſeconda Erezzione.

§.4. E Voi in tal caſo, li farete depoſitare il denaro preparato per detta eſtinzione, nel banco del Depoſitario Generale delle Communità a credito di quella, ò quelle, che vorranno eſtinguere, e detto denaro, così depoſitato, farete voltar in credito d'altre Communità obligate nel Monte Communità 2. Erezzione, che vi parerà, ad effetto di eſtinguerne tanti luoghi di eſſo Monte, e ſucceſſivamente farete fare l'eſtrazzione, & eſtinzione di eſſo per la concorrente quantità del denaro depoſitato.

E fatta tal Eſtinzione reſtino l'Abbondanzieri liberati &c.

§.5. Volendo Noi riſpetto all' eſtinzioni, che ſi faranno dalle Communità ammeſſe per ſervizio dell'abbondanza, come s'è detto, che ſubito ſeguite l'eſtrazzioni nel Monte della 2. Erezzione, l'Abbondanzieri, ò altre perſone particolari de' luoghi, e Communità obligate a favore del detto Monte Communità 3. Erezzione, ò in altra forma per l'eſtinzione del debito, che hanno in eſſo, ſiano liberi dalli loro oblighi per quella rata, che il loro debito reſterà eſtinto nel modo ſopradetto, ſiccome Noi d'adeſſo per all'ora con il preſente d'autorità, come ſopra, li liberiamo, e decretiamo, che ſiano, e s'intendino

Digitized by Google

dino *ipſo facto* liberi, & aſſoluti da detti loro oblighi per le rate, come ſopra, eſtinte.

E le Communità, che pagheranno reſtino libere, e viceverſa le Communità, per le quali ſi farà l'Eſtinzione del ſecondo Monte ſubentrino in loro luogo, nel Monte terza Erezzione.

§.6. Decretando parimente, come ſopra, che le Communità debitrici nel Monte della 3. Erezzione, che sborſaranno il denaro, con il quale ſi farà l'eſtinzione del Monte della 2. Erezzione, reſtino per quella rata del tutto liberate, & aſſolute, e quietate per la ſorte principale, e frutti,, come s'aveſſero eſtinti altretanti luoghi del Monte Communità 3. Erezzione, e viceverſa le Communità debitrici al Monte Communità 2. Erezzione, per le quali ſi farà l'eſtinzione con li danari d'altre Communità, ſubentrino in piede, e luogo di quelle per l'iſteſſa rata di ſorte principale, e frutti à favore del Monte, e Montiſti, 3. erezzione, come ſe quello, ò quelli li foſſero ſpecialmente obligate nella forma della noſtra Camera, jn modo che tutti gl'oblighi, cautele, ipoteche, e ſicurezze date, e fatte per detto Monte Communità 2. Erezzione, ò in qualſivoglia modo ad eſſo acquiſtate, s'intendino in tutte, e per tutto cedute intieramente, e pienamente trasferite a favore del Monte Communità Terza Erezzione nell'iſteſſo modo, e con l'iſteſſe prerogative, e privilegj, come ſe da principio foſſero ſtate fatte, e ſtipolate a favor ſuo: perche Noi di noſtro Moto proprio, e pienezza della noſtra poteſtà Apoſtol. in virtù di queſto, adeſſo per quando ſeguiranno l'eſtinzioni, transferimo ogni ragione, azzione, privilegio, ipotecha, e ſicurezza del Monte Communità a. Erezzione, a favore del Monte Communità 3. Erezzione, come ſe nell'atto di tal eſtinzione ſe ne faceſſe vera, reale, & attuale ceſſione delli Montiſti di eſſo Monte, Collegio, ò ſuoi difenſori.

Comanda, che ſi accetti queſta mutazione.

§.7. Volendo, & ordinando di più con l'iſteſſa pienezza di poteſtà, che li Montiſti del Monte 3. Erezzione accettino queſta mutazione d'aſſegnamento, & una Communità per l'altra, come ſopra, anzi fin d'ora le dichiaramo per accettate, ancor ch'eſſi Montiſti ricuſſaſſero.

Ordinà l'eſecuzione &c. ſenza pregiudizio della Camera.

§.8. E così Voi eſeguirete, ordinando alli Segretarj de'predetti Monti, che levando le Communità, che averanno eſtinte nel Monte della 2. Erezzione le reportino debitrici in quello della 3., e ne ſpedirete tutti quelli mandati, e proviſioni, che ſtimarete neceſſarie, & opportune, & il tutto ſenza pregiudizio alcuno della noſtra Camera, quale non vogliamo ſia tenuta in coſa alcuna.

Deroga à tutto ciò, che faceſſe in contrario.

§.9. E ciò non oſtante le coſe predette, le cedole dell'Erezzioni di detti Monti, in quanto oſtaſſero al contenuto nel preſente Chirografo, la Bolla di Pio IV. Som. Pontefice Noſtro Predeceſs. *de Regiſtran.*, l'oblighi fatti, qualſivoglia altra coſa, che faceſſe in contrario, a quali tutti, e ſingoli, avendo il loro tenore qui per eſpreſſo, per queſta volta ſola, eſpreſſamente deroghiamo.

Data.

Dato nel Noſtro Palazzo di Monte Cavallo li 29. Agoſto 1637.

Urbanus PP. VIII.

CIV. CONSTITUTIO
VEN. SERVI DEI
INNOCENTII PP. XI.
CHIROGRAFO

Con cui eſtingue il Monte Communità 3. Erezzione.

MONTIS COMMUNITAT. STAT. ECCLESIASTICI. Mõtis tertiæ Erect. Extinctio.

Monſ. Gio. Franceſco Negroni Noſtro Teſoriere Generale.

Ed. an. Dom. 1685. die 13. Iunii, reg. per Acta hodie Franciſchini Secr. Camera pag. 87.

§.1. AVENDO Noi procurato di ſgravare la noſtra Camera dal frutto troppo rigoroſo, che pagava de' Monti Camerali à ragione di ſcut. 4. per luogo con l'Erezione di Nuovi Monti, e riſpettivamente riduzione de' vecchi à ragione di tre per Luogo, e conſiderando, che molte Communità del noſtro Stato Eccleſiaſtico, che ſono debitrici nel Monte Communità 3. Erezzione patiſcono Intereſſe, più rigoroſo, pagando per detti Monti il frutto à ragione di ſcut. 4., e mezo per luogo, abbiamo riſoluto di dargli qualche ſollievo, col fare, che la noſtra Camera col denaro, ch'hà procedente dalla vendita de' Monti S. Pietro, per li quali paga li frutti alla detta ragione di ſcut. 3. per luogo, gli ſomminiſtri la ſomma, ch'hà biſogno, per eſtinguere il d. Monte Communità 3. Erezione, quale doppo l'eſtinzione del Monte Communità ſecondo, fù poſto ſotto l'Eſtrazione, con che le medeſime Communità rinfranchino la detta Camera del medeſimo frutto, che paga, e così verranno ad avanzare la terza parte di quello, ch'eſſe pagano di preſente.

Il Papa riduſſe i luoghi de Monti Camerali dal quattro al tre per cento.

Le Communità però pagavano il 4., e mezzo per il Monte di terza Erezzione, come ſopra, alla Conſt. 102.

Il Papa provedendo al loro ſollievo.

§.2. Perciò avendo quì per eſpreſſo il Moto proprio dell'Erezzione di detto Monte Communità terza Erezzione, fatto da Urbano VIII. l'anno 1636. con le ſue Aggiunte, & Eſtrazzioni fatte ſin'ora, la ſomma del debito, ch'hanno le Commuuità in detto Monte, che ſono Luoghi 6176., e centeſimi nove, e due terzi, il nome di ciaſcheduna Communità debitrice, e la ſomma reſpettivamente, che deve, e gl' oblighi, che ciaſcheduna hà fatto, quando è ſtata ammeſſa nel detto, ò in altro Monte, dal quale foſſe ſtata traſportata in queſto, & in ogni altra coſa neceſſaria da eſprimerſi.

Eſtingue il d. Monte Communità terza Erezzione co' denari della Camera.

§.3. Di noſtro Moto proprio, certa ſcienza, e pienezza della noſtra poteſtà ordiniamo à voi, ch'eſtinguiate, ſi come noi eſtinguiamo il detto Monte Communità 3. Erezione di detti Luoghi 6176., e centeſimi nove, e due terzi, ò altra più vera ſomma, e che da Gio: Antonio, e Filippo Paravicini Noſtri Depoſitarj Generali facciate pagare a loro medeſimi, come Depoſitarj Generali delle Communità del Noſtro Stato Eccleſiaſtico, in conformità del Moto proprio dell'Erezzione, per darne credito alli Montiſti di detto Monte Communità 3. eſtiuto, li ſcudi ſeicento diecisette mila ſeicento nove, e bajocchi 66. moneta, ch'importa il prezzo di eſſi à ragione di ſc. 100. per luogo, conforme l'obligo, ch'hanno le dette Communità per pagarli ad ogni uno di eſſi reſpettivamente con

Montes Communitat. Eccleſiaſtici.

Mõs novus Communitatum.

Con dichiarazione, che doppo il Meſe di Giugno non correrà più il frutto.

gl'Ordini del Segretario Generale de' Monti, e publichiate Editto, nel quale ſi notifichi alli Montiſti, che il detto Monte reſta affatto eſtinto, & il prezzo di eſſi gli ſarà pagato dalli detti Paravicini Depoſitarj ſudetti à ragione di ſc. 100. per Luogo con ordine del Segretario Generale de' Monti, conforme il ſolito, e paſſato il preſente Meſe di Giugno, non correrà più loro frutto alcuno, & il denaro reſterà in mano de' medeſimi Paravicini, come Depoſitarj ſudetti delle dette Communità a riſico, e pericolo di eſſi Montiſti, e mediante queſt' eſtinzione, e pagamento reſpettivamente vogliamo, che la noſtra Camera ſubentri in tutte, e ſingole ragioni, ch' hanno li Montiſti ſudetti contro le predette Communità, con tutte l'Ipoteche, anteriorità, poziorità, e privilegj, che in qualſivoglia modo competono a detti Montiſti, tanto per il Capitale, quanto per li frutti; quali ragioni vogliamo, che ſiino, e s'intendano cedute, e trasferite a favore della noſtra Camera, tali, e quali però gli competono, ancorche da Montiſti non ſe ne facci la ceſſione formale.

Et ordina, che le Communità dal 1. Luglio paghino il frutto al 3. per luogo.

§.4. E per far grazia ſingolare a dette Communità, vogliamo, & ordiniamo, che dal 1. Luglio proſſimo in appreſſo paghino il frutto di detti Monti alla ragione ſolamente di ſcudi 3. per luogo, come ſi paga dalla Camera a Montiſti de' Monti S. Pietro, facendogli Noi grazia del ſopra più: Quali frutti vogliamo, che facciate riſcuotere dalli Teſorieri delle loro Provincie reſpettivamente, con gl'iſteſſi emolumenti, ch' à detti Teſorieri ſi pagano per l' eſazzione degl' altri Peſi Camerali, da pagarſi dalle dette Communità inſieme con detti frutti, per occaſione de' quali reſtino con queſto libere da ogn' altro Peſo.

Dichiara, che reſtino fermi tutti gl' oblighi, & ipoteche, e facoltà d'eſtinguerle.

§.5. Vogliamo però, che tutti gl'oblighi, ch'hanno le dette Communità, tanto per l'eſtinzione del Capitale, quanto per il pagamento de' frutti, ſino però alla ſomma predetta di ſcudi 3. per luogo, tanto in vigore dell' Erezzione di detto Monte, quanto delle loro reſpettivamente ammiſſioni, ò in qualſivoglia altro modo, reſtino ſempre fermi, & in ſua forza, e vigore, e non s'intenda a quelli pregiudicato in cos' alcuna, e che tanto quelle, che in vigore degl' oblighi loro doveranno eſtinguere il Capitale, quanto quelle, che voleſſero eſtinguere per propria elezzione, debbano, e poſſano reſpettivamente farlo con depoſitare il denaro alla detta ragione di ſc. 100. per luogo in mano delli Depoſitarj Generali della Noſtra Camera in conto a parte, ad effetto, che quando vi ſarà una ſomma, competente a giudizio Voſtro, e de Voſtri Succeſſ. *pro tempore*, ſe ne faccia l'Eſtrazzione in qualche Monte eſtraibile nella forma ſolita, qual'Eſtrazzione ſeguita, e pagati i frutti per tutto il tempo decorſo, e per li 15. giorni, conforme il ſolito, reſtino le Communità, che avranno pagato il denaro, liberate dall'obligo di riſtituire il Capitale, e dal pagamento de' frutti per quella rata.

Clauſole derogatorie.

§.6. Volendo, e decretando, che il preſente Chirografo ammeſſo, e regiſtrato in Camera nel termine preſcritto dalle Coſtituzioni Apoſtoliche vaglia, & abbia il ſuo pieno effetto, eſſecuzione, e vigore, non oſtante l'Erezzione del detto Monte Communità 3. Erezzione, e le ſue Aggiunte, l' ammiſſione di dette Communità in detto Monte, ò in altro, e li traſporti in queſto, e non oſtante la Conſtituzione di Pio IV., & altri Pontefici *de Rebus Cam. non alienan.*, la Regola *de jure quæſito non tollendo*, e qualſivoglia altra Coſtituzione, & Ordinazione Apoſtolica Noſtra, e de Noſtri Anteceſſori, Decreto, Uſo, Stile, Conſuetudine, e qualunque altra coſa, che in qualſivoglja modo faceſſe in contrario, alle quali tutte, e ſingole, avendo il loro tenore, qui per eſpreſſo a ſufficienza, per queſta volta ſola, & a queſt'effetto Deroghiamo.

Dato dal Noſtro Palazzo Apoſt. di Monte Cavallo queſto dì 13. Giugno 1685. Data.

Innocentius PP.XI.

CV. CONSTITUTIO

Ven. Ser. Dei

INNOCENTII PP. XI.

CHIROGRAFO

Con cui erige un nuovo Monte delle Communità.

Concordantes notavi ſupra in Conſt. 101.

Ed. an. Dom. 1685. die 24. Auguſti regiſtrat. per acta hodie Franciſchini Sec. lib. Sig. pag. 111.

Il Papa eſtinſe il Monte Cõmunità terza Erezzione.

MOnſignor Gio: Franceſco Negroni Noſtro Teſoriere Generale. Per ſollevare le Communità del Noſtro Stato Eccleſiaſtico dal frutto rigoroſo di ſcudi quattro, e mezzo per luogo, che pagavano per il Monte Communità terza erezzione, nel quale erano debitrici di luoghi ſei mila cento ſettantaſei, con altro noſtro Chirografo a voi diretto delli tredici Giugno proſſimo paſſato, vi ordinaſſimo, che col denaro della noſtra Camera, procedente dalla vendita de' Monti S. Pietro, per li quali paga il frutto à raggione di ſcudi tre per luogo, eſtingueſte il detto Monte Communità terza, con che le medeſime Communità rinfrancaſſero la detta Camera del medeſimo frutto, che paga, il che da voi è ſtato eſeguito, con utile grande delle medeſime Communità.

Il tenore di queſto Chirografo, è la precedente Coſtit.

Narra, che molte Communità ſon gravate di molti debiti, per i quali pagano maggior intereſſe del 3 per 100.

§.1. Ora avendo inteſo, che molte Communità del detto Noſtro Stato Eccleſiaſtico reſtino gravate d'altri debiti in ſomme conſiderabili per cenſi, & altri debiti, de' quali pagano maggior intereſſe di ſcudi tre per cento, volendo darli, anche in queſto qualche ſollievo, abbiamo riſoluto di erigere un nuovo Monte di frutto di ſcudi tre per luogo, nel quale poſſino intrare le dd. Communità per quelle ſomme, che ad ogn'una di loro occorrerà per eſtinguere i detti debiti nell' iſteſſo modo, ch'è ſtato pratticato da Noſtri Anteceſſori per li Monti Communità prima, ſeconda, e terza Erezzione.

Orà erige un nuovo Monte Communità al 3. per luogo.

§.2. Perciò di noſtro Motu proprio certa ſcienza, e pienezza della noſtra poteſtà, creamo,

Digitized by Google

etiàm Presbyteratus ordinibus conſtitntæ, necnon S. Jo. Hieroſolymitani, vel aliorum hoſpitalium, & militiarum, ac quorumcunque (non tamèn mendicantium) ordinum, religioſæ, quibus à jure, aut per privilegium conceſſum eſt proprium retinere poſſe, cujuſcunque nominis, qualitatis, & conditionis, ac qualitercunque præterquam ratione regularis profeſſionis in aliquo ordine mendicantium inhabiles, & incapaces exiſtant, in Monte præfato quaſcunque pecuniarum quantitates, non tamen infra dict. ſum. ſcut. 100. mon. in ſingulas perſonas, uſque ad ſummam dd. 820. locorum, ſeù portionum ponere, & tàm ipſæ perſonæ, quàm alii ab eis cauſam habentes, pro pecuniis ſic poſitis ad rationem ſc. ſex pro quolibet loco ſingulis annis, & quolibet bimeſtri eorum ratam, ſine aliquo conſcientiæ ſcrupulo, & ſortis principalis diminutione, vel aliquo reſtitutionis onere, integrè omni prorsùs impedimento ceſſante percipere, & habere.

Confiſcariq; & ſequeſtrari poſſe prohibet.

§.17. Et loca ipſa, ſivè ex prædictis, ſivè ex aliis, & quibuſcunque fructibus, ac pecuniis confecta unum, vel plura, & quantacunque habuerint, illa tanquam bona patrimonialia, paterna, avita, & prophana obtineant, & in eis eorumque fructibus, & emolumentis ipſorum filii, & hæredes utriuſque ſexus quicunque fuerint, etiàm illegitimi, & aliàs quomodocunque inhabiles, tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato ſuccedere, deque eis ſimul, vel ſucceſſivè, ac quotieſcumque, ſivè donationis inter vivos, vel cauſa mortis, ſivè legati, ceſſionis, venditionis, ſivè alio quocunque titulò jure, & modo, ac etiam ſimplici ſcriptura manu ſua ſcripta, vel ſubſcripta, nulliſque adhibitis teſtibus, etiamſi in favorem ſuorum, vel aliorum illegitimorum prohibitorum, & incapacium, etiamſi illa in plures illegitimos, incapaces, & prohibitos ordine ſucceſſivo tranſierint, ac aliàs uti cuique libuerint, diſponere; dummodò in perſonam unius de minore quantitate unius loci non diſponatur: quin etiam loca prædicta quocunque modo obtinentes ſi illa in alios cedere, aut transferre, ac etiam illi, qui loca hujuſmodi aliis acquirere voluerint tales in hujuſmodi ceſſionibus, tranſlationibus, vel acquiſitionibus, ſibi ipſis, vel aliis etiàm, quoad vixerit, omnimodam dd. locorum ſic ceſſorum, vel acquiſitorum adminiſtrationem, eorumque fructuum, & emolumentorum perceptionem, necnon plenam, liberam, & abſolutam poteſtatem, illa quandocunque voluerint, nulla etiam ſubſiſtente cauſa, ad ſe recipiendi, & revocandi, ſeù alii, vel aliis vendendi, alienandi, donandi, relinquendi, obligandi, & pignori apponendi, ſuper eis paſcendi, & contrahendi, & prorſus omnem aliam ipſorum diſpoſitionem, jus, & facultatem, nullo obtinentium conſenſu deſuper requiſito, aùt alia ſolemnitate ſervata, ac etiàm cum prohibitione hujuſmodi adminiſtrationis, fructuum perceptionis, ceſſionis, venditionis, obligationis, fidejuſſionis, aut alterius cujuslibet diſpoſitionis, per ipſos obtinentes faciendæ, necnon decreto irritanti: quæcunque ſecus facta fuerint ab eiſdem reſervare, & obtinere, liberè, & licitè valeant; nulla alia licentia à Nobis aut alio R. Pontifice pro tempore exiſtente impetrata, aut compoſitione pro his cum Datario, vel quoquam alio facta, vel ſoluta, ſeù confirmatione, aliave ſolemnitate, aut ſcriptura deſuper requiſita.

Montis Communitat. Stat. Eccleſiaſtici.

Mõtis Urbis Veteris Erectio

§.18. Nulla etiàm loca prædicta nullive eorum fructus, & emolumenta, etiàm cauſa rebellionis, proditionis, aſſaſſinii, & ſacrilegii, læſæ majeſtatis, aut aliorum criminum quantumcunque gravium, & enormium, per loca ipſa obtinentes, non tamèn in perſonam R. Pontificis, aut alicujus ex S. R. E. Cardinalibus, commiſſorum, etiàm confeſſorum, & probatorum, uſpiam publicari, nec aliàs Fiſco applicari, aut publicata, fiſcove applicata declarari, ſeù deliberari, nec ſub ullis generalibus, vel ſpecialibus omnium bonorum, rerum, & jurium confiſcationibus, perſcriptionibus, aut aliis adjudicationibus, propterea factis, & decretis, ſeù aliis etiàm ipſo jure devolutionibus, etiamſi ſententia capitalis, & mors ſecuta eſſet comprehendantur; ſed ſemper ab illis excepta ſint, & eſſe cenſeantur; eiſque non obſtan., talium delinquentium filii, & hæredes in hujuſmodi locis, & fructibus (ut præfertur) ſuccedere, & illa ad eos devenire omninò debeant; ſeù ipſimet delinquentes de eiſdem, perindè diſponere modis omnibus ſupradictis valeant, ac ſi criminum hujuſmodi expertes, & inſontes exiſterent, nec etiàm loca prædicta, vel eorum fructus, ad inſtantiam quorumcunque illa obtinentium, creditorum, vel aliàs modo aliquo ſequeſtrari, aut impediri poſſint.

Montiſtis dat facultatem officiales creandi, & ſtatuta condendi.

§.19. Eidemque Monti, & perſonis in eo pecunias habentibus Collegium conſtituendi, Officiales creandi, & deputandi, ordinationes, & ſtatuta quæcunque ad ipſius Montis conſervationem pertinentia, licita tamèn, & honeſta, ab eadem Camera examinanda, & approbanda, condendi facultatem concedimus.

Et Privilegia aliorum Montium concedit.

§.20. Necnon iis, ut omnibus, & ſingulis aliis privilegiis, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, prærogativis, gratiis, & indultis, quibus cæteri creditores aliorum Montium non vacabilium, & præſertim Montis fidei, Alumeriarum, & Religionis utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum pariformiter, & abſque ulla prorſus differentia, etiàm perindè ac ſi, ea omnia hic de verbo ad verbum inſerta forent, uti, frui, & potiri liberè, & licitè valeant, indulgemus.

Montis Protectorem deputat.

§.21. Et ut Montis præd. regimen, exercitium, & adminiſtratio rectiùs, & fideliùs geratur, & dirigatur, Dilectum filium noſtrum Henricum Card. Caetanum S. R. E. Camerarium, & ſucceſſivè omnes alios pro tempore exiſtentes ejuſdem S. R. E. Camerarios dicti Montis Protectores, & adminiſtratores cum libera, & abſoluta poteſtate literas patentes d. Montis ſub ejus nomine, & ſigillo expediendi, & concedendi, ac omnia alia peragendi, quæ ad ejuſdem Montis utilitatem pertinere cogno-

Montis Communitat. Stat. Eccleſiaſtici.

Mõtis Urbis Veteris Erectio

cognoverint, conſtituimus, & deputamus.

Dat facultatem alios deputandi.

§.22. Concedimus quoque Monti, & futuro Collegio prædictis ut unum, duos, vel plures S.R.E. Cardinales, vel alium, ſeù alios Montis, Collegii, perſonarum, rerum, & jurium omnium prædictorum, ultra ſupradictum à Nobis protectorem, & adminiſtratorem deputatum, protectores, Conſervatores & defenſores, ac Communitatis, & Univerſitatum, vel earum arrendatariorum, conductorum, & affictuariorum, ſeù particularium perſonarum, Dohaneriorum patrimonii, & aliorum omnium prædictorum, tàm conjunctim, quàm diviſim compulſores, & denique Montis Judices contrà illos, & quoſcunque alios, cum omnibus ſupradictis, & quibuſcunque aliis facultatibus, & juriſdictionibus ordinariis, & delegatis ad id requiſitis neceſſariis, & opportunis, quotieſcunque eis videbitur aſſumere, cæteraque omnia ad præfatæ ſummæ ſcut. 4920. exactionem, & ſalubrem Montis, & collegii directionem illiuſque perſonarum commodum, & favorem opportuna, gerere, & exercere liberè, & licitè valeant, etiamſi talia ſint, quæ facultatem, aùt mandatum magis ſpecialia requirant, quàm præſentibus ſit expreſſum.

§.23. Quodque ipſius Montis Depoſitarius, introitus, & emolumenta præfata exigere, & recuperare, ac inter perſonas, quæ ſuas pecunias in d. Monte Urbis Veteris poſuerint, pro rata locorum, & portionum cujuslibet, quolibet bimeſtre in fine diſtribuere, & dividere teneatur.

Montem iſtū reductionib., & contrariis diſpoſitionibus non ſubjacere decernit.

§.24. Ac decernentes Montem hujuſmodi, illiuſque loca, & portiones prædictas reſpectu fructuum, & emolumentorum, pro rata locorum, ſeù portionum hujuſmodi eidem Monti aſſignatorum nullis omninò reductionibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, præterquàm redemptioni, & extinctioni infrà dicendæ, etiàm prætextu enormiſſimæ læſionis, tàm Cameræ, quàm Communitatis, Univerſitatum, & particularium perſonarum prædictarum, vel prætextu urgentis neceſſitatis, ſeù etiàm evidentis utilitatis, aut alia quacunque cauſa, ſivè in genere, ſivè in ſpecie facientibus obnoxias eſſe, ſed firmas, & inviolatas perſiſtere, nec quemquam ex ipſius deſcriptis Creditoribus, aut ab eis cauſam, & jus habentes ſuper integris fructibus, & emolumentis prædictis quocunque modo turbari, vel impediri poſſe.

§.25. Cæterum quia Mons prædictus pro dd. Communitatis, & Univerſitatum commodo, & beneficio, & juxta capitula, & conventiones inter ipſam Cameram, & Communitatem, & Univerſitates initas extinguibilis, & redimibilis eſſe debet, teneantur eædem Communitas, & Univerſitates annuam ſummam, vel annuum redditum infrà duos menſes per eaſdem Communitatem, & Univerſitates in actis ejuſdem Tydei Notarii declarandum, & quolibet bimeſtri anticipatè ſolvendum pro dicta extinctione, & redemptione facienda dare, & aſſignare; quæ tamen extinctio, ſeù redemptio fieri non poſſit, niſi tribus annis elapſis à die, qua pro ipſa extinctione, & redemptione prima ſolutio fiet incipiendo, ipſa vero redemptio, & extinctio fiat de tot locis ipſius Montis, quot importabunt pecuniæ pro dicta extinctione ex dicto annuo redditu, ſic ut præmittitur aſſignando, perceptæ ad rationem ſcut. 100. mon. pro quolibet loco extrahendo; quæ extractio fiat per ſortem eodem modo, quo in Monte Populi Romani, vel aliis ſub ſimili forma extinguibilibus, fieri ſolet, & deinde dict. tribus annis elapſis, unoquoque biennio, in fine ſimiliter pro rata pecuniarum, quæ ad hunc effectum in manibus ejuſdem Depoſitarii ſolutæ fuerint, dicta extinctio fiat, & ſic deinceps, de biennio in biennium, procedatur, uſque ad integram dicti Montis extinctionem; & ad omne dubium, & fraudis ſuſpicionem evitandum, hujuſmodi extractio fiat coram S.R.E. Camerario, nunc, & pro tempore exiſtente, cum interventu dict. Cam. Commiſſarii; Fructus autem dict. ratæ locorum, ut præmittitur, extinguendorum ſolvantur ab ipſis Communit., & Univerſit., aut Dohaneriis, d. Depoſitario, & cedant in augumentum extinctionis deinceps biennio quolibet, ut ſuprà, faciendæ.

Extinctionem hujus Montis, modis hic expreſſis fieri mandat.

§.26. Ità tamen, quod quidquid exigetur ſemper intelligatur ad extinctionem faciendam converti, ſolutis priùs fructibus d. Montis, & hujuſmodi extinctio ſemper cedat in beneficium uniuſcujuſque Communitatis, & Univerſitatis, dummodo ſolverint ratam pecuniarum pro ipſa extinctione per unamquamque dictarum Communitatum aſſignatam; alioquin niſi id omne ſolverint, non gaudeant, niſi pro rata ſolutionis, & ea quæ nihil ſolverit, nihil de extinctione participet, ſed id omne cedat ad beneficium earum quæ ſolverint, & quo tardius ipſæ Communitas, & Univerſitates ſummam pro dicta extinctione, & redemptione aſſignatam ſolverint, eò tardius tàm primi biennii, quàm ſequentium bienniorum extractio, & redemptio fiat, in damnum tamen Communitatis non ſolventis.

Clauſulę preſervativæ.

§.27. Decernentes eaſdem præſentes literas de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quovis defectu, notari, argui, vel impugnari, aut revocari, reſtringi, vel limitari, nullatenùs poſſe: & ſi ſecus id fiat, toties illas in priſtinum ſtatum reſtitutas, & plenariè reintegratas, vimque validi contractus inter Nos, & Sedem, ac Cameram præfatas, ex una, & eos qui pecunias ſuper ipſo Monte poſuerint ex altera partibus initi, & ſtipulati habere, eaſque ad omnia, & ſingula plenè probandum omninò ſufficere, nec ad id alterius probationis adminiculum requiri, & tàm ipſum Jo: Auguſtinum dicti Montis emptorem, ac Depoſitarium, vel perſonam ab eo nominandam, & illius hæredes, & ſucceſſores, quàm omnes alios ejuſdem Montis futuros creditores in pacifica, & quieta dicti Montis fructuum perceptionis, ac aſſignamentorum præfatorum exactionis, & conſecutionis, necnon jurium præfatorum reſpectivè poſſeſſione, manu tenendos, & conſervandos eſſe, & deſuper nunquam moleſtari poſſe, vel debere, etiàm ſub prætextu cujuſcumque enormis, vel enormiſſimæ læſionis,

vel

Digitized by Google

vel quod ab aliis majus pretium, vel meliores conditiones, & pacta reperta fuerint, vel reperiri potuiſſent, aut reperiri contigerit cujuſcumque quantitatis, & ſummæ fuerit, etiamſi dimidiam, vel quantumvis juſti pretii majorem partem excedat, eidem Jo: Auguſtino, & ejus hæredibus, & ſucceſs., aliiſque dicti Montis Creditoribus, etiàm donatione inter vivos remittimus, & gratiosè donamus, & in omnem caſum moleſtiæ, ſivè de jure, ſivè de facto inferatur Cam. prædictam ad litem ſuſcipiendam, & tollendam moleſtiam, ad omnem eorumdem ſimplicem requiſitionem, etiàm extra judicialiter faciendam, & ad omnem,& quamcumque evictionem teneri, & obligatam eſſe.

Obligatio bonorum Sedis, & Cam. Apoſtol. pro ſecuritate d. Montis.

§.28. Necnon pro omnium, & ſingulorum præmiſſorum obſervatione, & executione, nos, ſucceſſoreſque noſtros, ac omnia, & ſingula Sedis, & Cam. prædictarum jura, res, & bona quæcumque, tàm præſentia, quàm futura generalitèr, ac ſpecialitèr, & expreſsè in ampliſſima ejuſdem Cam. forma, cum clauſulis, decretis, & cautelis ſolitis, & neceſſariis latiſſimè extendendis; Ità quod ſpecialitas generalati non deroget, nec contrà, obligamus, ac obligata, & hypothecata eſſe; Ipſoſque Jo: Auguſtinum, vel Montiſtas præfatos, ac eorum hæredes, & ſucceſs., ad probandum, quod ſumma pro pretio d. Montis, ut præfertur, ſolvenda, vel in eo ponenda, vel aliqua illius pars in utilitatem, vel neceſſitatem S.R.E., ſeù Cam., & Sedis præfatarum, vel fidei Catholicæ defenſionem, converſa ſit, minimè teneri, aut obligatos eſſe volumus.

Decretum irritans.

§.29. Sicque, & non aliàs per quoſcumq; Judices ordinarios, ſublata eis &c., irritum, quoque, & inane ſi ſecus &c.

Executorum deputatio.

§.30. Mandantes propterea Dilectis Filiis modernis, & pro tempore exiſtentibus S.R.E. Camerario, Vice-Camerario, Theſaurario, necnon Clericis, & Præſidentibus dict. Cam., ut eaſdem præſentes in eadem Cam. admittant, & in libris illius deſcribi, & regiſtrari faciant, & inviolabilitèr obſervent, & obſervari mandent; ac etiàm ad majorem cantelam dictor. Jo: Auguſtini, & hæredum ac ſucceſs., deſupèr patentes literas, mandata, & alias ſcripturas opportunas expediant, & expediri curent.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.31. Non obſtan. præmiſſis, ac fel. rec. Symmachi, Bened. XII. Caliſt. VIII. Paul. II. Innoc. VIII., & Paul. IV., ac quorumcumq; aliorum RR. Pontif. Prædeceſs. Noſtr. de Reb. Eccl. non alienan., ac malè alienatis recuperandis, aliiſque Conſt., & Ordinat. Apoſtol. necnon dict. Cam. etiam juramento, confirmatione Apoſt., vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Conſuetudinibus, Decretis, & Reformationib., earumque innovationib., Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtol. per prædictos, & quoſcumque alios Rom. Pontif. Prædec. noſtros, ac Nos & dict. Sedem etiàm Motu, ſcientia, & Poteſtatis plenitudine ſimilibus etiàm per viam generalis legis, & ſtatuti perpetui, etiàm conſiſtorialiter, & de eorumdem Fratr. conſilio, ac ex cauſis quantumvis gravibus, & oneroſis, ac cum quibuſvis etiàm derogatoriarum derogator., aliiſque efficacioribus, etiàm inſolitis clauſulis, etiàm vim contractus indncentibus, ac etiam irritan., ac aliis decretis in genere, vel ſpecie, & alias quomodolibet, etiàm iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis, etiam præmiſſa fieri ſpecialitèr, & expreſsè prohibent., aut quod ſuper alienationibus proventuum, membrorum, bonorum, & rerum dictæ Cam., licitationes, præviis debitis tractatibus cum intervallo temporis, & edictis publicis emiſſis, candela accenſa, & certis diligentiis ſolemnitatibus, & formis ſervatis, etiàm ſub excommunicationis majoris, & aliis graviſſimis pœnis, fieri debeant, & aliter factæ cum indè ſecutis quibuſcumque nullius roboris, vel momenti exiſtant, necnon etiam Julii II. Pauli III., & ejuſdem Pii IV. Pontific. etiàm Præd. Noſtror., ſeu aliis quibuſcumque literis, & Conſtit., quibus prohibetur, quod perſonæ Camerales, ſeù dictæ Cam. Officiales, non participent in contractibus rerum Cameralium, cum idem Jo: Auguſtinus noſter, & dictæ Cameræ generalis Depoſitarius ſit; & quibuſcumque aliis, quæ quomodolibet præmiſſorum validitati obſtarent, vel ea infringerent, necnon privilegiis, & indultis eidem Cam., & Fiſco noſtro, vel eidem Communitati, & Univerſitatibus quomodolibet conceſſis, & Cancellariæ Apoſt. regulis, etiàm *de non tollendo jure quæſito*, aut aliàs quomodolibet etiàm per Nos, & Præd. Noſtros cum quibuſvis, etiàm derogatoriar. derogator. in genere, vel in ſpecie editis, approbatis, & innovatis: Quibus omnibus etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa,& individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, acſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita, obſervata, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, eaque omnia in quantum præmiſſis obeſſent, aut illorum executionem, & effectum retardare poſſent, omninò tollimus, & abrogamus, ac pro ſublatis, & abrogatis haberi volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Montes Communitat. Stat. Eccleſiaſtici.

Mōtis Urbis Veteris Erectio

Sanctio pœnalis.

§.32. Nulli ergo &c. Si quis autem &c.

Dat.

Datum Romæ apud S. Petrum An. Domin. 1587. XI. Kal. Martii.

Ego Sixtus Cath. Eccl. Epiſc. ſubſcr.

Montes

Montes Pietatis.

Montes Pietatis.

CX. CONSTITUTIO

LEONIS PP. X.

Montes Pietatis licitos eſſe, & contrarium prædicantes excommunicationis latæ ſententiæ pœnam incurrere declarat.

Ed. an. Dom. 1515. die 7. Maii in bull. nov. la 11. tom. 5. in antiq. an. 1579. la 7. pag. 117. Et materno idiom. in Collect. Cheri.

Probibitionem de pecuniis Montium Pietatis Status Eccleſiaſt. ad alium, quàm ab eorum Erectione deſtinato uſu abſque Sedis Apoſt. licentia quocunque modo diſponendi babes in ſeq.

LEO Epiſ. Ser. Ser. Dei, Ad perp. rei mem.

Sacro approbante Concilio.

Exordium.

INTER MULTIPLICES Noſtræ ſolicitudinis curas, illam in primis ſuſcipere pro noſtro paſtorali Officio debemus, ut quæ ſalubria, & laudabilia, ac Catholicæ Fidei conſona, & bonis moribus coformia noſtro tempore non ſolum enucleentur, verum etiàm ad poſteros propagentur, & quæ materiam ſcandali præbere poſſent, penitus ſuccidantur, & radicitus extirpentur, nec pullulare uſquam ſinantur in agro Dominico, & Vinea Domini ſabaoth dumtaxat conſeri permittendo, quibus fidelium mentes paſci ſpiritualitèr poſſint, eradicatis zizaniis, & oleaſtri ſterilitate ſuccisa.

Montes Pietatis à S. Viris laudati, & à Pontificibus præd. confirmati.

§. 1. Sanè cum olim intèr nonnullos dilectos filios Sacræ Theologiæ Magiſtros, ac Juris utriuſque Doctores, controverſiam quandam non ſine populorum ſcandalo, & murmuratione exortam, & nuper his diebus innovatam eſſe compererimus, circa pauperum relevationem in mutuis eis publica auctoritate faciendis, qui Montes Pietatis vulgò appellantur, quique in multis Italiæ Civitatibus, ad ſubveniendum per hujuſmodi mutuum pauperum inopiæ, nè uſurarum voragine deglutiantur, à Civitatum Magiſtratibus, & aliis Chriſtifidelibus ſunt inſtituti, atque à SS. Viris divini verbi præconibus, & laudati, & perſuaſi, ac à noonullis, etiàm ſum. Pontificibus Præd. noſtris probati, & confirmati ſunt, nè præfati Montes à Chriſtiano dogmate diſſonantes, vel non, utraque parte diverſimodè ſentiente, atque prædicante.

Sed nonnulli eos, illicitos putabant.

§. 2. Nonnullis enim Magiſtris, & Doctoribus dicentibus, eos Montes non eſſe licitos, in quibus aliquid ultra ſortem pro libra, decurſo certo tempore, per Miniſtros hujus Montis, ab ipſius pauperibus, quibus mutuum datur, exigitur, & propterea ab uſurarum crimine, injuſtitiave, ſeù ab aliqua certi ſpecie mali, mundos non evadere, cum Dominus noſter, Luca Evangeliſta atteſtante, aperto nos præcepto obſtruixerit, ne ex dato mutuo quicquam ultra ſortem ſperare debeamus: Ea enim propria eſt uſurarum interpetratio, quando videlicet ex uſu rei, quæ non germinat, nullo labore, nullo ſumpto, nullove periculo, lucrum, fetuſque conquiri ſtudetur: Addebant etiam iidem Magiſtri, & Doctores in iis Montibus, neque commutativæ, neque diſtribntivæ juſtitiæ fieri ſatis, cum tamen juſtitiæ terminos contractus hujuſmodi excedere oon debeaot, ſi debeant approbari. Idque prætereà probare nitebantur, quia impenſæ pro hujuſmodi Montium conſervatione, à pluribus, (ut ajunt) debitæ, à ſolis pauperibus, quibus mutuum datur, extorqueantur, pluraque interdum ultrà neceſſarias, & moderatas impenſas, non abſque ſpecie mali, ac incentivo delinquendi, quibuſdam aliis perſonis (, ut inferre videntur) exhibeantur.

Alii verò illos licitos affirmabant.

§. 3. Aliis verò pluribus Magiſtris, & Doctoribus contrà aſſerentibus, & in multis Italiæ Gymnaſiis verbo, & ſcripto conclamantibus pro tanto bono, tamquam Reipublicæ neceſſario, modo ratione mutui nihil petatur, neque ſperetur, pro indemnitate tamèn eorumdem Montium, impenſarum videlicet miniſtrorum eorumdem, ac rerum omnium ad illorum neceſſariam conſervationem pertinentium, abſque Montium hujuſmodi lucro, idque moderatum, & neceſſarium ab iis ex hujuſmodi mutuo commodum ſuſcipiunt, licitè ultrà ſortem exigi, & capi poſſit, nonnihil licere; cum regula juris habeat: *quod qui commodum ſentit, onus quoque ſentire debeat*, præſertim ſi Apoſt. accedat auctoritas.

Oſtendentes à Sacris viris, & RR. Pontificibus hanc ſententiam probatã fuiſſe.

§. 4. Quam quidem ſententiam à fel. rec. Paulo II. Sixto IV. Innoceotio VIII. Alexandro VI., & Julio II. RR. Pontificibus Præd. noſtris probatam, à Sanctis quoque, ac Deo devotis, & in magna ob Sanctitatis opinionem exiſtimatione habitis, Evangelicæ veritatis Prædicatoribus prædict. eſſe oſtendunt.

Hic ideò Pontifex (Sacro approbante Concilio) declarat Montes hujuſmodi licitos, cum cõditionibus hic expreſſis.

§. 5. Nos ſuper hoc, prout Nobis eſt ex alto conceſſum) opportunè providere volentes, alterius quidem partis juſtitiæ zelum, ne vorago aperiretur uſurarum, alterius pietatis, & veritatis amorem, ut pauperibus ſubveniretur, utriuſque verò partis ſtudium commendantes; cum hæc ad pacem, & tranquillitatem totius Reipublicæ Chriſtianæ ſpectare videantur (Sacro approbante Concilio) declaramus, & definimus, Montes Pietatis antedictos per Reſpublicas inſtitutos, & auctoritate Sedis Apoſt. hactenùs probatos, & confirmatos, in quibus pro eorum impenſis, & indemnitate aliquid moderatum ad ſolas miniſtrorum impenſas, & aliarum rerum ad illorum conſervationem, ut præfertur, pertinentium pro eorum idemnitate dumtaxat; ultrà ſortem, abſque lucro eorumdem Montium, recipitur, neque ſpeciem mali præferre, nec peccandi incentivum præſtare, neque ullo pacto improbari, quin imò meritorium eſſe, ac laudari, & probari debere, tale mutuum minimè uſurarium, putari, licereque illorum pietatem, & miſericordiam populis prædicare, etiam cum Indulgentiis à S. Sede Apoſt. eam ob cauſam conceſſis. Ac deinceps alios etiam ſimiles Montes cum Apoſt. Sedis approbatione erigi poſſe.

Perfectiores, autem eſſe, ſi gratuitò hi Montes inſtituerentur.

§. 6. Multò tamen perfectius, multumque Sanctius fore ſi omninò tales Montes gratuiti conſtituerentur, hoc eſt, ſi illos erigentes, aliquos cenſus aſſignarent, quibus ſi non omni ſaltem, vel media ex parte, hujuſmodi

Digitized by Google

modi Montium Miniſtrorum ſolvantur impenſæ, ut ad læviorem æris ſolvendi portionem, medio hoc, pauperes gravari contingat, ad quos cum hujuſmodi cenſus aſſignatione, pro impenſarum ſupportatione erigendos, Chriſtifideles majoribus Indulgentiis invitandos eſſe decernimus.

Contrarium prædicantes, vel docentes Excommunicatos declarat

§.7. Omnes autem religioſos, & Eccleſiaſticas, & ſæculares perſonas, qui contra præſentis declarationis, & Sanctionis formam, de cætero prædicare, ſeu diſputare verbo, vel ſcriptis auſi fuerint, excommunicationis latæ ſententiæ pœnam, privilegio quocumque non obſtante, incurrere volumus.

Derogatio contrariorū.

§.8. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſt., cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Sanctio pœnalis.

§.9. Nulli ergo &c. Si quis autem &c.

Dat.

Datum Romæ in pub. ſeſſione in Lateranenſi Sac. S. Baſilica ſolemnitèr celebrata an. Dom. MDXV. IV. Non. Maii Pont. an. III.

CXI. CONSTITUTIO
PAULI PP. V.

Prohibitio de pecuniis Montium Pietatis Status Eccleſiaſtici ad alium, quàm ab eorum erectione deſtinatum uſum, abſq; Sedis Apoſtol. licentia, quocunque modo diſponendi.

Hujuſmodi Montium Inſtitutiones licitas probavit Leo X., ut in Conſt. præced. Sac. autem Concil. Trid. ſeſſ.25. cap.9. cenſuit hujuſmodi Montium adminiſtrationis rationem, Ordinariis locorum reddendam eſſe.

Ed. an. Dom. 1615. die 4. Febr. in bull. nov. la 82. to.3. Et materno idiom. in Coll. Cherl.

Quoad Montem Pietatis Urbis, attende Conſt. Greg. XIII. in bull. vet. la 104. pag. 1355. tom.2., quam ampliavit Clem. VIII. in Conſtit.88. bull. nov. to.3.

PAULUS PP. V. Ad per. rei mem.

Exordium.

ONEROSA Paſtoralis, Officii cura, meritis licèt imparibus, Nobis ex alto commiſſa poſtulat, ut bonorum quorumcunque, miſerabilium perſonarum ſubventioni deſtinatorum, conſervationi conſulamus, proùt in Dom. conſpicimus ſalubritèr expedire.

Cauſa hujus Conſtit.

§.1. Cum itaque, ſicut accepimus, pecuniæ Montium Pietatis nuncupat. Status noſtri Eccleſiaſt. ad uſus pauperum mutuò dandæ, in alios uſus avertantur, & in dies minuantur.

Prohibitio pecunias Montium Pietatis in alios, quàm ab eorum erectione deſtinatum uſum, convertendi.

§.2. Nos huic malo, opportuno remedio, quantum cum Dom. poſſumus, providere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac mera deliberatione noſtris, univerſis, & ſingulis Montium Pietatis hujuſmodi Præſidentibus, Protectoribus, Defenſoribus, Adminiſtratoribus, Deputatis, & Officialibus quibuſcunque, necnon Communitatibus, Univerſitatibus, & earum etiam Officialibus quarumcunque Civitatum, terrarum, & locorum, Status noſtri Eccleſiaſt., quacunque dignitate fulgentibus, etiamſi Epiſcopi, Archiepiſcopi, Patriarchæ, aut S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legati exiſtant, ne de pecuniis ad dd. Montes quomodolibet ſpectan., & pertinen., ac tàm pro ſorte principali à principio illis aſſignatis, quàm pro d. ſortis augumento, poſtea acquiſitis, in alios, quàm pauperum uſus, juxtà modum, & formam in erectione dd. Montium præſcriptam, abſque noſtra, & Sedis Apoſt. licentia ſub quovis prætextu, vel quæſito colore, & cum obligatione intra quodcunque breve tempus reſtituendi, diſponere præſumant, tenore præſentium prohibemus.

Contravenientium pœnæ.

§.3. Quod ſi quis contra hanc noſtram, prohibitionem venire præſumpſerit, Cardinales quidem, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, ſuſpenſionis; aliæ verò inferiores perſonæ excommunicationis ſententiam eo ipſo incurrant, à qua nonniſi à Rom. Pontifice, præterquàm in mortis articulo, abſolvi poſſint.

Derogatio contrariorum

§.4. Non obſtan. Conſtit., & ordinationibus Apoſt. cæteriſque in contrarium facien. quibuſcunque.

Fides transſumptorum.

§.5. Volumus autem, quod præſentis prohibitionis copia in loco publico Montium Pietatis hujuſmodi, quod ab omnibus legi poſſit, continuò affixa remaneat.

Dat.

Dat. Romæ apud S. M. Majorem die 5. Febr. 1615. Pont. an. X.

Obligationes Communitatum, & Vaſſallorum.

CXII. CONSTITUTIO.
SIXTI PP. V.

Communitates, infra annum, à die intimationis fiendæ, ab earum obligationibus liberentur, & de cætero pro aliis ſe obligare, præterquàm ratione locationis, earumque bona alienare, vel Oratores ad Pontificem mittere, nequeant, abſque ipſius licentia.

Ed. an. Dom. 1586. die 30. Sept. in bull. nov. la 42. tom.2. in illo hujus Pontif. la 43. pag. 137 p.1. & mater. idiom. in Collect. Cherl.

Conſonat Pii IV. Conſt. quam hab. in ſeq. Confirmatur hæc Conſt. à Clemen. VIII. in Conſt. pro Commiſſa §.12. quam habes ſupra Conſt. 60. pag.96.

SIXT. Epiſc. Ser. Ser. Dei, Ad perp. rei mem.

Exordium.

INTER VARIAS, ac multiplices ſolicitudines, quas pro communi utilitate univerſæ Chriſtianæ Republicæ, noſtræ curæ (divina providentia) commiſſæ, dies, noctesſque ſuſcipimus, id potiſſimùm Nobis cordi eſt, ut Subditorum S. R. E. commodis paterna charitate, & præcipua quadam, ac ſingulari vigilantia conſulamus: quod illos, quaſi noſtros peculiares, eximièque charos, & acceptos, ac præcæteris dilectos filios in noſtram clientelam, ac fidem receptos, ſpeciali quadam, & propria paterni amoris prærogativa complecti, æquum cenſemus.

Cauſa hujus Conſtit.

§.1. Quare cum eos ab omni injuria, & violentia tutos, & illæſos defendere, & cuſtodire pro viribus ſtudeamus, ſicut ad id, vel ab initio noſtri Pontificatus opportuna remedia, quæcunque potuimus, non ſine magno fructu, Deo annuente, comparavimus: Ita, etiam

nunc eodem erga illos pietatis affectu permoti, duximus omni ſtudio occurrendum dolis callidorum hominum, qui privatis ſuis lucris intenti, plerumque commune bonum, ac publicam noſtrarum Civitatum, & Oppidorum utilitatem, non mediocriter lædunt.

§.2. Quoniam verò in tota ferè Ditione, & Statu temporali hujus S. Sedis, pravus inolevit abuſus, ut plerunque ex leviſſimis, minimè neceſſariis, neq; utilibus, ac forſan etiam magnoperè damnoſis cauſis, dilecti filii Communitates, ſive Univerſitates, & homines earundem Civitatum, & Oppidorum reſpectivè, ad inſtantiam, & ſuaſu quorundam, qui privatim ſuæ rei familiaris, ac domeſticæ, etiam cum communi aliorum diſpendio lucrum quærere non erubeſcunt, univerſi, ac publico nomine ſe, ſuaque bona obligare, & hypothecare, aut pro aliis fidejubendo, ſeu principalitèr pro ſuo intereſſe conſueverint, & contractus celebrare, magno, olim, eiſdem Univerſitatibus, & Communitatibus detrimento, & damno futuros, ſive etiam expenſas minimè neceſſarias, interdum verò prorſus ſupervacaneas facere, ſicuti jam in multis Communitatibus, & Univerſitatibus, ingenti ære alieno gravatis, ærariiſque earum planè exhauſtis, res ipſa, & experientia docuit.

§.3. Nos propterèa indemnitati illorum, & huic malo, antequàm latiùs ſerpat, & graviora afferat damna, & incommoda, quamprimùm providere cupientes.

Communitat. pro aliis obligatæ, infrà an. à die denunciationis, liberantur.

§.4. De attributæ Nobis Apoſt. poteſtatis plenitudine, tenore præſentium præcipimus, & mandamus univerſis, & ſingulis perſonis quavis, dignitate, & anctoritate fulgentibus, pro quarum utilitate, commodo, & intereſſe, directò, vel indirectò aliqua Univerſitas, ſeù Communitas cujuſcunque Civitatis, Terræ, Oppidi, Caſtri, Villæ, aut alteriùs loci noſtræ, & dictæ Romanæ Eccleſiæ ditioni mediatè, vel immediatè in temporalibus ſubjecti, vel ſubjectæ, univerſi inſimul ex quacunque cauſa, & quocunque modo fidejuſſiſſe, vel aliàs, etiam uti principales obligati, hactenus fuiſſe reperientur, ut ipſi, & eorum unuſquiſque debeant, ac teneantur intra annum à die denunciationis, vel intimationis, in vim præſentium literarum eorum cuilibet faciendæ, etiam ſi ipſi ex eadem Civitate, & loco, vel aliundè oriundi ſint, atque inibi, vel alibi domicilium habeant, bonaque ſtabilia, cujuſcunque valoris, etiam maximi poſſideant, eaque minimè dilapident, ab hujuſmodi fidejuſſione, & alia quacunque obligatione reali, & perſonali, vel hypotheca generali, aut ſpeciali, etiam à modico tempore citra, contractis, eaſdemque Communitatem, ſeù Univerſitatem, earumque res, & bona penitus exemiſſe, & liberaſſe; curentque, vel caſſatis penitus, & extinctis ipſis obligationibus, & inſtrumentis deſuper confectis, aut dato alio expromiſſore in locum ipſius Communitatis, vel Univerſitatis, aut aliàs quoquomodo re ipſa afficere, ut ii, in quorum favorem ipſæ Communitates, aut Univerſitates ſe obligaverint, illarum liberationi ſponte, & expreſsè conſentiant: Cujuſmodi conſenſum, ſi nec ipſi, in quorum favorem Communitates, vel Univerſitates prædictæ ſe, ſuaque bona obligaverint, præſtare ullo modo voluerint, & ea fuerit contractus, vel obligationis natura, ut neque, etiam facta aliqua oblatione, aut ſolutione ad conſentiendum, ipſi inviti cogi, ſeu aliàs obligationes ipſæ caſſari, & annullari poſſint: tunc dictæ perſonæ, à quibus eædem Communitates, & Univerſitates, occaſione talium obligationum indemnes relevandæ ſunt, alios fidejuſſores, & expromiſſores arbitrio pro tempore exiſtentis Gubernatoris, ſeù Legati, cui ipſa Univerſitas, vel Communitas mediatè, ſeu immediatè ſuberit, de conſervando eaſdem Communitates, vel Univerſitates indemnes, præſtare teneantur.

Et ſi Creditores ad obligationes extinguen. cogi nequeant, tunc eiſdem Communit. idonei relevatores dentur.

§.5. Liceatque ipſarum Communitatum, ſeu Univerſitatum Magiſtratibus, Procuratoribus, Agentibus, ſeù etiam particularibus perſonis ad præmiſſa contra quoſcunque, vigore præſentium literarum, coram quocunque Judiee agere, & judicio experiri, ac ipſi Judici, unica citatione præcedente, mandatum executivum in rem, & perſonam contra eum, pro quo eſt facta fidejuſſio, vel obligatio, ſtatim elapſo prædicto anno, exequendum relaxare, perinde ac ſi eædem perſonæ ad id expreſsè in ſpecie, atque efficaciter ſe obligaſſent, etiam ſi hoc ipſum naturæ, & ſubſtantiæ contractuum, quorum occaſione obligationes hujuſmodi initæ fuerint, omninò repugnet, & adverſetur, aùt aliàs, ne quis ad extinguendum, & redimendum cenſus ſuper bonis ſuis ſtabilibus venditos, creatos, & impoſitos, cogi aut compelli queat Apoſt. Conſtit. expreſsè cautum fuerit.

Communitat. ad præmiſſa agere valeant Et Judices unica citatione procedant.

§.6. Cæterum hac noſtra in perpetuum valitura Conſt. prohibemus, ne in poſterum ſine noſtra, aut R. Pontif. pro tempore exiſtentis, vel Cameræ Apoſt. licentia ſpeciali, ulla Communitas, aut Univerſitas ex quacunque cauſa etiam juſtiſſima, urgentiſſima, & omninò neceſſaria, & in evidentem utilitatem, aut neceſſitatem, bona ſua immobilia, ſeù jura percipiendi quoſcunque fructus, redditus, proventus, ac introitus annuos, diſtrahat, vendat, quovis modo alienet, hypothecet, aut ſuper illis cenſus annuos creet, imponat, ſeù vendat, vel illa aliàs, quàm ratione locationis, nec ultra decennium alicui obligationi, vel hypothecæ ſubjiciat, aut ſupponat, neque etiam mutui, depoſiti, vel aliàs quocunque titulo in rem, nec in perſonam immediatè, vel per interpoſitam perſonam ſe obliget, aut quoquomodo ære alieno ſe obſtringat: pro alio verò quocunque incola, ſeu originario, vel Forenſi, aut viciſſim Univerſitas, ſeu Communitas una pro altera, nequaquàm ex quavis occaſione, vel cauſa unquàm fidejubeat, aut tamquàm principalis, alienæ obligationi quoquomodo accedat.

Communitat. in futurum abſq; licentia Pont. earum bona alienare, vel præterquam ratione locationis obligare queant.

Nec pro aliis fidejubeant.

§.7. Decernentes nihilominus omnes, & ſingulas diſtractiones, alienationes, hypothecas, fidejuſſiones, acceſſiones, etiam cum clauſula principalitèr, & inſolidum, necnon uti principales, & tàm perſonales, quàm reales, & alias quaſcunque obligationes, & promiſſiones, ac renunciationes, & pacta de non peten-

Obligationes, &c. con. hanc conſtit. de cætero à Communitatibus, etiam in eaſū utilitatem [illegible] dæ, nullæ ſint.

Digitized by Google

petendo liberationem, & exemptionem hujuſmodi, in vim ſupradicti noſtri mandati, & præcepti, per dictas Univerſitates, ſeu Communitates, earumve Procuratores, aut Magiſtratus, etiam ſpeciale ad id mandatum habentes, etiam in ampliori forma Cam. Apoſt. cum juramento cenſurarum, ac mandati executivi, etiam ſuſceptione, & quavis ſubmiſſione, cautela, & promiſſione, etiam jurata, ac de non utendo remedio præſentium noſtrarum literarum ultrò, & ſpontè, ſeu ad preces, & inſtantiam, ac commodum, vel utilitatem aliorum quocunque modo, poſthac faciendas, ſub quibuſcunque verborum formulis, & clauſulis, etiam efficaciſſimis, & inſolitis concipiendas, & inſtrumenta deſuper conficienda, etiam guarentigiata, jurata, vel aliàs ſub dicta forma Cam. Apoſt. celebranda, nulla, irrita, & invalida, nulliuſque roboris, vel momenti eſſe, aut fore, nullam fidem facere, neque nullam actionem, aut exceptionem, vel Officium Judicis, neque obligationem civilem, ſeu naturalem parere, vel ullum omninò effectum, aut vires habere poſſe, ſed neque ipſas Communitates; & Univerſitates, etiam ſi id omne, quod geſtum eſt, in eorum utilitatem verſum eſſe conſtiterit, ullo modo, aut obligationis, vel juramenti vinculo teneri.

Decretum irritans.

§.8. Et ita per quoſcumque judicari, & diffiniri debere: irritum quoque, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Communitat. Oratores ad Pont. ſine ejus licentia non mittant.

§.9. Ac ne eaſdem Communitates, ſeu Univerſitates ſumptibus minimè neceſſariis nimium gravari contingat, diſtrictius interdicimus, ne qua Communitas, aut Univerſitas ex prædictis, Legatos, ſive Oratores ad Nos, & Sedem Apoſt., ex quacumque etiam urgenti, & ſimiliter neceſſaria, ac utili occaſione, vel cauſa, ſumptibus publ. mittat, neve quis hujuſmodi munus obeat, vel ſuſcipiat, niſi prius ſimili licentia à Nobis, vel pro tempore exiſtente Rom. Pontif., vel dict. Cam., ut præfertur, obtenta: revocantes omnes, qui ad præſens deputati reperiuntur.

Contravenientes arbitrio &c. puniantur

§.10. Quod ſi quis Magiſtratus dictarum Communitatum, vel Univerſitatum fuerit negligens, quoad utendum remedio præſentium literarum, & petendum ſuas Communitates, vel Univerſitates ab ipſa fidejuſſione, vel obligatione eximi, & liberari, aut aliàs contra dict. prohibitionem eaſdem Communitates, & Univerſitates, illarumve bona obligare attentaverit, aut Legatos, vel Oratores mittere, ſeu aliquis munus hujuſmodi ſuſcipere, ſine dicta licentia præſumpſerit, eos ſingulos, qui in culpa fuerint, pœnam noſtro, & Rom. Pontif., aut Gubernatorum, vel Legatorum, ſeù Præſidentium prædictor. arbitrio infligendam, eo ipſo incurrere volumus: literis fel. rec. Pii PP. IV., quoad Communitates, aut Univerſitates, quæ pro ſuis Dominis temporalibus fidejuſſerint, aut ſe obligaverint (quibus nequaquam derogando, hæc omnia ſupradicta addimus) & Statutis noviſſimis Urbis Romæ, per quæ certa forma obligationibus, & contractibus per Dilectos

Pii IV. conſt. hab. in ſeq.

Statutum hoc eſt in l.3.c.31.

Filios Noſtros S.P.Q.R. celebrandis præſcribitur, nihilominus in ſuo robore permanſuris.

Obligation. Vaſſallorum.

§.11. Non obſtan. Conſtit., & Ordinat. Apoſt., ac quarumcumque Provinciarum, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Caſtror., Villarum, & Locorum, juramento, confirmatione Apoſt., vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Conſuetudinibus: Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſt., illis, earumque Communitatibus, Univerſitatib., Magiſtratibus, quocumque nomine nuncupatis, & aliis perſonis, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de ſimilis poteſtatis plenitudine, aut Conſiſtorialiter, vel per modum ſtatuti perpetui, vel inter illos ex una, & Nos, Sedemque prædictam ex altera partibus initi, & ſtipulati contractus, vel aliàs quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, generalibus, vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant: quæ omnia eorum tenores præſentibus, pro expreſſis habentes, quatenus præmiſſis in aliquo adverſentur, omnino tollimus, & annullamus; ac nolumus cuiquam ullatenus ſuffragari, cæteriſque contrariis quibuſcumq;

Clauſulæ derogatoriæ.

Fides Tranſumptorum.

§.12. Ut autem præſentes literæ amplius innoteſcant, volumus, ut earum exemplis, etiam impreſſis, Notarii publici manu ſubſcriptis, ac ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra illud habeatur, quæ eiſdem præſentibus haberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Hec conſtit. vulgari ſermone in Conſiliis publicetur, & obſervetur.

§.13. Mandamuſque univerſis, & ſingulis Legatis, Vice-Legatis, Gubernatoribus, eorumque Locatenentibus, ac etiam Ducibus, Marchionibus, aut aliis Baronibus, & Domicellis, ac Dominis in temporalibus, Nobis, & eidem Sedi in temporalibus mediatè, vel immediatè ſubjectis, & in Civitatibus, Terris, Caſtris, Villis, & locis eorum euique ſubjectis, & Conſiliis, vel Congregationibus generalibus earundem Communitatum, & Univerſitatum, præſentium literarum exempla in vulgarem ſermonem verſa, quamprimùm publicari, ac deinceps inviolatè obſervari omnino curent.

Dat.

Datum Romæ, apud S. Marcum, pridie Kal. Octob. An. II.

CXIII. CONSTITUTIO

PII PP. IV.

Vaſſallorum obligationes de cætero fiendæ, pro eorum Dominis Sedi Apoſt. ſubjectis, nullæ erunt. Et Domini eorum Vaſſallos ab obligationibus prioribus jam factis indemnes relevare, & pecunias ſolutas reſtituere tenentur.

Ed. an. Dom. 1560. die 13. Octob. in bull. nov. la 18. to. 1. in vet. la 21. pag. 674 & in antiqu. an. 1579. la 4. p. 488. Et matern. idiomat. in Coll. Cheel.

Concord. notavi in præced. Conſtitut.

PIUS PAPA IV.

Motu proprio &c.

Causa iſtius conſtitutionis.

Quia non solum ex debito charitatis, & paſtoralis Officii, quo omnium noſtr., & S.R.E. Subditorum, præcipuam curam tenere debemus, ſed pro intereſſe etiam

Onera Cameralia, Subſidium triennale.

pecuniario Sedis, & Cam. præfatæ debemus proſpicere, & curare, ut ex Terris, Civitatib., Oppidis, Caſtris, Villis, & locis, temporali Dominio Comitum, Baronum, Domicellor., aut aliàs quomodolibet nuncupat., Nobis Subditorum oriundi, aut illarum, illorumque incolæ, & habitatores, ſuis facultatibus non exhauriantur, quandoquidem ad paupertatem redacti, non valerent ſolvere ſubſidia, & ſufferre onera, quæ Nobis, & Sedi, ac Cam. præfatis, ratione ſuperioritatis, & aliàs, tam ordinariè, quàm extraordinariè, prout contingit, præſtare tenentur, & conſueverunt.

§.1. Et (ſicut accepimus) pravus quidam abuſus, a multis annis citra, inolevit, quod nonnulli ex Comitibus, Baronibus, & aliis temporalibus Domicellis præfatis, per ſe ipſos, vel per alias ad eorum commodum interpoſitas perſonas accipiendo pecunias mutuo, ſeù alios contractus faciendo, faciunt Civitatum, Oppidorum, Caſtrorum, Terrarum, Villarum, & Locorum Subditorum Univerſitates, & homines, & plerumque etiam particulares accedere, & fidejubere, ſeu principaliter, & inſolidum obligare; & adveniente tempore ad faciendam ſolutionem, vel ſatisfactionem ipſis Dominis non ſolventibus, neque ſatisfacien. miſeri Subditi coguntur, vel de ſuo ſolvere, & ſatisfacere, ac depauperati, vel ſolvere, & ſatisfacere non valentes, cenſuris, & interdictis ſubjici, ac per exequutores tribulari, immenſiſque faſtidiis vexari, & demum ad ſolven., & ſufferen. Cam. Apoſt. Subſidia, & alia præfata impotentes reddi.

Domini reſtituant infrà ſex menſes Vaſſallis pecunias pro eis ſolutas.

§.2. Nos igitur tot incovenientibus occurrere, illorumque occaſionem tollere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſt. poteſtatis plenitudine, Univerſis, & ſingulis Comitibus, Baronibus, Domicellis, & aliis præfatis, ſub excommunicationis latæ, ſententiæ, privationiſque Dominii, Civitat., Oppidorum, Caſtrorum, Villarum, & Locor. præfator., ipſo facto incurrendis pœnis in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus, & mandamus, ut quicumque ex eis, pro quibus, ſeu pro quorum commodo, utilitate, & intereſſe, immediatè, vel aliis perſon is median., vel ſuppoſitis, eorum Subditi univerſaliter, vel particulariter, ex quacumque cauſa, & quocumq; modo obligati hactenus fuiſſe reperiuntur; debeant per ipſos Subditos ſoluta, ſeu quomodolibet expoſita, integrè, infra ſex menſes proximos, reſtituiſſe.

Et ab aliis obligationibus indemnes relevent eoſdem ſubditos, debitis temporibus.

§.3. Et pro aliis obligationibus, non ſolutis, neque ſatisfactis, debitis temporibus, de ſuis propriis, abſque Subditorum damno aliquo, ſolviſſe, & ſatisfeciſſe, ipſoſque Subditos, etiam non potentes, verè, & realiter indemnes, & penitus ſine damno relevaſſe.

Obligationes Vaſſallorum de cætero pro Dominis fiendæ, nullæ ſint.

§.4. Et nihilominus omnes, & ſingulas confeſſiones, & quietationes, & liberationes dictorum Dominorum per ipſos Subditos, circa relevationem indemnitatis hujuſmodi, non interveniente vera, & reali ſatisfactione, etiam ſi juratæ fuerint, irritas, & nullius momenti fore, & eſſe decernimus.

Fidejuſſiones quoque non valeant.

§.5. Inſuperque omnes, & ſingulas fidejuſſiones, & acceſſiones, etiam cum clauſula Principaliter, & inſolidum, necnon uti principales, & tam perſonales, quàm reales, & alias quaſcumque obligationes, & promiſſion. per Univerſitates, & perſonas Subditas præfatas, ſive univerſaliter, ſive particulariter, etiam in ampliori forma Cam. Apoſt., cum juramento, cenſurarum, & mandati exequutivi ſuſceptione, & promiſſione, etiam jurata, etiam de non utendo remedio hujus noſtræ proviſionis, ultrò, ſeù ad preces, & inſtantiam, aut ad commodum, ſeù utilitatem ſuorum in temporalibus Dominorum immediatè ipſis Dominis nominatis, ſeu illis non nominatis, aliis interpoſitis omnibus, & perſonis, de cætero perpetuis futuris temporibus, quocumque modo facien., & prout illas concernent, deſuper conficienda inſtrumenta, nullius roboris, & momenti fore, & eſſe; Univerſitateſque, & perſonas Subditas præfatas, nullo modo obligare, neque in judicio, vel extra, ullam omninò fidem facere.

Decretum irritans.

§.6. Sicque, & non aliter per quoſcumq; Judices, etiam S.R.E. Card., & Palatii Apoſt. cauſarum Auditores, Cam. Apoſt. Regentem, & alios quoſcumque Judices, in Alma Urbe, & aliis quibuſcumque S.R.E. Terris, & Locis, ſublata aliter judicandi facultate, judicari debere: Acſi, & quidquid ſecus fieri contingat, irritum &c., & præſentium (quas poſtquam per aliquem ex noſtris Curſoribus in locis conſuetis Urbis affixæ, & publicatæ fuerint, omnes, etiam ignorantes, afficere volumus) ſolam ſignaturam, regula contraria non obſtan., ſufficere decernimus.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.7. Non obſtantibus Conſtitut., & Ordinationib. Apoſtol., privilegiis Cam., & aliis quibuſcumque conceſſis, cujuſcumque tenoris exiſtant, ſtatutiſque, & Conſuetud. locor., etiam juramento &c. roboratis, cæteriſque in contrarium facien. quibuſcumque.

Placet, & ita decernimus, & mandamus. I.

Onera Cameralia.

Intèr onera Cameralia Principem locum obtinet Subſidium Triennale, non ſolùm ratione illius antiquioris impoſitionis, verum etiàm ex eo, quià alia onera hujuſmodi ſucceſſivis temporibus impoſita, ad illius normam regulantur, quocircà operæ pretium eſſe cenſui, primo loco Conſtitutiones de hujuſmodi Triennali ſubſidio diſponentes referre, deindequè juxta præſcriptam methodum, alphabetico ordine, cætera Cameralia Onera collocare.

Subſidium Triennale.

CXIV. CONSTITUTIO.

PAULI PP. III.

Impoſitio annui ſubſidii 300. mil. ſcut. à ſubditis Status Eccleſiaſtici annis ſingulis, quacumque exemptione non obſtan. ad triennium

Digitized by Google

nium Rev. Cam. Apoſt. perſolven., omnibus extraordinariis exactionibus, interim interdictis.

Prorogavit ſemel, ac iterùm hoc ſubſidium idem Pontif., 3. prorogavit Jul. III. 4. prorogavit ad ejus, & S. Sedis beneplacitum Marcel. II., ut inf. Conſt. 117. 118., & 119.

Hoc idem ſubſidium auxit dein. Gregor. XIII., deniq; eidem Quartum adjunxit Urban. VIII. ut inf. Conſt. 121., & 122.

Exemptiones autem ab hujuſmodi ſolutione ſpecialiter revocavit Pont. hic, & in ſeq. Conſt. ubi notavi.

Deputationes Viſitatorum pro illius exactione, vid. inf. Conſt. 120.

Inſtrumenta verò Concordiarum ſtipulata a Communitatibus cum Viſitatoribus Apoſt. ſuper illius ſolutione, referam in alio volumine.

Ed. an. Dom. 1543. die 2. Sept. in bull. nov. la 39. to. 1. & mater. idiom. in Collect. Choel.

PAUL. Epiſc. Ser. Ser. Dei, Ad perp. rei. mem.

Exordium.

DECENS eſſe cenſemus, ut ii, qui ſpeciali privilegio donati, cæteros antecellunt, in ſupportatione onerum, illos adjuvent, qui fortè inferiores exiſtunt; præſertim dum urgens neceſſitas imminet, & exinde publica utilitas reſultare dignoſcitur.

Impoſitio ſubſidii ſcut. 300. mil., de quo in Rubr.

§.1. Nuper ſiquidem ad ſubſtinen. expenſarum molem hoc tempore, pro orthodoxæ fidei, ac Status S. R. E. tutela Nobis incumbentem, ſubſidium 300. mil. ſcut. auri in auro, annis ſingulis, per dilectos filios ſubditos dictæ Rom. Eccleſiæ ad tres annos, proximè futuros Cameræ Apoſt. perſolven. exigere, & interim ab augmento ſalis, ac omnibus aliis extraordinariis exactionibus abſtinen. decernimus, Provinciæque noſtræ Romandiolæ, Exarchatus Ravennæ, Marchię, Umbrię, Patrimonii onus hujuſmodi cum ſumma alacritate, ac fidei obſervantia acceptaverunt.

Inter hæc onera extraordinar. fuit taxa equorū, ut inf.

Revocatio omnium Exēptionum durante triennio

§.2. Et quia publicè intereſt, exactionem hujuſmodi fieri, volentes illam facilitare, ac reliquos ſubditos dictæ Rom. Eccleſiæ ad illud ſolven. promptiores reddere; Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, tenore præſen., ſtatuimus, & ordinamus, quod durante triennali contributione 300. mil. ſcut. hujuſmodi, omnes, & ſinguli S.R.E. ſubditi ſæculares, etiamſi regimini Civitatum, & locorum præſint, ac Marchiones, Barones, Feudatarii, perſonæ, & Officiales, & quivis alii quacumque dignitate, & excellentia præditi, & quantumcumque exempti, & privilegiati fuerint, ad ſolven. ratam dictæ contributionis eis tangen. omnino teneantur, & ad id cogi, & compelli poſſint: Nos enim quæcumq; privilegia, exemptiones, & indulta illis conceſſa, ac conſuetudines, & juris communis diſpoſitiones in eorum favorem facien. per triennium præfatum, quoad contributionem eamdem, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, omnino ſuſpendimus, ac illis ſuffragari minimè poſſe, volumus.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

§.3. Decernentes, ſic per quoſcumque, tam ordinaria, quàm delegata, & mixta auctoritate fungen. Judices, perſonas, etiam cauſarum Palatii Apoſt. Auditores, ac dictæ Rom. Eccleſiæ Cardinales, ubique judicari, cognoſci, ac decidi debere, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate; necnon irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his, a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Subſidium triennale.

Executorum deputatio, & facultates.

§.4. Quocirca Dilecto filio Guidono Aſcanio Sfortiæ S. Euſtachii Diacono Cardinali de S. Flora Camerario Noſtro, quem ſuper præmiſſis, ultra ordinariam ſui Camerariatus Officii facultatem, Commiſſarium, & executorem Noſtrum Generalem facimus, conſtituimus, & deputamus, per præſentes, committimus, & mandamus, quatenus eaſdem præſentes, & in eis contenta quæcumq. plenum effectum ſortiri, & inviolabiliter obſervari mandet, & faciat. Contradictores reniten., & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas, & pœnas, etiàm pecuniarias, arbitrio ſuo infligen., & applican., & alia juris remedia opportuna, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; invocato etiàm ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio contrariorū.

§.5. Non obſtan. præmiſſis, ac Conſtit., & Ordinat. Apoſt., Statutis, & Conſuetudinib., etiam juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis, privilegiis quoque, Indultis, ac Literis Apoſt., cæteriſq; contrariis quibuſcumque: Aut ſi aliquibus, communiter, vel diviſim ab Apoſt. ſit Sede indultum, quod interdici ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Literas Apoſt., non facien. plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi Mentionem.

Dat.

Datum Mareni, Albanen. Diæceſis die 2. Septemb. 1543. Pont. An. IX.

CXV. CONSTITUTIO

PAULI PP. III.

Exempti, & Privilegiati quicumque ad contributionem triennalis ſubſidii 300. mil. ſc. obligati declarantur.

Similem, declarationem edidit Paul. IV. in Conſt. Cupientes Bull. nov. la 20. tom. 1. Concordantes autem revocatorias notabo infrà, ubi de Conſtit. revocatoriis Exemptionum.

Ed. an. Dom. 1544. die 7. Mart. in bull. nov. poſt la 39. in vet. la 38. pag. 414. tom. 1., & in bullariolo an. 1559. p. 100.

PAUL. Epiſc. Ser. Ser. Dei ad fut. rei mem.

Exordium.

EX DEBITO Paſtoralis Officii ad ea, ut debemus libentèr intendimus, per quæ providè ordinata ſerventur, & ut plenum ſortiantur effectum opem, & operam impendimus efficaces.

Hic Pontifex impoſuit Subſidium Triennale ſcut. 300 mil.

§.1. Dudum ſiquidem pro noſtris, & Ap. Sedis neceſſitatibus, ac Subditis noſtris ab extorſionibus, & aliis gravaminibus, quæ per Commiſſarios, Collectores onerum, pro tempore impoſitorum, eis paſſim inferebantur opportunè ſublevandis, ſubſidium 300. mil. ſcut. auri in auro annuatim, Nobis, & Cameræ Apoſt. (triennio tantùm durante) per Subditos ipſos perſolvendorum impoſuimus, & interim ab exactione augumenti pretii ſalis, ac quorumcunque aliorum onerum, extraordinariorum abſtinere decrevimus.

§.2. Et

Digitized by Google

ONERA CAMERALIA:

Subſidium triennale.

§.2. Et ut faciliùs ſubditi ipſi ſubſidium hujuſmodi præſtare poſſent, per alias noſtras in forma brevis literas voluimus, & ordinavimus, quod omnes, & ſinguli exempti, & privilegiati ſæculares, utcunque qualificati, ad contributionem ſubſidii hujuſmodi omninò tenerentur, prout in dictis literis pleniùs continetur.

Nonnulli tamen lites deſuper introduxerunt.

§.3. Cum autem poſtmodum, ſicut accepimus, nonnulli ex privilegiatis, & exemptis præfatis ſolutionem ſubſidii hujuſmodi fugere volentes, cauſam, & cauſas in Auditorio Rotæ, ac S.R.E. Cardinalibus, & forſan aliis judicibus, & perſonis in Rom. Curia, & extra eam, certis ſub prætextibus, committi obtinuerint, & hoc modo Subditos alios, devotè, & facilitèr ſolventes, contra mentem noſtram, litibus involuant, illoſque gratia per Nos eis conceſſa, quod exempti in præſtatione ſubſidii hujuſmodi, pro communibus neceſſitatibus, ut Nos, & noſtros ſubditos præfatos à Catholicæ fidei hoſtibus, quos ita propinquos habemus, defendere poſſimus, impoſiti, contra publicam utilitatem retardatur, ac volentes, ut par eſt, in præmiſſis opportunè providere.

Hic ergo Pôtifex dd. lites extinguit.

§.4. Motu proprio, & ex certa ſcientia, Apoſt. auctoritate tenore præſentium, quaſcunque cauſas, deſuper pendentes, ad Nos advocamus, & lites penitus extinguimus, quo ad ea, quæ contributionem ſubſidii hujuſmodi tangunt duntaxat, ac volumus, quod omnes, & ſinguli exempti, & quantumcunque privilegiati ſæculares, etiam ſi Curiales Civitatis noſtræ Maceraten. exiſtant, & regimini Civitatum præſint, ac almæ Urbis, & quorumcunque aliarum Civitatum, oppidorum, & locorum Cives, vel quicunque nobiles, barones, feudatarii, aut aliàs, etiam privilegio juris in corpore clauſo, exempti, & Capitulum, Collegium, vel Univerſitas, aut Communitas ſint, contributionem ſubſidii hujuſmodi ſimplicitèr, & omninò, Clerici verò pro bonis ad eos ex parentum, & propinquorum, vel aliorum ſucceſſione delatis, vel per eos acquiſitis, ac clerici ipſi, & religioſi pro fructibus, & bonis mobilibus ſeque moventibus Eccleſiarum, Monaſteriorum, & Beneficiorum quorumcunque ſæcularium, vel regularium, etiamſi Archiepiſcopali, Epiſcopali, aut alia majori dignitate præfulgeant, in Gabellis adjuvandum, & facilitandum ſolutionem ſubſidii hujuſmodi pro aliqua honeſta parte dicti ſubſidii univerſalitèr impoſitis, vel imponi, & augere permiſſis (dicto triennio durante) contribuere teneantur, & ad id cogi, & compelli juris, & facti remediis neceſſariis, & opportunis, poſſint, & debeant, quibuſvis exemptorum Clericorum, & religioſorum hujuſmodi, privilegiis, exemptionibus, conceſſionibus, favoribus, declarationibus, ſententiis, gratiis, & indultis aliàs in ſuo robore permanſuris.

Decernitque quoſcunque exemptos ad ſubſidii contributionem teneri, ut hic. Quod ampliat & declarat Pius V. infrà conſt. Et ſi ea.

Clauſula ſublata.

§.5. Decernentes ſic, & non alitèr per quoſcunque, etiam S.R.E. Cardinales, & Rotæ Anditores, tàm ordinaria, quàm delegata, & mixta auctoritate fungentes judices, & perſonas, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, ubique judicari, & diffiniri debere. Nos enim ſtatus hujuſmodi, & quarumcunque aliarum, etiam ante impoſitionem hujuſmodi ſubſidii quomodolibet introductarum litium, & cauſarum, ac privilegiorum, indultorum, literarum, & ſcripturarum quarumcunque, occaſione præmiſſorum, quomodolibet confectorum tenores, cauſas, & effectus, nomina, & cognomina judicum, & collitigantium, aliaque, etiam ſi majora ſint expreſſis, de neceſſitate exprimenda, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis, habentes, irritum, & inane decernimus quicquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr attentatum forſan eſt hactenus, vel in poſterùm contigerit attentari.

Decretum irritans.

Cardinalem Camerar. executor. deputat. cum facultate &c.

§.6. Quocirca dilecto filio Guidoni Aſcanio Sforziæ S. Euſtachii Diac. Cardinali de S. Flora S. R. E. Camerario, (quem ultrà ſui Camerariatus Officii facultatem ſuper præmiſſis executorem generalem cum plena, & libera auctoritate, & poteſtate quoſcunque citandi, ac illis, quoties opus fuerit, etiam ſub cenſuris, & pœnis, etiam pecuniariis, arbitrio ſuo infligendis, & applicandis, inhibendi, ac quæcunque dubia, & difficultates circa præmiſſa, vel eorum aliquod, ac illa, vel ſubſidium hujuſmodi concernentia, & ultra præſentium, & aliarum literarum noſtrarum prædictarum tenores tollendi, & removendi, & inviolabilitèr obſervari faciendi, facimus, creamus, conſtituimus. ac deputamus) tenore præſentium committimus, & mandamus, quatenus præſentes literas, & alias prædictas, & in eis contenta quæcunque ſolemnitèr publicando, faciat illa plenum effectum ſortiri, & inviolabilitèr obſervari, nec permittat quemquam contra illarum tenores, vel mentem noſtram præfatam quomodolibet perturbari, impediri, aut inquietari. Contradictores quoslibet, & rebelles per prædicta, & alia, de quibus ei videbitur, juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.7. Non obſtant. præmiſſis, & Apoſt., ac provincialibus, & ſynodalibus Conſtit., & Ordinat., ſtatutis, & conſuetudinibus, & novis reformationibus, etiam juramento, confirmatione Apoſt., vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſt, etiam per viam legis, & ſtatuti perpetui, ac initi, & ſtipulati contractus, editis, conceſſis, confirmatis, & innovatis contrariis quibuſcunque: aut ſi aliquibus communitèr, vel diviſim ab Apoſt. ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſt. non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Sanctio pœnalis.

§.8. Nulli ergo &c. Si quis autem &c.

Dat.

Dat. Romæ apud S. Marcum, an. Dom. 1543. Non. Martii Pont. an. X.

Specialem declarationem Card. Sforziæ de S. Flora nuncupat. S. R. E. Camerarii factam de oraculo ejuſdem Pont. Pauli III., quod in Civitate

tate Bononiæ quicumque Privilegiati teneantur ad hujuſmodi ſubſidii Triennalis ſolutionem, referam in alio volumine.

Amplam facultatem dubia quæcumque declarandi eid. Card. attribuit idem Paul. III. in præceden., & ſeq., Conſtit. necnon Jul. III. inf. Conſtit. 118.

CXVI. CONSTITUTIO

PAULI PP. III.

Impoſitio ad triennium unius Decimæ partis fructuum Beneficiorum Sæcularium, & Quartæ partis Beneficiorum Regularium in Univerſa Italia conſiſtentium.

Ed. an. Dom. 1544. die 10. Mart. in bull. vet. la 37. pagin. 413. io. r. in antiq. an. 1579. la 31. pag. 281. & in Caſſin. la 165. pag. 164. io. 1.

Prorogationem hujuſmodi ſubſidiorum habes in ſeqq. Conſt., & quoad illud Quartæ partis Beneficiorum Regularium in Pauli IV. Conſt. Superioribus Bul. vet. la 12. Pag. 582.

Similem impoſitionem habes in Conſt. 49. Ad intollerabiles, in bull. vet. quam hic non habes.

PAUL. Epiſc. Ser. Ser. DEI, Ad fut. rei mem.

Exordium.

EX DEBITO Paſtoralis Officii, Nobis licet indignis ex alto commiſſi, ad ea, ut debemus, aciem noſtræ mentis extendimus, per quæ Dominici gregis conſervationi valeat ſalubriter provideri, Nec indignum ducimus Subditos Noſtros pro illorum tutela quandoque gravare, nam optimi patrisfamilias eſt, potius parte utendo, totum conſervare, quàm partem conſervando, totum in diſcrimine ponere.

Impoſuit hic Pont. an. 1543 ſubſidiū triennale 300. mil. ſcut.

§.1. Dudum ſi quidem, ut communibus utilitatibus, prout noſtra intereſt, provideremus, & ad ſuſtinendum expenſarum molem pro orthodoxæ fidei, & Status S.R.E. ac ejus Subditorum conſervatione, & defenſione Nobis omnino neceſſaria, ſubſidium 300. mil. ſcut. auri in auro Cam. Apoſt. per dictos Subditos Sæculares annis ſingulis per triennium Kal. Maii proximè præteriti inceptum integrè perſolvendum (augmenti Salis, ac aliis extraordinariis exactionibus pro dicto triennio ſublatis) impoſuimus.

§.2. Cum autem dictis Subditis propter incommoda, & jacturas, quæ malæ temporum conditiones attulerunt, hoc nimis oneroſum videretur, illis ex noſtra benignitate compatientes Subſidium ipſum ad ſum. 240. mil. ſc. ſimilium, vel circa reducentes, ac ad relevandum utilitates, & neceſſitates communes hujuſmodi, quas tantas eſſe hoc tempore, quo potentem Turcarum Tyranni claſſem in viſceribus Chriſtianitatis habemus, ac undique bella inter Principes Chriſtianos parantur, proſpicimus, cum laicorum ut præfertur, non ſuppetant facultates, ſubſidium hujuſmodi per Eccleſias conferendum, duximus.

Et modo imponit aliud triēnale ſubſidiū unius decimæ annui valoris fructuum beneficiorum ſæcularium.

§.3. Idcircò de Ven. Fr. noſtrorum S.R.E. Card. conſilio, & aſſenſu, ac Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſt. poteſtatis plenitudine, tenore præſentium unum ſubſidium unius decimæ, juxta verum annum valorem omnium, & ſingulorum fructuum, reddituum, & proventuum, quarumcumq; Cathedralium, & Metropolitanarum, ac Patriarchalium, & Collegiatarum, Parochialiumq., & aliarum Eccleſiarum, ac Hoſpitalium, & piorum locorum, necnon quorumcumque aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura & ſine cura ſæcularium, utcumque qualificatorum, & nuncupat.

ONERA CAMERALIA.

Subſidium triennale.

Aliud etiam ſubſidium imponit quartæ partis annui valoris fructuum beneficiorum Regularium totius Italiæ.

§.4. Necnon aliud ſubſidium quartæ partis veri anuui valoris ſecundum communem æſtimationem arbitrandi omnium, & ſingulorum fructuum, reddituum, & proventuum quorumcumque Monaſteriorum, Prioratuum, præpoſituarum, domorum, & beneficiorum Caſſinen., alias S. Juſtinæ, & Montis Oliveti, necnon Camaldulen. S. Benedicti, ac Thuſciæ, & Lombardiæ, Ciſtercien. Lateranen., & Sanct. Salvatoris, aliarumque Congreg. S. Auguſtini, & Vallis Umbroſæ, Cartuſien., & Humiliatorum, ac S. Hieronymi, & aliorum Ordinum quorumcumque, & Mendicantium in Italia ubilibet, etiam in Regno Siciliæ ultra Pharum; Ac omnibus, & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Patriarchis, Capitulis, Collegiis, Maſſis, Communibus, Univerſitatib., Rectoribus, & Adminiſtratoribus, aliiſque Perſonis Eccleſiaſticis, necnon Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Prælatis, Commendatariis, Conventibus, & Perſonis Congregat. & Ordinum prædictorum, etiam quomodolibet exemptis (ipſius S.R.E. Card. ac Fratrib. Hoſpitalis Hieroſolymitani, quoad beneficia dict. Hoſpitalis dumtaxat exceptis) fructus, redditus, & proventus hujuſmodi in Italia, & Regno Siciliæ prædict. reſpectivè habentibus, & habituris cujuſcumque præeminentiæ, dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant, annis ſingulis in Feſto Beator. Petri, & Pauli Apoſt. (durante triennio tantùm) in Rom. Cur., in manibus Dilecti Filii Depoſitarii Noſtri Generalis integrè, omni exceptione ceſſante perſolvenda, tenore præſentium imponimus, ipſoſque Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, Univerſitates, Collegia, & perſonas Eccleſiaſticas, necnon Abbates, Priores, Præpoſitos, Prælatos, Commendatarios, & Conventus ad dd. ſubſidiorum, videlicet unius decimæ, & quartæ partis fructuum ſolutionem reſpectivè, juxta illorum impoſitionem hujuſmodi efficaciter obligatos fore, & ad illorum ſolutionem cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, etiam interdicti Eccleſ. appoſitione, & omnibus aliis juris, & facti remediis cogi, & compelli poſſe, d. triennio durante, decimarum onere minimè gravari poſſe, decernimus.

Exemptos quoſcumq; ad ſolutionem iſtorum ſubſidiorum (exceptis Cardinalibus, & Militibus Hieroſolimitanis) teneri declarat.

Ad hoc vide conſt. ſeq. cum ibi not.

Penſionarios, & Reſervatarios, ad hæc ſubſidia (exceptis Cardinal.) teneri decernit.

§.5. Declarantes propterea, quod omnes & ſinguli penſionarii, ſeu ii, quibus loco penſionum fructus in totum, vel in partem reſervati ſunt, cujuſcunque conditionis, vel dignitatis exiſtant (ejuſdem S. R. E. Cardinalibus exceptis) ad hujuſmodi ſubſidiorum præſtationem in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi illud eis nominatim, & expreſsè per præſentes impoſitum fuiſſet, clauſulis, & decretis in literis Apoſt. reſervationum, penſionum, & fructuum hujuſmodi appoſitis, etiam quod dictæ penſiones ab omni decima, ſubſidio cha-

Onera Cameralia.

Subſidium triennale.

dio charitativo, & quovis alio onere, tàm ordinario, quàm extraodinario, quavis auctoritate, etiàm Apoſt. pro expeditione Turcarum, tam defenſiva, quam offenſiva, & alios infideles, aut repub. Chriſtiana ab illorum conatibus, quavis defenſione, ac etiàm Motu proprio, & ex certa ſcientia impoſito, vel imponendo exemptæ ſint diſponentibus nequaquam obſtantibus, pro rata teneantur, & efficacitèr adſtricti ſint.

Titularesque pro eis ſolvere poſſe declarat.

§.6. Quodque Prælati, ſeù titulares Monaſteriorum, Prioratuum, præpoſituratum, & beneficiorum, ſuper quorum fructibus ſic reſervatæ, ſeù reſervati exiſtunt, poſſint ſatisfacere ratam penſionariorum ſuorum, ſeù eorum, quibus fructus ſunt reſervati, ac liberè poſtmodum ſua propria auctoritate penes ſe ſeu pro ſe retinere totum illud, quod pro ipſis penſionariis, ſeù pro eis, quibus fructus hujuſmodi ſunt reſervati, perſolverint, & nihilominus penſionarios, ac eos, quibus fructus hujuſmodi reſervati ſunt, per agentes Cameræ Apoſt. ad ſolutionem ſubſidii quartæ partis penſionum, ac fructuum reſervatorum hujuſmodi reſpectivè d. triennio durante, juris, & facti remediis opportunis cogi, & compelli poſſe volumus.

Card. Camer. deputat Collectorem cum poteſtate cõcordan. &c.

§.7. Quo circa dilecto filio Guidoni Aſcanio Sforziæ S. Euſtachii diacono Card. de S. Flora Camerario noſtro, quam ultra ordinariam ſui Camerariatus Officii auctoritatem, ſubſidiorum hujuſmodi Collectorem Generalem, cum facultate tempora ſolutionis prorogandi, ac ſuper ſummis d. ſubſidiorum componendi, & concordandi facimus, ac deputamus, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus per ſe, vel alium, ſeù alios faciat præſentes literas, & in eis contenta quæcunque plenum effectum ſortiri, & inviolabilitèr obſervari.

§.8. Contradictores renitentes, ac rebelles, per prædictas, & alias, de quibus ei videbitur cenſuras, & pœnas, ac dicti interdicti appoſitionem, & alia juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiàm ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.9. Non obſtan. quibuſvis Conſtitution. & Ordination. Apoſt., ac Eccleſiarum, Monaſteriorum, Prioratuum, præpoſiturarum, & congregationum, ac beneficiorum hujuſmodi juramento, confirmatione Apoſtol. vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon quibuſvis privilegiis, indultis, exemptionibus, etiam in corpore juris clauſis, immunitatibus, ac literis Apoſt. eiſdem ordinibus, & congregationibus, ac illorum locis, & perſonis generalitèr, vel ſpecialiter ſub quibuſcunque verborum formis, & expreſſionibus, ab eadem Sede conceſſis, quibus omnibus, necnon literis reſervationum, penſionum, & fructuum hujuſmodi, necnon quibuſvis obligationibus, etiam in forma Cam. cum juramento, & cenſurarum, & mandati executivi ſuſceptione, vel aliàs deſuper factis, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum mentio, ſeù quævis alia expreſſio habenda foret, & in eis caveatur expreſsè, quod per hujuſmodi clauſulas generales, etiam ſpecialem mentionem importantes, eis non derogatum cenſeretur, aut derogari videretur, niſi ſub certis modo, & forma in eis expreſſis, tenores hujuſmodi præſentibus pro ſufficientèr expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, contrariis quibuſcunque, aut ſi Epiſcopis, Archiepiſcopis, Patriarchis, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Prælatis, Conventibus, Collegiis, Univerſitatibus, & perſonis præfatis, vel quibuſvis aliis communitèr, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod ad ſolutionem, vel præſtationem alicujus ſubſidii, ſeu decimæ minimè teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, ſeu propterea gravari non poſſint per literas Apoſt. non facientes plenam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & literis Apoſt. generalibus, vel ſpecialibus quorumcunque tenoris exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, quæ quoad præmiſſa volumus nullatenus ſuffragari.

Publicatio ſufficiat.

§.10. Ut autem præſentes ad communem omnium notitiam deducantur, eas in valuis Baſilicarum principis Apoſtolorum, & S. Jo: Lateranen. de Urbe affigi, ſeu appendi faciemus, quæ ſe ſuo quaſi ſonoro præconio publicabunt, ut ij, quos præmiſſa contingunt, quod ad ipſos non pervenerint, aut ea ignoraverint, nullam poſſint excuſationem prætendere, ſeu ignorantiam allegare, cum non ſit veriſimile apud ipſos remanere incognitum, quod tam patenter omnibus extiterit publicatum.

Tranſumptorum Fides.

§.11. Cæterum quia difficile foret præſentes ad ſingula loca, in quibus expediens fuerit deferre, volumus, & auctoritate Apoſt. prædicta decernimus, quod earundem præſentium tranſumptis manu alicujus ex Cameræ Apoſt. Notariis ſubſcriptis, & ſigillo Camerarii noſtri munitis, ea prorſus fides in judicio, & extra in omnibus, & per omnia adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Sanctio pœnalis.

§.12. Nulli ergo &c. Si quis autem &c.

Dat.

Datum Romæ apud S. Petrum an. Dom. 1544. VI. Id. Martii Pont. an. X.

CXVII. CONSTITUTIO
PAULI PP. III.

Secunda Prorogatio ſubſidii Triennalis, 300. mil. ſcut., ac unius decimæ fructuum Beneficiorum Sæcularium, & Quartæ partis Beneficiorum Regularium in Italia, & Regno Siciliæ, & Inſulis Corſicæ, & Sardiniæ conſiſtentium: Et unius vigeſimæ bonor. Hebræorum Ditionis Eccleſiaſticæ.

Alios Prorogationes hab. inf. in ſeqq. Conſt.

PAU-

Digitized by Google

Ed. an. Dom. 1548. die 22. Iunii in bull. vet. la 55. pagin. 466. to. 1. in antiq. an. 1579. la 49. pag. 305., & in Caſſinen. la 170. pag. 170. tom. 1.

PAUL. Epiſc. Ser. Ser. Dei, Ad fut. rei mem.

Exordium.

NOVIT ILLE, qui nihil ignorat, quod à noſtra meute ſemper alienum fuit, noſtros, & S.R.E. Subditos, tàm Eccleſiaſticos, quàm Sæculares oneribus extraordinariis prægravare, tamen urgenti neceſſitate coacti ſumus, pro ejuſdem S.R.E. ſtatus conſervatione, & orthodoxæ fidei defenſione, illorum auxiliis uti, à quibus, etiam nunc abſtineremus, niſi eadem neceſſitas adhuc duraret: & qnia notorium eſſe credimus, Nos eo in ſtatu eſſe, quod onera Nobis incumbentia perferre non poſſumus, abſque Subditorum eorumdem ſubſidiis, ſperamus, quod ipſi ea, quæ pro eorum, ac dictæ S.R.E. tutela impoſuerimus, libenti animo ſuſtinebunt.

Post. iſte an. 1543. impoſuit ſubſidium 300. mil. ſcut. ad triennium.

§.1. Sanè cum Nos aliàs de Anno 1543., Pontific. Noſt. Anno X., animadvertentes ex variis, & extraordinariis onerum impoſitionibus, tunc vigentibus, nihil aliud magis evenire, quàm Commiſſariorum, & aliarum perſonarum, cum Cam. Apoſt. contrahentium lucra, ac Subditis ipſis innumerabiles expenſas, ipſis forſan principalibus oueribus graviores: volentes in præmiſſis opportunè providere, de Ven. Fratr. Noſtr. dict. Rom. Eccleſ. Card. conſilio, cum laudabili rei directione, cunctis impoſitionibus extraordinariis ſublatis, unum unicumque Subſidium 300. mil. ſcut. per totam Ditionem Eccleſiaſt. pro triennio ſolvendum, & exigendum impoſuerimus.

Impoſuitque alia quatuor ſubſidia hic expreſſa pariter ad trienniũ

§.2. Cumque ſubſidium hujuſmodi ſpontanea Subditorum voluntate acceptatum fuiſſet, & in effectu ſum. 300. mil. ſcut. hujuſmodi ad Cam. præfatam annuatim exinde provideri non poſſet, ad ſupplendum ſummæ deficienti, aliud Quartæ partis fructuum à Congregationibus Regularibus Italiæ, & aliud unius decimæ à Sæcularibus, ac aliud etiam Quartæ partis fructuum à beneficiis Regularibus, à Congregationibus Regularibus prædictis ſeparatis per totam Italiam exiſtentibus, necnon reliquum unius vigeſimæ ab Hebræis Ditionis Eccleſiaſticæ exigenda ſubſidia, & per eos, & alios omnes, ad quos ſpectaret, triennio durante, Cam. Apoſt. prædictæ annis ſingulis integrè perſolvenda impoſuerimus, quæ quidem ſubſidia quiete, & ſine aliquo Commiſſariorum, & expenſarum gravamine, maximèque Subditorum, & perſonarum, quæ illa ſolverunt, cum ſatisfactione exacta fuerunt, & cum neceſſitatibus noſtris, & Apoſt. Sedis, nedum vigentibus, quin potius latè creſcentibus, ad aliud triennium prorogata fuerint, & finis ſecundi triennii non longè abſit.

De impoſitione cont. Hebræos hic non habes.

Et modò ad aliud trienniũ prorogat.

§.3. Nos, neceſſaria cauſa cogeute, non poſſumus ſubſidia prædicta ad aliud triennium non extendere, firma ſpe, fiduciaque conceptis, quod Subditi, & alii, ad quos ſpectat, onera hujuſmodi, non minus pro eorum commoditate, quàm pro ſubveniendis neceſſitatibus prædictis, libenti animo, ut hactenus fecerunt, ſuſtinebunt. Idcircò de eorumdem Cardinal. conſilio, & aſſenſu, ac Motu proprio, & ex certa ſcientia, & de Apoſt. poteſtatis plenitudine, tenore præſentium, impoſitiones ſingulorum Subſidiorum prædictorum, necnon conventiones cum Subditis, ac Regularibus Congregationibus, necnon perſonis Eccleſiaſticis, ac Hebræis præfatis per Agentes noſtros deſuper reſpectivè factas, ac exactiones ſubſecutas de ordine, & mandato noſtris proceſſiſſe atteſtautes: Volumus, & mandamus, quod ſingula ſubſidia prædicta per aliud triennium, à fine ſecundi dicti trienni computandum, ſolvantur, ac per tempus hujuſmodi prorogata, & extenſa eſſe intelligantur, ac exigi, & ad dict. Cam. pro neceſſitatibus hujuſmodi provenire debeant, & quatenus opus ſit, ſingularia ſubſidia hujuſmodi in locis, & terminis, ac ſub modis, & formis, quibus in primo, ac ſecundo trienniis impoſita, & exacta fuerunt. ſingulis annis exigenda, de novo pro dicto tertio triennio imponimus, & impoſita eſſe nunciamus.

ONERA CAMERALIA.

Subſidium triennale.

Cardinalem Camerar. deputat Collectorem, cum facultate dubia declarandi &c.

§.4. Quocirca Dilecto Filio Noſtro Guidoni Aſcanio S. Euſtachii Diac. Card. de Sancta Flora nuncupat., ejuſdem Rom. Eccleſiæ Camerario (quem ultra ordinariam ſui Camerariatus Officii auctoritatem, Collectorem Generalem, cum facultate tot, quot ſibi neceſſarii videbuntur, Commiſſarios ad ſingula ſubſidia prædicta exigendum deputandi, necnon quæcumque dubia declarandi, & quaſcumque compoſitiones, & concordias cum Subditis, Congregationibus, perſonis Eccleſiaſticis, ac Hebræis ſupradictis, etiam de novo, ſi ſibi videbitur faciendi, ac ordinandi facimus, creamus, conſtituimus, ac deputamus per præſentes) committimus, & mandamus, quatenus ſubſidium hujuſmodi, juxta ejus providam ordinationem, exigi, & ad dict. Cam. Apoſt. pervenire faciat, coutradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas, & pœnas, etiam pecuniarias ejus arbitrio infligendas, ac interdicti, & alia opportuna juris, & facti reſpectivè remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato, etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii Sæcularis, ac decernentes Subditos Ditionis Eccleſiaſticæ, ac Congregationes, & Hebræos, ac alios prædictos ad ſubſidia prædicta ſingulis annis, ac modis, & formis, quibus duobus in trienniis antecedentibus ſolverunt, dicto tertio triennio durante, integrè ſolvendum, omni contradictione ceſſante, teneri.

Et quoſcunq; cogendi ad ſolven. decimam fructuũ beneficiorum ſæcularium.

§.5. Necnon omnes, & ſingulos Ven. Fr. Archiepiſcopos, Epiſcopos, Patriarchas (non tamen pro Concilii celebratione congregatos) necnon Capitula, Collegia, Maſſas Communes, Univerſitates, Rectores, & adminiſtratores, aliaſque perſonas Eccleſiaſticas, necnon Abbates, Priores, Præpoſitos, Prælatos, Commendatarios, Conventus, & perſonas Eccleſiaſticas quomodolibet qualificatas ad unius decimæ, juxtà verum annuum valorem omnium, & ſingulorum fructuum, reddituum, & proventuum quarumcumq; Cathedralium, etiam Metropolitanarum, ac Patriarchalium, & Collegiatarum, Parochialiumque, & aliarum Eccleſiarum, ac Hoſpitalium, pro bonis hoſpitalitati minimè applicatis, & piorum locorum, necnon quorumcumque aliorum beneficiorum cum cura, & ſine cura, Sæcularium, utcumque qualificatorum, per totam

Et Quartam partem fructuum beneficiorum regularium.

Onera Cameralia.

Subſidium triennale.

Italiam hujuſmodi, etiam in Regno Siciliæ, ultrà Pharum conſiſtentium: Necnon Quartæ partis veri annui valoris omnium, & ſingulorum fructuum, reddituum, & proventuum quorumcumque Monaſteriorum, Prioratuum, Præpoſiturarum, Domorum, & Beneficiorum, S. Benedicti Ciſtercien., Sancti Auguſtini, & quorumvis aliorum Ordinum regularium, etiam Mendicantium, à Congregationibus Regularibus ſupradictis ſeparatorum, etiam in dicta Italia ubilibet, ut præfertur, exiſtentium, juxtà impoſitionem hujuſmodi efficacitèr obligatos fore, & ad decimæ, & Quartæ partis fructuum hujuſmodi ſolutionem omnes, & ſingulos ſupradictos (dict. Rom. Eccl. Cardinal., qui ad ſuſtinendum onera univerſalis Eccleſiæ Nobiſcum laborant, ac Fratr. Hoſpit. Hieroſolymitani, quoad beneficia dict. Hoſpitalis tantùm, dumtaxat exceptis) cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, ac interdicti, & aliis remediis prædictis, cogi, & compelli poſſe.

Excipiuntur Cardinales, & Milites Hieroſolymitani.

Penſionarii, & reſervatarii tenentur (exceptis Card.) ad ſolvendum ſubſidium.

§.6. Ac declarantes propterea, quod omnes, & ſinguli penſionarii, ſeu ii, quibus loco penſionum fructus in totum, vel in partem reſervati ſunt cujuſcumque conditionis, vel dignitatis exiſtant (dict. Card. exceptis) ad Decimæ, & Quartæ partis fructuum, tàm Congregationibus Regularibus, quàm beneficiis Regularibus à dict. Congregationibus ſeparatis impoſitarum præſtationem, in omnibus, & per omnia perindè, acſi illa eis nominatim, & expreſſè per præſentes impoſita fuiſſent, clauſulis, & decretis in literis Apoſt. conſervationum, penſionum, & fructuum hujuſmodi appoſitis, etiam, quod dictæ penſiones ab omni Decima, ſubſidio charitativo, & quovis alio onere, tàm ordinario, quàm extraordinario, quavis auctoritate, etiam Apoſt. pro expeditione, tàm defenſiva, quàm offenſiva contrà Turcas, & alios infideles, aut Reipublicę chriſtianę ab illorum conatibus quavis defenſione, etiam pro recuperatione Terræ Sanctæ, ſeu Fabricæ Baſilicæ Principis Apoſt. de Urbe, vel pro alia neceſſitate, ſeù inexcogitabili cauſa à Rom. Pontif. pro tempore exiſtente, etiam Motu, & ex certa ſcientia ſimilibus impoſito, vel imponendo exemptæ ſint, diſponentibus, nequaquam obſtantibus, pro rata teneantur, & efficacitèr adſtricti ſint.

§.7. Quodque Prælati, ſeu Titulares Monaſteriorum, Prioratuum, Præpoſiturarum, & Beneficiorum, ſuper quibus penſiones, ſeu fructus ſic reſervatæ, ſeu reſervati exiſtunt, poſſint ſatisfacere ratam penſionariorum ſuorum, ſeu eorum, quibus fructus ſunt reſervati, ac liberè poſtmodum ſua propria auctoritate, penes ſe, ſeu pro ſe retinere, totum illud, quod pro ipſis penſionariis, ſeu pro eis, quibus fructus hujuſmodi ſunt reſervati, re ipſa, & cum effectu perſolverint, & nihilominus penſionarios, ac eos, quibus fructus hujuſmodi reſervati ſunt, per Agentes dictæ Cam. Apoſt. ad ſolutionem ſubſidii unius, ſeu Quartæ partis penſionum, ac fructuum reſervatorum hujuſmodi reſpectivè, dict. tertio triennio durante, juris, & facti remediis opportunis cogi, & compelli poſſe volumus.

Titularesque pro eis etiam ſolvere poſſunt.

§.8. Non obſtan. quibuſvis Conſtitution., & Ordin. Apoſt., ac Eccleſiarum, Monaſteriorum, Prioratuum, Præpoſiturarum, ac Congregationum, & beneficiorum hujuſmodi juramento, confirmatione Apoſt., vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Conſuetudinibus, necnon quibuſvis Privilegiis, Indultis, Exemptionibus, etiam in corpore juris clauſis, Immunitatibus, ac Literis Apoſtol. eiſdem Ordinibus, & Congregationibus, ac illorum locis, & perſonarum generalitèr, vel ſpecialitèr, ſub quibuſcumque verborum formis, & expreſſionibus ab eadem Sede conceſſis, quibus literis omnibus reſervationum, penſionum, & fructuum hujuſmodi, necnon quibuſvis obligationibus, etiam in forma Cam. cum juramento, & cenſurarum, & mandati executivi ſuſceptione, vel aliàs deſuper factis, etiamſi de illis, eorumque totis tenorib. de verbo ad verbum mentio, ſeù quævis alia expreſſio habenda foret, & in eis caveatur expreſſè, quod per hujuſmodi Clauſulas Generales, etiam ſpecialem mentionem importantes eis non derogatum cenſeretur, aut derogari videretur, niſi ſub certis modo, & forma, in eis expreſſis, tenores hujuſmodi pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialitèr, & expreſſè derogamus, contrariis quibuſcumq; aut ſi Epiſcopis, Archiepiſcopis, Patriarchis, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Prælatis, Conventibus, Collegiis, Univerſitatibus, & perſonis prefatis, vel quibuſvis aliis communitèr, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod ad ſolutionem, vel præſtationem alicujus ſubſidii, ſeu decimæ minimè teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, ſeù propterea gravari non poſſint per literas Apoſt. non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & quibuſvis aliis Privilegiis, Indultis, & Liter. Apoſt. Generalib., vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumcumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, quæ quoad præmiſſa volumus, nullatenus ſuffragari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.9. Ut autem præſentes ad omnium notitiam deducantur, eas in valuis Baſilicarum Principis Apoſtolorum, & S. Jo: Lateranenſis de dict. Urbe, affiggi, ſeu appendi faciemus, quæ ſe, ſuo quaſi ſonoro præconio, publicabunt, ut ii, quos præmiſſa contingunt, quoad ipſos non pervenerint, aut ea ignoraverint, nullam poſſint excuſationem prætendere, ſeu ignorantiam allegare, cum non ſit veriſimile apud ipſos remanere incognitum, quod tam patentèr omnibus extiterit publicatum.

Forma publicandi hanc conſtit.

§.10. Cæterum, quia difficile foret præſentes ad ſingula loca, in quibus expediens fuerit, deferre, volumus, & auctoritate Apoſt. prædicta decernimus, quod earumdem præſentium tranſumptis manu alicujus ex dict. Cam. Apoſtol. Notariis ſubſcriptis, & ſigillo Camerarii Noſtri munitis, ea prorſus fides in judicio,

Tranſumptorum fides.

judicio, & extrà in omnibus, & per omnia adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sanctio pœnalis. §.11. Nulli ergo &c. Si quis autem &c.

Dat. Datum Romæ apud S. Marcum Anno Dom. 1548. 22. Jun. Pont. An. XIV.

Ego Paulus Cath. Eccl. Epiſc. ſubſcripſi.

Sequitur ſubſcriptio S.R.E. Cardinalium.

CXVIII. CONSTITUTIO JULII PP. III.

Ed. an. Dom. 1551. die 16. Mart. in bul. veter. to. 22. pag. 522. to. 1., in antiq. an. 1579. to. 20. pag. 355., & in bullariolo an. 1559. pagin. 155.

Tertia Prorogatio ſubſidii Triennalis 300. mil. ſcut., ac Decimarum ſuper fructibus Beneficiorum, & Vigeſimæ Hebræorum Ditionis Eccleſiaſticæ, impoſit. à Paulo III., ut in præcedentibus.

Alias prorogationes habes in ſeqq.

JUL. Epiſc. Ser. Ser. Dei, ad fut. rei mem.

Exordium. AB INITIO noſtri hujus Pontificatus, Nobis, licèt immeritis, divina providentia commiſſi, nihil æquè optavimus, quàm, ut per temporis conditionem liceret Nobis Subditos noſtros extraordinariis oneribus, eis eatenus impoſitis levare, idemque clarè oſtendimus, diverſa ex oneribus hujuſmodi, præſertim in hac alma Urbe noſtra tollendo, & abrogando.

§.1. Verùm cum omnibus ferè ordinariis Cameræ noſtræ Apoſt. proventibus per Præd. noſtros alienatis, & ærario ipſius Cam. proptèr malas temporum conditiones, non ſolùm attrito, ſed penitus exhauſto, non habeamus undè molem expenſarum, quæ pro orthodoxæ fidei defenſione, & Status S. R. E. conſervatione Nobis in dies inevitabilitèr ſubeunda ſunt, ſufferre poſſimus, votum, conſilium que noſtrum mutare, & impoſitionem ſubſidii triennalis, dudùm ad certum tùnc expreſſum tempus factam, & deindè uſque ad Kal. menſis Maii proximè futuri prorogatam, in aliud tempus prorogare, & extendere cogimur, ne impoſitione prædicta per lapſum temporis extincta, cogamur omnia onera extraordinaria, pro ea ſublata, de novo imponere, cum maxima Subditorum noſtrorum jactura, & perturbatione.

Paul. III. impoſuit ſubſidium 300. mil. ſcut., & alia ſubſidia hic expreſſa ad triennium, ac illa prorogavit, ut in Rubricis. §.2. Cum itaque aliàs, de anno videlicèt 1543. fel. rec. Paulus PP. III. Præd. noſter, animadvertens ex variis, & extraordinariis onerum impoſitionibus, tunc vigentibus, nihil aliud magis evenire, quàm Commiſſariorum, & aliarum perſonarum cum Cam. apoſt. contrahentium lucra, ac Subditis ipſis innumerabiles expenſas, ipſis forsàn principalibus oneribus graviores, volens in præmiſſis opportunè providere, de Fr. ſuorum, de quorum numero tunc eramus, conſilio, cum laudabili rei directione, cunctis impoſitionibus extraordinariis ſublatis, unum, unicumque ſubſidium 300. mil. ſcut. per totam Ditionem Eccleſiaſticam pro triennio ſolvendum, & exigendum impoſuerit, & cum ſubſidium hujuſmodi ſpontanea Subditorum voluntate acceptatum fuiſſet, & ex eo ſumma 300. mil. ſcut. hujuſmodi ad Cam. præfatam annuatim pervenire non poſſet, ad ſupplendum ſummæ deficienti, aliud quartæ partis fructuum à Congregationibus Regularibus Italiæ, & aliud unius Decimæ à ſæcularibus, ac aliud etiam quartæ partis fructuum eccleſiaſt. à Regularibus perſonis, ab eiſdem Congregationibus ſeparatis, per totam Italiam exiſtentibus, necnon reliquum ex tunc unius vigeſimæ ab Hebræis Ditionis Eccleſiaſticæ exigenda, & per eos, ac omnes alios, ad quos ſpectabat trienuio durante dictæ Cam. apoſt. annis ſingulis integrè perſolvenda ſubſidia, etiam impoſuerit, & ſubſidia hujuſmodi ad aliud primo, & deindè ad reliquum, ex tunc immediatè ſubſecuta triennia prorogaverit, prout in diverſis ipſius Præd. deſuper confectis literis pleniùs continetur, ipſaque ſubſidia quiete, & ſinè aliquo Commiſſariorum, & expenſarum gravamine, & cum maxima Subditorum, & perſonarum, quæ illa ſolverunt, ſatisfactione exacta fuerint.

ONERA CAMERALIA.

Subſidium triennale.

§.3. Nos confidentes Subditos, & Congregationes, ac Hebræos præfatos ex notorietate noſtrarum, & d. Sedis neceſſitatum onus Subditorum eos tangentium, ut anteà fecerunt, libenti animo ſubituros, habita deſupèr cum Ven. Fr. noſtris S. R. E. Cardinal. deliberatione matura, de eorum unanimi conſilio, & aſſenſu, 300. mil. ſcut. his modo, & forma, quibus ultimo loco exactum fuit, & Quartæ partis fructuum Congregationum Regularium Italiæ, ac Vigeſimæ Hebræorum Ditionis Eccleſiaſticæ Subditorum impoſitiones hujuſmodi, necnon conventiones deſupèr cum eiſdem Subditis per noſtros, ſeu ipſius Præd. Agentes ſuper præmiſſis factas, & initas, earum, ac omnium & ſingularum ſuperinde confectarum ſcripturarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus pro ſufficientèr expreſſis, habentes, ad aliud triennium, à fine ultimò dicti triennii computandum, Apoſt. auctoritate tenore præſentium extendimus, & prorogamus, ac extenſas, & prorogatas, necnon 300. mil. juxtà conventiones prædictas, & quartæ partis fructuum Congregationum, ac vigeſimæ Hebræorum hujuſmodi ſubſidia integrè, & juxtà verum eorū valorem ad ultimò dictum triennium, ut præfertur, computandum ſolvi, & exigi, ac ad Cameram prædictam pro neceſſitatibus hujuſmodi pervenire debere decernimus, & quatenus opus ſit, ſingula, ultimò dicta ſubſidia in locis, & terminis, ac ſub modis, & formis prædictis ſingulis annis exigenda, pro ultimo dicto triennio de novo imponimus, & impoſita eſſe decernimus.

Pontif. iſte ex cauſis hic expreſſis prorogat ſubſidia ſupradicta ad aliud Triennium.

§. 4. Quocircà dil. fil. Guidoni Aſcanio S. Euſtachii Diac. Card. de S. Flora nuncup. Camerario noſtro, quem ultra ordinariam ſui Camerariatus Officii auctoritatem, ſubſidiorum hujuſmodi Collectorem generalem, cum facultate tot, quot ſibi neceſſarii videbuntur Commiſſarios ad ſingula ultimò dicta ſubſidia exigendum, deputandi, necnon quæcunque dubia declarandi, & quaſcunque compoſi-

Collectorem deputat Cardin. Camerar; cum facultate declarandi dubia, & deputandi Commiſſarios.

ONERA CAMERALIA.

Subſidium triennale.

poſitiones, & concordias cum Subditis, Congregationibus, & Hebræis ſupradictis, & de novo, ſi ſibi videbitur, faciendi, & ordinandi conſtituimus, & deputamus, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ultimò dicta ſubſidia, juxtà ejus providam ordinationem exigi, & ad d. Cameram Apoſt. pervenire faciat.

§.5. Contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas, & pœnas, etiam pœcuniarias ejus arbitrio infligendas, & applicandas, ac impoſitionem interdicti, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

§.6. Decernentes Subditos, ac Congregationes, & Hebræos prædictos ad ultimò dicta ſubſidia ſingulis annis, ac modis, & formis præmiſſis ultimo dicto triennio durante integrè ſolvendum, omni contradictione ceſſante, teneri.

Penſionarios, & reſervatarios pro rata fructuum teneri contribuere, declarat.

§.7. Ac declarantes, quod omnes, & ſinguli penſionarii Congregationum earundem, ſeu ii, quibus loco penſionum fructus Congregationum hujuſmodi in toto, vel in parte reſervati ſunt, cujuſcunque conditionis, vel dignitatis exiſtant (Cardinalibus prædictis, & Ven. Fr. noſtris Patriarchis, Archiep., Epiſc., Tridenti pro celebratione Concilii congregatis, necnon Fr. Hoſpitalis S. Jo: Hieroſolym, dumtaxàt exceptis) ac ſubſidii quartæ partis fructuum hujuſmodi appoſitis, & quod penſiones, & fructus hujuſmodi ab omnium decima, ſubſidio charitativo, & quovis alio onere, tàm ordinario, quàm extraordinario, quavis etiam apoſt. auctoritate, etiàm pro expeditione, tàm defenſiva, quàm offenſiva contra Turcas, & alios infideles, aut reipublicæ Chriſtianæ ab illorum conatibus, quavis defenſione, ac etiam pro recuperatione Terræ Sanctæ, ſeù Fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolor. de Urbe, vel pro alia neceſſitate, ſeù inexcogitabili cauſa à R. Pontifice pro tempore exiſtente, etiam Motu, & ſcientia ſimilibus impoſito, vel imponendo exempti ſint diſponentibus, nequaquam obſtantibus, pro rata teneantur, & efficacitèr adſtricti ſint.

Solventeſque dd. penſionarii, illorum ratam retinere poſſe, decernit.

§.8. Quodque Congregationes ipſæ, ſupèr quarum fructibus penſiones, ſeu quarum fructus ſic aſſignati, ſeu reſervati exiſtunt, poſſint ſatisfacere ratam penſionariorum ſuorum, ſeu eorum, quibus fructus ſunt reſervati, ac liberè poſtmodum ſua propria auctoritate, penes ſe, ſeu pro ſe retinere totum illud, quod pro ipſis penſionariis, ſeù pro eis, quibus fructus hujuſmodi ſunt reſervati, re ipſa, & cum effectu perſolverint. Et nihilominus penſionarios, ac eos quibus fructus hujuſmodi reſervati ſunt, per Agentes dictæ Cam. Apoſt. ad ſolutionem quartæ partis penſionum, ac fructuum reſervatorum hujuſmodi reſpectivè, ultimo d. triennio durante, juris, & facti remediis opportunis cogi, & compelli poſſe volumus.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.9. Non obſtan. præmiſſis, ac Conſtit., & Ordinat. Apoſt., necnon Congregationum, & illarum Ordinum hujuſmodi juramento, confirmatione Apoſtol. vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ac quibuſvis privilegiis, indultis, & exemptionibus, ac etiam in corpore juris clauſis immunitatibus, & lit. Apoſt. eiſdem Ordinibus, & Congregationibus, ac illorum locis, & perſonis generalitèr, vel ſpecialitèr ſub quibuſcunque verborum formis, & expreſſionibus ab eadem Sede conceſſis, quibus, & lit. Apoſt. reſervationum, penſionum, ac fructuum hujuſmodi, necnon quibuſvis obligationibus, etiam in forma Cameræ cum juramento, & cenſurarum, ac mandati executivi ſuſceptione, vel aliàs deſuper factis, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda ſit, & in eis caveatur expreſsè, quod per hujuſmodi clauſulas generales, etiam ſpecialem mentionem importantes, eis derogatum non cenſeatur, nec derogari videatur, niſi ſub certis modo, & forma in eis expreſſis, tenores hujuſmodi pro expreſſis habentes, illis aliàs, in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, contrariis quibuſcunque, aut ſi penſionariis, vel aliis percipientibus fructus congregationum hujuſmodi, ac ipſis Congregationibus, & ordinibus, vel quibuſvis aliis communitèr, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod ad ſolutionem, vel præſtationem alicujus ſubſidii minimè teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, ſeu propterea gravari non poſſint per lit. Apoſtol. non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, indultis, & lit. Apoſt. generalibus, vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totalitèr non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus, habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, quæ, quoad præmiſſa volumus nullatenus ſuffragari.

Formæ publicandi hanc conſt.

§.10. Ut autem præſentes ad omnium notitiam deducantur, eas in valuis Baſilicarum Principis Apoſtol., & S. Jo: Lateranen. de Urbe affigi, ſeu appendi faciemus, quæ eas ſuo quaſi ſonoro præconio publicabunt, ut ii, quos præmiſſa contingunt, quod ad ipſos non pervenerint, aut ea ignoraverint, nullam poſſint excuſationem prætendere, ſeu ignorantiam allegare, cum non ſit veriſimile apud ipſos remanere incognitum, quod tàm patentèr omnibus extitit publicatum.

Tranſumptorum fides.

§.11. Cæterum quia difficile foret præſentes ad ſingula loca, in quibus expediens fuerit deferre, volumus, & auctoritate Apoſt. prædicta decernimus, quod earundem præſentium tranſumptis manu alicujus ex d. Cameræ Apoſtol. Notariis ſubſcriptis, & ſigillo Camerarii noſtri munitis, ea prorsùs fides in judicio, & extra in omnibus, & per omnia adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sanctio pœnalis.

§.12. Nulli ergo &c. Si quis autem &c.

Dat.

Dat. Rom. apud S.Petrum An. Dom. 1551. 17. Kal. Aprilis, Pont. An. III.

CXIX. CON-

CXIX. CONSTITUTIO
MARCELLI PP. II.

Ed. an. Dom. 1555. die 18. April. in bull. vet. to. 2. pagin. 567. to. 1. in bullar. an. 1579. to. 2. pag. 399., Et in bullariol. an. 1559. to. 1. pag. 125. &c.

Subſidii Triennalis 300. mil. ſcut., ac Decimarum ſuper fructibus Beneficiorum, & vigeſimæ Hebræorum Status Eccleſiaſtici, à Paulo III. impoſiti, Prorogatio 4. ad Triennium, & deinde ad beneplacitum S. Sedis cum approbatione conventionum initarum cum Communitatibus.

Prorogavit etiàm Paulus IV. ad Novennium, ut in Conſtit. ſeq.

MARC. Epiſc. Ser. Ser. Dei, Ad fut. rei. mem.

Exordium.

HIs proximis diebus, quibus fel. rec. Julius PP. III. Præd. noſter, ſicut Domino placuit, rebus eſt humanis exemptus, Camera Apoſtol. ea in egeſtate reperta fuit, ut neque ipſius Prædeceſs. exequiæ modo ſolito, neque Conclavis expenſæ commodè fieri potuerint, quinimmò ad eas ſatis remiſsè faciendas oportuerit multum æs alienum cum gravi ipſius Cam. jactura contrahere. Verùm cum ex ordinariis ejuſdem Cameræ redditibus hujuſmodi diſſolvi, & moles expenſarum, quæ pro orthodoxæ fidei defenſione, & Status S. R. E. conſervatione Nobis in dies ſubeundæ ſunt, ſuſtineri nequeant, cogimur ad ſolita præfatæ Cam. Subſidia, præter mentis noſtræ inſtitutum, recurrere.

Paul. III. impoſuit ſubſidia, hic expreſſa de anno 1543.

§.1. Cum itaque aliàs, de an. videlicet 1543. proximè præterito, piæ mem. Paulus PP. III., etiàm Præd. noſter animadvertens ex variis, & extraordinariis onerum impoſitionibus, tunc vigentibus, nihil aliud magis evenire, quàm Commiſſariorum, & aliarum perſonarum cum Cam. Apoſt. contrahentium lucra, ac Subditis ipſis innumerabiles expenſas, ipſis forſan principalibus oneribus graviores. Volens in præmiſſis opportunè providere, de Fr. ſuorum, de quorum numero, tunc eramus, conſilio, cum laudabili rei directione, cunctis impoſitionibus extraordinariis ſublatis, unum unicunque ſubſidium 300. mil. ſcut. per totam Ditionem Eccleſ. pro triennio ſolvendum, & exigendum impoſuerit, & cum ſubſidium hujuſmodi ſpontanea Subditorum voluntate acceptatum fuiſſet, & ex eo ſumma 300. mil. ſcut. hujuſmodi ad Cam. præfatam annuatim pervenire non poſſet, ad ſupplendum ſummæ deficienti, aliud quartæ partis fructuum a Congregationibus Regularibus Italiæ, & aliud unius Decimæ a ſæcularibus, ac aliud etiàm quartæ partis fructuum Eccleſiaſtic. à Regularibus perſonis, ab eiſdem Congregationibus ſeparatis, per totam Italiam exiſtentibus, necnon reliquum unius vigeſimæ ab Hebræis Ditionis Eccleſiaſticæ exigenda, & per eos, ac omnes alios, ad quos ſpectabat triennio durante d. Cam. Apoſt. annis ſingulis integrè perſolvenda ſubſidia, etiàm impoſuerit; Et ſubſidia hujuſmodi Paulus primò ad duo ſucceſſivè, & deindè Julius præd. præfati ad reliquum extunc immediatè ſubſecuta triennia prorogaverint, prout in diverſis ipſorum prædec. deſuper confectis literis plenius continetur, ipſaque ſubſidia quiete, & ſine aliquo Commiſſariorum, & expenſarum gravamine, & cum maxima Subditorum, & perſonarum, quæ illa ſolverunt ſatisfactione, exacta fuerint.

Idem Paulus bis prorogavit illa ſubſidia ad Triennium, & dein ad aliud Triennium Jul. III., ut in præced.

ONERA CAMERALIA.

Subſidium triennale.

§.2. Nos confidentes Subditos, & Congregationes, ac Hebræos præfatos ex notorietate noſtrarum, & dictæ Sedis neceſſitatum onus ſubſidiorum eos tangentium, ut antea fecerunt, libenti animo ſubituros, 300. mil. ſcut. his modo, & forma, quibus ultimo loco exactum fuit, & Quartæ partis fructuum Congregationum Regularium Italiæ, ac Vigeſimæ Hebræorum Ditionis Eccleſiaſt. ſubſidiorum impoſitiones hujuſmodi, necnon conventiones deſuper cum eiſdem Subditis per ipſorum prædec. Agentes ſuper præmiſſis factas, & initas, earum, ac omnium, & ſingularum ſuperindè confectarum ſcripturarum tenores, acſi de verbo ad verbum insererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, habentes, ad aliud triennium à fine ultimo d. triennii computandum, & deinde neceſſitatib. noſtris prædictis durantibus, ad noſtrum, & Apoſt. Sedis beneplacitum, Apoſt. auctorit., tenore præſentium extendimus, & prorogamus, ac extenſas, & prorogatas, necnon 300. mil. juxta conventiones prædictas, & Quartæ partis fructuum Congregationum, ac Vigeſimæ Hebræorum hujuſmodi ſubſidia integrè, & juxta verum eorum valorem ad ultimò dict. triennium, ut præfertur, computandam ſolvi, & exigi: ac ad Cam. prædictam pro neceſſitatibus hujuſmodi pervenire debere decernimus, & quatenus opus ſit, ſingula ultimo dicta ſubſidia in locis, & terminis, ac ſub modis, & formis prædictis ſingulis annis exigenda pro ultimo dicto triennio, & ad beneplacitum hujuſmodi de novo imponimus, & impoſita eſſe decernimus.

Hic autem Pont. approbando Conventiones initas &c. prorogat ad aliud triennium, & deindè ad beneplacitum. Quod adhuc durat.

§.3. Quocirca Dil. Filio Guidoni Aſcanio S. Mariæ in Via lata Diac. Card. de S. Flora nuncup., Camerario noſtro (quem ultra ordinariam ſui Camerariatus Officii auctorit., ſubſidiorum hujuſmodi Collectorem Generalem, cum facultate, tot, quot ſibi videbuntur neceſſarii Commiſſarios ad ſingula ultimo dicta ſubſidia exigendum, deputandi, necnon quæcunque dubia declarandi, & quaſcumque compoſitiones, & concordias cum ſingulis Congregationibus, & Hebræis ſupradictis, etiam de novo, ſi ſibi videbitur faciendi, & ordinandi, conſtituimus, & deputamus) per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ultimò dicta ſubſidia, juxta ejus providam ordinationem exigi, & ad d. Cam. Apoſt. pervenire faciat, contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras Eccleſiaſt., & pœnas, etiam pecuniarias ejus arbitrio infligendas, & applicandas, ac appoſitionem interdicti, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii Sæcularis.

Collectorem iſtorum ſubſidiorum deputat Camerarium.

§.4. Decernentes Subditos, ac Congreg., & Hebræos prædictos ad ultimò dict. ſubſidia ſingulis annis, ac modis, & formis præmiſſis ultimo dicto triennio, & beneplacito hujuſmodi du-

Onera Cameralia.

Subſidium triennale.

di durantibus, integrè ſolvendum, omni contradictione ceſſante, teneri.

Penſionarios, & reſervatarios pro rata fructuum teneri contribuere hic declarat.

§.5. Ac declarantes, quod omnes, & ſinguli penſionarii Congregationum earumdem, ſeu ii, quibus loco penſionum fructus Congregationum hujuſmodi in toto, vel in parte reſervati ſunt, cujuſcumque conditionis, vel dignitatis exiſtant (S. R. E. Card., & Dilectis Filiis Fratr. Hoſpitalis S. Jo: Hieroſolymitani dumtaxat exceptis) ad ſubſidii Quartæ partis fructuum hujuſmodi præſtationem, in omnibus, & per omnia, perinde, acſi illa eis nominatim, & expreſsè per præſentes impoſita fuiſſent, clauſulis, decretis in literis Apoſt. reſervationum, penſionum, & fructuum hujuſmodi appoſitis, etiam, quod penſiones, & fructus hujuſmodi ab omni decima, ſubſidio charitativo, & quovis alio onere, tàm ordinario, quàm extraordinario quavis Apoſtol. auctoritate, etiam pro expeditione, tam defenſiva, quàm offenſiva contra Turcas, & alios Infideles, aut reipublicæ chriſtianæ ab illorum conatibus quavis defenſione, ac etiam pro recuperatione Terræ Sanctæ, ſeu Fabricæ Baſilicæ Principis Apoſt. de Urbe, vel pro alia neceſſitate, ſeu inexcogitabili cauſa à Rom. Pontif. pro tempore exiſtente, etiam Motu, & ſcientia ſimilibus impoſitis, vel imponendis, exempti ſint, diſponentibus, nequaquàm obſtant. pro rata teneantur, & efficaciter adſtricti ſint.

Titulares, ſolvenſque pro penſionariis illorum ratas retinere poſſe declarat.

§.6. Quodque Congr. ipſæ, ſuper quarum fructibus penſiones, ſeu quarum fructus, ſic aſſignati, ſeu reſervati exiſtunt, poſſint ſatisfacere ratam penſionariorum ſuorum, ſeu eorum, quibus fructus ſunt reſervati, ac liberè poſtmodum ſua propria auctoritate, penes ſe, ſeu pro ſe retinere totum illud, quod pro ipſis penſionariis, ſeu pro eis, quibus fructus hujuſmodi ſunt reſervati, re ipſa, & cum effectu perſolverint; Et nihilominus penſionarios, ac eos, quibus fructus hujuſmodi reſervati ſunt per Agentes dict. Cam. Apoſt. ad ſolutionem Quartæ partis penſionum, ac fructuum reſervatorum hujuſmodi reſpectivè, ultimo dicto triennio durante, juris, & facti remediis opportunis cogi, & compelli poſſe volumus.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.7. Non obſtan. præmiſſis, ac Conſtitut. & Ordinat. Apoſt., necnon Congregationum, & illarum Ordinum hujuſmodi juramento, confirmatione Apoſt., vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Conſuetudinibus, ac quibuſvis Privilegiis, Indultis, & exemptionibus, ac etiam in corpore juris clauſis immunitatibus, & Lit. Apoſt. eiſdem Ordinibus, & Congregationibus, ac illorum locis, & perſonis generaliter, vel ſpecialiter ſub quibuſcumque verborum formis, & expreſſionibus ab eadem Sede conceſſis; Quibus, & Lit. Apoſt. reſervationum, penſionum, ac fructuum hujuſmodi, necnon quibuſvis obligationibus, etiam in forma Cam. cum juramenti, & cenſurarum, ac mandati executivi ſuſceptione, vel aliàs deſuper factis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda ſit, & in eis caveatur expreſsè, quod per hujuſmodi Clauſulas Generales, etiam ſpecialem mentionem importantes, eis derogatum non cenſeatur, nec derogari videatur, niſi ſub certis modo, & forma in eis expreſſis, tenores hujuſmodi pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus contrariis quibuſcumque; Aut ſi penſionariis, vel aliis percipientibus fructus Congregationum hujuſmodi, ac ipſis Congregationibus, & Ordinibus, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod ad ſolutionem, vel præſtationem alicujus ſubſidii minimè teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, ſeu propter ea gravari non poſſint per Literas Apoſt. non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & quibuſlibet aliis privilegiis, Indultis, & Literis Apoſt. Generalibus, vel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus, habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, quæ, quoad præmiſſa, volumus nullatenus ſuffragari.

§.8. Ut autem præſentes ad omnium notitiam deducantur, eas in valvis Baſilicarum Princip. Apoſt., & S. Jo: Lateranen. de dict. Urbe affigi, ſeu appendi faciemus, quę eas ſuo quaſi ſunoro præconio publicabunt, ut iis, quos præmiſſa contingunt, quod ad ipſos non pervenerint, aut ea ignoraverint, nullam poſſint excuſationem prætendere, ſeu ignorantiam allegare, cum non ſit veriſimile apud ipſos remanere incognitum, quod tam patenter omnibus extitit publicatum. *Forma publicandi hanc conſtit.*

§.9. Cæterum, quia difficile foret, præſentes ad ſingula loca, in quibus expediens fuerit, deferre, volumus, & auctorit. Apoſt. prædict. decernimus, quod earumdem præſentium tranſumptis manu alicujus ex d. Cam. Apoſt. Notariis ſubſcriptis, & Sigillo Camerar. Noſtri munitis, ea porſus fides in judicio, & extra in omnibus, & per omnia adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exibitæ, vel oſtenſæ. *Tranſumptorum fides.*

§.10. Nulli ergo &c. Si quis autem &c. *Sanctio pœnalis.*

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Dom. 1555. die 18. Apr. Pont. An. I. *Dat.*

CXX. CONSTITUTIO
PAULI PP. IV.

Breve deputationis Viſitatorum Apoſtolicorum pro Exactione ſubſidii Triennalis, & compoſitionibus cum Univerſitatibus ineundis.

Similes deputationes fecit etiam Paulus III., quas hic non habet.

PAULUS PP. IV.

Expedit. an. D. 1559. die 15. Aprilis impr. in bullar. an. 1559. pag. 48. terg. par. a.

Dilectis filiis Bernardino S. Matthæi Tranen., & Virgilio S. Symeonis de Spoleto Nuncupatis Præsbyt. Cardinal.

Cauſa Expeditionis hujus Brevis.

Cum Sicut accepimus, diverſæ Univerſitates Oppidorum, Terrarum, & lo- co-

corum Status noſtri Eccleſiaſt. ob malam temporum conditionem, ſeù aliàs ſubſidium Triennale 300. mil. duc. pro portione eis taxata, ſeù eos contingente, integrè non perſolvant, quinimò, tàm ipſi, quàm diverſæ aliæ ſimilium Oppidorum, Terrarum, & Locorum Univerſitates, quæ aliquando ſubſidium ipſum integrè ſolverunt, ab illius ſolutione in toto, ſeù pro parte ad præſens ceſſent, ſeù ſolutionem ipſam differant, & ſub diverſis prætextibus, & forſan corruptionibus, ſeù aliis malis artibus ſe ſuperindè ab ejuſdem ſubſidii exactoribus ſuper eo deputatis Commiſſariis gratiam, & remiſſionem extorquere ſatagant, anhelent, exindeque homines, & incolæ Oppidorum, Terrarum, & Locorum hujuſmodi, tutè, & ſecurè ad Almam Urbem noſtram venire, ſeù in ea degere, vel morari nequeant, ſed ſi ad eam veniant, per Miniſtros juſtitiæ capiantur, & carceribus mancipentur, in maximum, tàm Univerſitatum, hominum, & incolarum prædictorum, quàm Cameræ noſtræ Apoſt. detrimentum.

§.1. Nos indemnitati Cameræ, Univerſitatum, hominum, & incolarum prædictorum conſulere, & circà ſolutionem ſubſidii hujuſmodi pro tempore, tàm præterito, quàm futuro opportunè providere volentes.

Papa deputat Viſitatores cũ facultate exigendi ſubſidium Triennale, ac concordandi &c.

§.2. Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſt. poteſtatis plenitudine circumſpectioni veſtræ, de qua in bis, & aliis majoribus plenam in Domino fiduciam obtinemus, quod negocio hujuſmodi inter vos maturè, & diligentèr examinato, & diſcuſſo, & conſideratis omnibus illius circumſtantiis conjunctim procedentes, quaſcunque pecuniarum ſummas, in quibus dictæ Univerſitates eidem Cameræ ob non ſolutionem ſubsidii prædicti pro tempore hactenus decurſo tenentur, eiſdem Universitatibus in toto, vel in parte ſub pactis, modis, conditionibus, & obligationibus, de quibus vobis videbitur remittere, & ſuperindè cum eiſdem Universitatibus ad aliquam honeſtam, & utilem compoſitionem, & conventionem devenire, ac portionem d. ſubſidii per eaſdem Universitates de cætero ſolvendam, ad aliquam, juxtà qualitatem Oppidorum, Terrarum, & locorum hujuſmodi congruam, & convenientem, ac quæ ſit exigibilis, pecuniarũ ſummam de novo taxare, & moderari liberè, & licitè poſſitis, plenam, & liberam Apoſt. auctoritate, tenore præſentium concedimus facultatem, & poteſtatem.

Similes conventiones approbavit etiã Paul. III. ſup. Conſt. 137. & Marcell. II. Conſt. 119.

Contrariorũ derogatio.

§.3. Non obſtan. conſtitutionibus &c.

Dat.

Datum Romæ apud S. Petrum die 15. Aprilis, an. 1559. Pont. an. 4.

CXXI. CONSTITUTIO
GREGORII PP. XIII.

Vectigal Quatreni 50. librarum carnis Suinæ, à S. Pio V. pro bello contra Turcas imposit., reducit hic Pontifex ad ſc. 300. mil., illudque unà cum Subsidio Triennali à Communitatibus exigi mandat. (unde augmentum ſubsidii Triennalis dictum eſt). Et immunitates pro eiſdem 50. carnis Suinæ libris, à d. S. Pio V. revocatas, omnibus reſtituit.

Pro extinctione autem iſtius Vectigalis erexit Pontif. Montem Provinciar., ut ſup. Conſt. 101.

Onera Cameralia.

Subſidium triennale.

GREG. Epiſc. Ser. Ser. Dei ad per. rei mem.

Ed. an. Dom. 1572. die 1. Febr. in bull. veter. la 14. pag. 1207. to. 2. & poſt antiq. an. 1579. la 21. pag. 24.

Exordium.

SI PRÆSENTIS temporis, & rerum hujus Sedis conditio pateretur, libentiſſimè facturi fuimus, & naturæ, & conſilii noſtri ductu, ut non modò nullis novis impoſitionibus noſtros, & S.R.E. Subditos gravaremus, ſed vetera potiùs, & ab aliis impoſita onera demeremus: Quoniam verò propter graviſſimas ejuſdem Sedis neceſſitates id agere Nobis non licet, illud ſaltem attentè volumus opportuna ratione providere, ut quæ impoſita ſunt onera, leviora, & minora reddantur, & ita æqualitèr ſint inter omnes diſtributa, ut ne plùs cæteris pauperes gravarentur, quos inprimis oportet omni induſtria ſublevare.

S. Pius V. revocavit immunitates cuilibet conceſſas pro lib. 50 carnis ſuinæ.

§.1. Proindè cum fel. rec. Pius Papa V. Præd. noſter cogitans pro conſervatione, & progreſſu ſacri fœderis, Deo auctore, contra Turcas initi, ingentes ſumptus faciendos eſſe, ut aliquam ad eum uſum pecuniæ ſummam conficeret, immunitatem 50. librarum carnis ſuinæ, antea cuilibet perſonæ in Statu Eccleſ. concedi ſolitam, caſſaverit, & revocaverit: decernens, tàm pro hujuſmodi 50. libris, quàm pro aliis omnibus animalibus (hœdis dumtaxat exceptis) vectigal quatreni carnis ſolvi in poſterùm debere: Et deinde dictum vectigal quatreni carnis, ſimul cum augmento ex ea revocatione immunitatis proveniente, quibuſdam mercatoribus, ſub certis modo, & forma conceſſerit, & locaverit, ea tamen conditione, quod an. primo locationis elapſo Cam. Apoſt. poſſet d. augmentum per ſeipſam recuperare, ac aliàs, prout in inſtrumento contractus in Camera Apoſtolica deſuper confecto, latiùs continetur.

Hic autem Pontifex illud augmentum reducit ad ſc. 30. mil. & ſimul cum ſubſidio triennali, ac eodem modo exigi mandat à Cõmunitatibus.

§.2. Nos, dicto jam anno elapſo, conſiderantes, ſi augmentum prædictum, eo modo, quo impoſitum fuit remaneat exigendum, in hoc ruſticos, & alios pauperes valde gravatum iri, qui ejuſmodi carnibus, ut plurimùm, ſuſtentantur: deindè verò eoſdem conductorum, Commiſſariorum, & aliorum hujuſmodi exactorum non parvis expenſis, ac moleſtiis aſſiduè ſubjacere: nullum opportuniùs ei rei remedium adhiberi poſſe cenſuimus, quàm ſi prædictum augmentum 40. mil. ſcut. exceden. ad minorem ſum. reducatur, & ſic reductum, cum triennali ſubſidio conjungatur.

§.3. Itaque, de Nobis attributæ poteſtatis plenitudine, augmentum ipſum ratione librarum 50. carnis, ad 30. mil. ſcut. mon., auctoritate Apoſt. tenore præſentium, perpetuò reducimus, & in Subſidium triennale transfundimus, eique perpetuò applicamus, & incorporamus; Ita ut ſimul cum ipſo ſubſidio triennali, ab iis, à quibus debetur, juxta taxam in eadem Camera Apoſtol. factam, vel faciendam, poſthac per ejuſdem Subſidii exactores exigatur.

Decretum irritans.

§.4. Volentes, ac præſentium auctoritate juben-

Onera Cameralia.

Archivii Taxa.

jubentes, immunitatem carnis ſuinæ, quoad quinquaginta libras prædictas omnibus in integrum reſtitui debere: necnon irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari.

Executores deputat.

§.5. Quocirca mandamus dil. fil. noſtro S. R. E. Camerario, ac ejuſdem Cam. Apoſt. Clericis, & Præſiden., ut has noſtras literas in acta, & libros eorum referri, & deſcribi, ac omnia in eis contenta obſervari inviolabilitèr faciant, taxamque omnibus, ad quos pertinet ad modum Triennalis Subſidii conſtituant, & adſcribant: contradictores quoslibet, & rebelles, ac ſolvere recuſantes per Eccleſiaſticas ſententias, cenſuras, & pœnas, ac alia juris, & facti remedia in ſimilibus adhiberi ſolita, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.6. Non obſtan. præmiſſis, ac quibuſvis Conſtit., & Ordin. Apoſt., necnon quibuſcunque, etiam d. Cam. juramento, confirmatione Apoſt., vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & lit. apoſt. quibuſvis perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis (quibus omnibus, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris) hac vice dumtaxàt ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Sanctio pœnalis.

§.7. Nulli ergo &c. Si quis autem &c.

Dat.

Dat. Romæ apud S. Petrum, An. Dom. 1572. Kal. Feb. Pont. An. I.

CXXII. CONSTITUTIO

URBANI PP. VIII.

CHIROGRAFO

Ed. an. Dom. 1628. die 22. Iulii per acta Rufini Plebani, hodiè Galeſii Secr. Cam. in lib. Inſtr. par. 2. pag. 1028.

D'impoſizione del Quarto Aggiunto al Suſſidio Triennale, impoſto da Paolo III.

Concordan. de Materia notavi ſup. Conſt. 114.

Monsignor Durazzi Noſtro Teſoriere Generale.

Cauſa del preſente Chirografo.

Trovandoſi la Noſtra Cam. molto eſauſta di denaro, e biſognando continuamente fare molte ſpeſe ſtraordinarie, abbiamo deliberato per ſovvenzione di eſſa Camera accreſcere, & augumentare per un'altra quarta parte l'Impoſizione del Suſſidio Triennale, impoſta altre volte dalla fel. mem. di Paolo III. Noſtro Predeceſs., che pagano le Communità del Noſtro Stato Eccleſiaſtico.

Paolo III. impoſe il ſuſſidio triennale come ſopra alla Coſt. 114. pag. 204.

§.1. Per tanto avendo per eſpreſſo, e ſpecificato in queſta il tenore della Bolla dell'Impoſizione del detto Suſſidio, e della dichiarazione fatta ſopra la medema Bolla del detto Paolo III. Noſtro Predeceſs. con ogn'altra coſa, quanto ſi voglia neceſſaria ad eſprimerſi. Di Noſtro Moto proprio, certa ſcienza, & pienezza della Noſtra Poteſtà accreſciamo, & augumentiamo la detta Impoſizione del detto Suſſidio Triennale per una quarta parte più di quello ſi riſcuote al preſente, & ordiniamo à Voi, che detto augumento facciate riſcuotere dal primo Gennaro proſſimo avvenire per detta noſtra Cam. dalle Communità del Noſtro Stato, & altri, che devono, e ſono ſoliti pagare, conforme alle ſudette Bolle di Paolo III., e nell'iſteſſo modo, tempi, e forme, che ſi è oſſervato ſin'ora, e con l'iſteſſi Privilegj, eſenzioni, e prerogative eſpreſſe, & contenute nelle dette Bolle di Paolo III., e ſua dichiarazione.

Ora il Papa l'augumenta per la Quarta parte.

Et ordina, che nello ſteſſo modo ſi paghino da tutti quelli, che pagano il d. ſuſſidio.

§.2. E per tal'effetto darete tutti gl'Ordini, e farete le ſpedizioni, che ſaranno neceſſarie, & à Voi pareranno, e piaceranno, che tale è mente, e volontà Noſtra eſpreſſa.

Deputa Eſecutore Monſ. Teſoriere con tutte le facoltà &c.

§.3. Volendo Noi, e decretando, che la preſente vaglia, & abbia effetto, eſecuzione, e vigore, ancorche non ſi ammetti, e regiſtri in Camera, e nelli ſuoi Libri, non oſtante la Coſtituzione, ò Bolla di Pio IV. Noſtro Predeceſs. *de Regiſtrandis*, e qualſivoglia altre Conſtituzioni, & Ordinazioni Apoſtoliche, e Regole, *etiam* di Cancellaria, *etiam de jure quæſito non tollendo*, privilegj, conceſſioni, decreti, uſi, ſtili, e conſuetudini, e tutt'altre coſe, che detto Paolo III. Noſtro Predeceſs. in dette Bolle ha voluto, che non oſtino, e che faceſſero in contrario, alle quali tutte avendo il tenore di eſſe per eſpreſſo nella preſente a ſufficienza, per queſta volta ſolamente deroghiamo.

Clauſole preſervative.

Clauſole derogatorie.

Data.

Dato nel Noſtro Palazzo di Monte Cavallo li 22. di Luglio 1628.

Urbanus PP. VIII.

Archivii Taxa.

CXXIII. CONSTITUTIO

SIXTI PP. V.

Inſtitutio Archivior. Scripturar. in quibuſcunque Civitatibus, & Locis Status Eccleſiaſt., Alma Urbe, & Bononia exceptis.

Appaltum hujus vectigalis unà cum nonnullis aliis ſuppreſſit Clem. PP. VIII. Subrogando Communit. in illorum exactione, prout in ſeq. Conſt. De Montib. Archivior., aliiſque ad Materiam eorumdem, notavi ſup. in Conſt. 40. pag. 65., & alia nonnulla referam in alio Volumine.

SIXT. Ep. Ser. Ser. DEI, Ad perp. rei mem.

Ed. an. Dom. 1588. die 1. Aug. impr. in bull. nov. in 83. to. 2.

Sollicitudo Paſtoralis Officii &c. *omittitur tenor hujus Conſt. quia congruentiùs refertur ſuprà d. Conſt. 40. pag. 65. ubi de Archiviorum Inſtitut., eorumque Regimine &c.*

CXXIV.

CXXIV. CONSTITUTIO
CLEMENTIS PP. VIII.

Suppreſſio Appaltuum Archiviorum, bulli ponderum, & menſurarum, ac damnorum datorum, ac ſubrogatio Communitatum in illorum Exactione, necnon extinctio Vectigalis ſuper pellibus piloſis, ac ſuppreſſio privativæ Cinciorum, Carniciorum, & Gallæ, ac nonuullorum Officiorum venalium Provinciarum, Civitatum &c. Status Eccleſiaſtici, cum Reductione taxæ mercedis, Executionum extra Urbem, ac renovatione Taxæ circà Executiones mandatorum Curiæ A. C. extra Urbem facien.

Ed. an. Dom. 1591. die 10. Maii impreſ. Romæ apud Paulum Bladum Impreſ. Cam. an. 1592 & mat. iaiomat. in Coll. Cherl.

Impoſitionem taxæ Archivii hab. in præcedenti, aliâ verò ſuper pellibus piloſis hab. in Actis Tydei de Marchis 11. Julii 1588. fol. 538. protocol. inſtr.

CLEM. Epiſc. Ser. Ser. Dei, Ad perp. rei me.

Exordium.

AD SUMMI Apoſtolatus apicem, meritis licèt imparibus, à Domino vocati; calamitoſa, in quæ incidimus tempora, reſpicientes, ac inter cætera, ad Populos temporalis Ditionis S. R. E. oculos convertentes, illos multis oneribus, magnoque ære alieno gravatos, Annonæ Caritate, & multorum malorum concurſu penè oppreſſos invenimus: Quos cùm paterna charitate, & dilectione, uti de Nobis, & de S. hac Sede benemeritos filios proſequamur, noſtri Pontif. initium, ad hoc potiſſimum duximus dirigendum, ut eos, ab his, quibus premuntur oneribus, ac malis (quantum in Nobis eſt) ſublevemus.

Narrativa.

§. 1. Igitur, ut Annonæ caritati levandæ, facinoroſis, & latronibus, qui hoſtili more graſſantur, propulſandis, ac Magiſtratibus in officio continendis, quæ opportuna pro temporum conditione fuerunt remedia, in dies paravimus, ita illa potiſſimum onera, quæ, uti recentiora, & ſuperaddita, antiquis graviora exiſtunt, aut tollere, aut ſaltem magna ex parte minuere decrevimus, non deſtituri quamdiù divinæ bonitati placuerit, vires, & vitam Nobis ſuppeditare, etiàm reliqua ſic moderari, ut ſi quæ pro Sanctæ hujus Sedis, & Cameræ Apoſt. indigentiis erunt præſtanda; ea, & neceſſitate cogente, juſta, & exactionis modo, leviora videantur.

Sixtus V. indixit vectigal Sigilli ponderum, & menſurarum; ac aliorum damnorum datorum, illaq; locavit, prout hic.

§. 2. Sanè alias fel. rec. Sixtus PP. V. Præd. Noſter, ut Apoſt. Sedis, quæ tunc urgebant, neceſſitatibus ſubveniret, & certis aliis de cauſis adductus, ab omnibus, & ſingulis Communitatibus, & Univerſitatibus Civitatum, Terrarum, & locorum totius ditionis S. R. E. immediatè in temporalibus ſubject. facultate, pondera, ac menſuras ſigillo ſignandi, ac omnibus emolumentis ex pœnis damnorum datorum provenien. abdicatis, & Cameræ Apoſt. applicatis, indè Officium ſigilli ponderum, & menſurarum, cum certis illis aſſignatis emolumentis, erectum, & Dohanis Almæ Urbis unitum, Dil. fil. Jo: Cucchæ de Viſſa pro annuis ſcu. 4500. mon. Dohanerio Urbis, ac duc. 67. cum dimidio pro regalibus S. R. E. Camerario, Clericis Præſidentibus, & Officialibus Cameralibus debitis, & damnorum datorum emolumenta prædicta dil. fil. Horatio Burgio Laico Maceraten. annua ſolutione ſc. 8. mil. mon. eidem Cameræ, & duc. 120. pro regalibus prædictis, ac etiam Officium Generale Archiviorum Status Eccleſiaſtici cum facultate in Civitatibus, & Locis dictæ Ditioni mediatè, vel immediatè ſubjectis Archivia publica erigendi, in quibus Inſtrumenta, & aliæ publicæ, & privatæ ſcripturæ reponi deberent, & cum certa ſolutione pecuniarum pro illarum repoſitione, ac extractione, & aliis emolumentis de novo inſtitutum dil. fil. Paulo Falconerio Florentino pro annua penſione ſc. 11. mil. mon. Cameræ prædictæ, & duc. 165. pro regalibus hujuſmodi.

Onera Cameralia.

Archivii Taxæ, & Suppreſſio

Necnon Officium generale Archiviorum, quod pariter locavit, prout hic.

Inſuper vectigal ſuper pellibus piloſis; quod & locavit, prout refertur.

§. 3. Necnon, & novum ſubſidium, ſeù Vectigal impoſitum ſuper pellibus piloſis, & aliis rebus tunc expreſſis per univerſum Statum Eccleſiaſticum, (Urbe Roma, & Civitate Bononien., & Anconitana exceptis) & Dohanis Urbis unitum ultimo loco dilectis filiis Theobaldo Guerrerio, & Sociis, pro annuis ſcut. 8100. mon. Dohanerio ipſius Urbis, & duc. 90. auri pro regalibus prædictis ſolvendis: ac etiam ſolutionis nuper impoſitæ pro Rubæ, & Guadi, & ovorum extractione extrà Statum prædictum à Provincia Romandiolæ, & Theſaurariæ ejuſdem Provinciæ unitæ, exactionem, dil. fil. Lucæ Betto Florentino pro ſcut. 2500. mon. Theſaurario prædictæ Provinciæ, & duc. 37. cum dimidio pro dictis regalibus annuatim ſolvendis, ſub certis pactis, & Capitulis in Appaltum concedi mandavit, prout per Cameram prædictam data fuerunt, ut in Cedulis, Motu proprio ejuſdem Prædeceſſoris manu ſignatis, & Inſtrumentis per acta dil. fil. Tydei de Marchis, & Pontii Sevæ, Cam. prædict. Not. confectis pleniùs continetur.

Denique indixit Vectigal pro Rubæ, Guadi, & ovorum Extractione, quod pariter dedit in Appaltum prout hic.

Et ſuper dd. Appaltibus idem Sixtus V plures Montes erexit.

§. 4. Ac demum ſuper redditibus, ſeù Appaltibus prædictis idem Prædec. diverſa Loca Montium, ac etiam Officium Vicecamerarii, cui juriſdictionem quoque ſuper dictis damnis datis conceſſerat, quod nos nupèr ſuppreſſimus, atque extinximus, poſtquàm per obitum illud obtinentis vacavit, auctoritate Apoſtolica erexit, atquè dotavit. Ac Conductores etiam prædicti, varias de eiſdem ſublocationes, diverſis perſonis, cum longè majori lucro fecerunt.

Narrat mala ex dd. impoſitionibus provenientia.

§. 5. Cum autem ex dictis impoſitionibus, & erectionibus Officiorum, & locationibus, & ſublocationibus Subditos Status Eccleſiaſtici multipliciter gravatos fuiſſe, conſtiterit, quod longè major ſit ea ſumma, quæ ab ipſis erogatur, quàm quæ à d. Camera Apoſtolica indè percipitur, præſertim propter Exactorum injurias, & extorſiones; ac propterea, tàm apud eundem Sixt., ac piæ mem. Greg. XIV., quàm Congregationem ad ſublevanda gravamina Status Eccleſiaſt. deputatam, de prædictis iidem Subditi ſæpiùs conqueſti fuerint.

Papa modò his malis providere volens.

§. 6. Nos quamvis, vel maximè cupiamus gravamina ipſa (ſi fieri poſſit) omninò tollere, id tamen Ærario Apoſtolico planè exhauſto, ac pecuniis, quæ, Montium hujuſmodi, & Officiorum ſuper dictis Vectigalibus inſtitutorum, emptoribus reſtituendæ forent deficientibus, integrè præſtare non valentes,

Onera Cameralia.

& nihilominùs præſentibus incommodis, (donèc detur facultas eoſdem Subditos penitùs exonerandi) aliqua ſaltèm ex parte providere volentes.

Archivii Taxæ, & Suppreſſio.

§.7. Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, deque Apoſt. poteſtatis plenitudine, Locationes, Appaltus, ſublocationes, & ſubappaltus, ac contractus prædictos, etiam juramento, confirmatioue Apoſtolica, ſeù aliàs roboratos, & Inſtrumenta deſuper celebrata cum omnibus indè ſecutis, quorum omnium tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis; tenore earundem præſentium reſcindimus, irritamus, & annullamus.

Appaltus dd. vectigalium infundit.

Ac Vectigal ſuper pellibus piloſis penitùs extinguit.

§.8. Ac Vectigal, ſeù Datium, aùt ſubſidium ſuper pellibus piloſis de novo, ut dictum eſt, impoſitum, perpetuò tollimus, & abolemus, ac neminem ulteriùs de cætero ad illius ſolutionem teneri decernimus, rationem indemnitatis eorum, qui officia, ſeu Loca Montium ex appaltu hujuſmodi dotata emerint, aliundè ſuper Dohana Urbis habituri.

Et quoad reliqua dd. Vectigalia Communitates ſubrogat in illorum exactione, annullatis eorum Appaltibus.

§.9. Necnon eiſdem Communitatibus, & Univerſitatibus Status Eccleſiaſtici univerſi, quas in locum, & jura alior. conductorum prædictorum (exceptis ipſo Theobaldo, & Sociis, dicti extincti Vectigalis pellium, conductoribus) incipien. à Kal. Junii proximè venturi, ſubſtituimus, & ſubrogamus, reliquos proventus, & emolumenta ex aliis prædictis appaltibus, & officiis ſigilli ponderum, & menſurar., damnorum datorum, & Archiviorum, atque extractionis Rubæ, guadi, & ovorum prædictorum provenientia (ita tamen, ut pœnæ ipſæ damnorum datorum nequaquam immutentur, ſed cujuſque loci ſtatuta, & in reliquis præfatis exactionibus Edicta Cameralia ſerventur) per eas, earumque Officiales, & Deputatos percipienda, & colligenda concedimus, hac nimirùm lege, ut eædem Communitates, & Univerſitates, ſuis ſumptibus hic in Urbe Cam. Apoſtolicæ, & pro eá Montium, & officiorum hujuſmodi emptoribus, quibus reſponſiones dictorum reliquorum appaltuum aſſignatæ fuerunt, tantumdem pecuniarium, in totum, ſummam annuam ſcut. 26. mil. conſtituen. de bimeſtri in bimeſtre anticipatè, incipien. à dictis Kal. Junii proximè ſequen., ac prætereà, & nunc in fine cujuslibet anni in Feſto Nativitatis D.N. Jeſu Chriſti Officialibus dictæ Cameræ pro regalibus duc. 480. auri de Camera perſolvere teneantur.

Salvis tamen quoad damna data ſtatutis locorum, & quoad reliqua vectigalia Edictis Cameralibus.

Et ea lege, ut Communitates annuatim perſolverent ſcut. 26.m. in Cam.

Et pro Regalibus ſcut. 480 auri.

Reſervata Papæ, & ſucceſſ. facultate d. ſum. aliqualiter augendi.

§.10. Et nihilominùs, ut eorundem Subditorum utilitati pleniùs conſulamus, cum primùm Annonæ, & præſertim rei frumentariæ copia uberior, Deo juvante, ſuppeditet, ac minori ipſorum Populorum incommodo, id fieri poterit, ex nunc, proùt ex tunc, & contra facultatem augendi d. impoſitionem 26. mil. ſcut. ad modicam aliquam ſummam, noſtro, & ſucceſſorum noſtrorum arbitrio præſcriben. ad effectum, ut augumentum hujuſmodi in extinctionem, & redemptionem onerum prædictorum, & Locorum Montium, quibus ſuper dictis appaltibus dos conſtituta fuit, omninò convertatur, Nobis, & Cameræ Apoſt. reſervamus.

Et ad d. augumentum eos tantum teneri, qui obligati erant ad ſolutionem dd. ſcut. 26. decernit.

§.11. Decernentes ad ſolutionem, & præſtationem annuam d. augmenti, ſi, & poſtquàm, ut præfertur, factum fuerit, eos omnes pro rata teneri, & perindè obligatos fore, qui ad ſolutionem dictorum 26. mil. ſcut. vigore præſentium obligati erant.

Modum faciendæ repartitionis ſtatuit.

§.12. Pro facienda autem hujuſmodi ſolutione dd. ſcut. 26. mil. volumus, ut inter Provincias d. Status Eccleſiaſtici, juxtà taxam à prædicta Congregatione ſuper gravaminibus d. ditionis Eccleſiaſt. deputata, ſtatuendam ſuper iis tantùm Communitatibus, & Univerſitatibus, quæ oneribus hujuſmodi gravatæ prius erant, & non aliàs, habita ratione ad locationes, & ſublocationes, ut ſuprà initas, partitio, & diviſio fiat, adeòut, ſi quæ Communitas, ſeù Univerſitas, titulo oneroſo emolumenta ex hujuſmodi appaltibus provenientia percipiebat, & id ipſum, jam declaratum extitit, an ſi qua hactenùs in prædictis impoſitionibus compræhenſa nunquàm fuerat, ea etiàm pro ſua rata à contributione d. ſummæ 26. mil. ſcut. immunis remaneat, nec ab hujuſmodi taxa appellare, aut reclamare liceat.

Communitat. tit. oneroſo Exemptas præſervat.

Facultatem exigendi omnia emolumenta ab Appaltatoribus exigi ſolita attribuit, ad effectum &c.

§.13. Ipſis autem Communitatibus, & Univerſitatibus, ſeù perſonis per eas deputandis, ut emolumenta omnia præmiſſa in poſterum exigant, permittimus, proùt ab ipſis Appaltatoribus, ſervato modo, & ordine in Edictis Cameralibus præſcripto exigebantur, non tamen illa iu alios, quàm d. Contributionis annuatim ſolvendæ, & Loca Montium ſuper illis erecta redimendi, & extinguendi uſus convertere fas ſit, alioquin ſingulæ earum Contravenientes, pœnis graviſſimis, arbitrio Gubernatoris, ſeù Præſidis ejus Loci, aùt Provinciæ, & Cameræ Apoſt. plectantur.

Montiſtarum ſecuritati providet, modo hic expreſſo.

§.14. Verum quia prædictis Montiſtis, & Officialibus, quibus pecuniæ ex hujuſmodi Appaltibus provenientes, titulo oneroſo aſſignatæ fueruut, annua, & menſtrua præſtatio debitis temporibus retardari non poteſt, ſtatuimus, ut Communitates, atque Univerſitates prædictæ, cujuslibet Provinciæ Theſaurariis, ſeù ſubſidii triennalis exactoribus, idoneos Fidejuſſores de ſolvendo anticipatè quolibet Bimeſtri in manibus ejuſdem Theſaurarii, ſeu Exactoris ratam Taxæ prædictæ, & inſuper ratam proviſionis eiſdem Theſaurariis, & Exactoribus pro exactione, & tranſportatione pecuniæ ad Urbem, præſtare teneantur, ad effectum, ut Theſaurarii, ſeù Exactores prædicti ſtatutis temporibus in Urbe Montiſtis, & Officialibus, quibus hujuſmodi appaltuum redditus ſunt aſſiguati, ſeù Depoſitariis id, quod eis debetur, ſine ulla mora reſpondeant.

Conductoribus appaltũ providet, quoad præteritũ.

§.15. Ac inſuper volumus, ut Communitates, & Univerſitates prædictæ pro rata temporibus à die incæpti Appaltus uſque ad d. diem Kal. Junii proximi, Conductoribus, qui in locis prædictis emolumenta ſigilli, vel Archivii, ac alia ſubſidia prædicta ex quocunque impedimento ab eiſdem Communitatibus, vel ad illarum inſtantiam eis præſtito exigere non potuerunt, integrè, ſeù aliis, proùt Congregatio prædicta declarabit, ſatiſface-

Digitized by Google

facere teneantur, & id perſolvere, quod Conductores Cameræ Apoſt. pro rata ejus temporis ſolvere coactos fuiſſe conſtiterit, & in ſe exactionem omnium prædictarum impoſitionum à quibuſcumque particularibus perſonis, illas ſolvere debentibus, aſſumant, perindè ac ſi appaltus à Camera facti, ad ipſas Communitates ſpectarent, atque ad id per Congr. prædictam juris, & facti remediis opportunis ſine ſtrepitu, & figura Judicii, manu Regia, omni, & quacumque appellatione, reclamatione, & recurſu, remotis, & rejectis, cogi, & compelli debeant.

Executionem præſentis Cōgregationi ſuper Gravaminibus, &c. committit, ejuſque facultates explicat.

§.16. Ac ipſi Congregationi omnes Cauſas, lites, differentias, & controverſias inter Appaltatores, ſubconductores, Communitates, & Univerſitates ſuper prædictis, aut illorum occaſione, ac etiam prævia avocatione à quibuſcumque Judicibus intèr ipſos Appaltatores, & Subappaltatores occaſione appaltuum de prædictis initorum quorumcumque per viam concordiæ, (ſi fieri poterit) ſin minùs, ſummariè, ſimplicitèr, & de plano ſine ſtrepitu, & figura judicii, manu regia cognoſcendi, & fine debito terminandi, cæteraque univerſa, & ſingula in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & quomodolibet opportuna gerendi, faciendi, nominandi, & exequendi paritèr, remota omni, & quacumque appellatione, reclamatione, & recurſu, plenam, liberam, & omnimodam facultatem, & poteſtatem, Motu, ſcientia, & tenore ſimilibus concedimus, & impartimur.

Communitates, quod ſupererit, deductis fructibus locorum Mōtium, & expenſis, in ipſorum locorum extinctionem erogent.

§.17. Verùm, ut aliquando Subditi noſtri ab oneribus prædictis in totum liberentur, dùm magis expedita ratione illis proſpicere, ob eas, quibus premimur neceſſitates, Nobis, ut cuperemus, non eſt permiſſum, primum quidem omne, & totum id, quod ex dictis exactionibus cuilibet Communitati, ſeù Univerſitati reſpectivè, ut præfertur, per nos conceſſis (deductis, & ſolutis fructibus, & emolumentis Locorum Montium, & Salariis Officialium) ſupererit, in extinctionem Locorum Montium, quibus ſuper dictis appaltibus dos aſſignata fuit, converti mandamus.

Loca, & Officia ſuper dd. Appaltibus erecta ex nunc ſupprimit.

§.18. Ac præterea Loca Montium, & officia ſuper dictis appaltibus erecta, aut ſi inſimul cum aliis redditibus antiquis Montibus addita, empta, & incorporata exiſtant, quot illa ſunt, totidem ex hujuſmodi antiquorum Montium Locis primò vacatura quandocunque, & cum primùm per obitum, privationem, vel quamcunque amiſſionem, ſeu aliàs, quàm per reſignationem illa obtinentium, quomodolibet vacare contigerit, etiamſi eorum aliqua nunc actu vacent, ex nunc ſupprimimus, & extinguimus, eaque loca, & officia ſic vacantia, & extincta aliis concedi prohibemus, atque fructus dd. Locorum Montium, & officiorum extinctorum cum fructibus eorum, qui paritèr pro tempore redimentur, & cum dicta portione, quæ ſupererit ex 26. mil. ſcut. annuis in extinctionem eorum, quæ ſupererunt ſimilium ſuper præmiſſis erectorum Locorum, & Officiorum, nondùm vacantium paritèr converti, & erogari jubemus donec (Deo juvante) tot Loca Montium, & Officia, quorum annuus redditus ad ſummam ſcut. 26. mil. aſcendat, redempta omninò, & extincta fuerint.

ONERA CAMERALIA.

Archivii Taxæ, & Suppreſſio

Ac extinctione dd. locorum Montium ſecut. extincta remaneant vectigalia Extractionis Guadi &c. ac ſigilli ponderum.

§.19. Qua quidem extinctione peracta, vectigalia extractionis Guadi, Rubæ, & Ovorum, & exactionis occaſione Sigilli ponderum, & annua præſtatio 26. mil. ſcut. hujuſmodi penitus ſublata, ac Populi, & ſingulares perſonæ Ditionis Eccleſiaſticæ ab eis, necnon quibuſvis obligationibus illarum occaſione initis, prorſus liberati, & immunes redditi ſunt, & eſſe cenſeantur, perinde, ac ſi vectigalia, & Appaltus hujuſmodi nunquam impoſita aut inita fuiſſent.

Archiviorum verò, & damnorum datorum emolumenta Communitatibus applicata remaneant.

§.20. Archiviorum etiam, & damnorum datorum emolumenta ſupradicta eiſdem Communitatibus, & Univerſitatibus, ad effectum ex illis ſolvendi Onera Cameralia eis injuncta, ac ſe ab ære alieno, quo nunc gravatæ ſunt, eximendi, in futurum, titulo verè oneroſo, perpetuò concedimus, aſſignamus, & appropriamus.

Facultatem ſe liberandi unicuiq; Cōmunitati attribuit.

§.21. Quod ſi earum aliqua, alia breviori, & utiliori via per Montium prædict. redemptionem, & illorum extinctionem pro ratis ſuis, quas ob hanc ipſam Cauſam unicuique ſeparatim aſſignari volumus, à ſolutionibus prædictis ſe liberare voluerint, id earum unicuique ſeorſum, & ſeparatim ab aliis faciendi licentiam, & facultatem tribuimus.

Redemptiones Montium fieri mandat modo præſcripto in Monte Provinciarum.

Erectionem hujus Montis hab. ſup. Cōſtit. 101. pag. 178.

§.22. Cæterum redemptiones hujuſmodi Montium, eodem pretio, quo loca prædicta à Cam. Apoſt. in primæva erectione vendita fuerunt, per extinctionem cujuſque Montis Locor., quæ redimenda erunt de ſemeſtri in ſemeſtre, & in fine cujuſlibet ſemeſtris, eodem ordine ſervato, qui in redemptione Montis Provinciarum per rec. mem. Greg. XIII. etiam Prædeceſs. Noſtrum erecti præſcriptus, & uſu receptus fuit coram dilect. Fil. Theſaurario, ac Diacono Clericorum Cam. Apoſtol. fieri jubemus.

Indemnitati Communitat. providet in hujuſm. Extinctione.

§.23. Nè autem in extinctionibus Locor. hujuſmodi ipſis Communitatibus fraus aliqua, vel præjudicium fiat, omnibus quarumcumque Communitatum, & Univerſitatum Procuratoribus, ſeu negotiorum geſtoribus, & Agentibus, qui in Urbe pro tempore erunt, duos, aut tres ex eis, Syndicos Communitatum appellandos, de communi, aut majoris partis ipſorum Conſenſu deputandi, qui ſexto quoque menſe Computa, & rationes fructuum & vacationum quorumcumque Locor. Montium, & Officiorum prædictorum cum illorum Depoſitariis, revidere, & ſolidare, ac ex pecuniis ad id aſſignatis aliorum hujuſmodi locorum redemptiones, & extinctiones, debitis temporibus fieri, cum effectu procurent, facultatem impartimur.

Communitates emolumenta præfata exigant, quacumque inhibitione nō obſtan.

§.24. Ac nè Communitates, durantibus ſolutionibus prædictis, ullatenus in emolumentorum prædictorum exactione impediantur, ſuper illis omnibus ad inſtantiam quorumcumque, & ſub quocumque prætextu decretas, ſeu decernendas, & emanandas inhibitiones, etiam ipſius S.R.E. Camerarii, vel Curiæ Cauſar. Cam. Apoſt. Generalis Auditoris, aut Gubernatoris, & Præſidentium Pro-

ONERA CAMERALIA.

Archivii Taxa.

Appaltum privativè Cinciorum, Carniciorum, & Gallæ ſupprimit.

vinciarum, & Locorum quorumcumque, niſi iu plena Cam. Cauſa cognita, decretæ, vel relaxatæ fuerint, minimè attendi, aut afficere debere decernimus, & declaramus.

§.25. Præterea, cum dilectus Filius Bartholomæus Bonamicus, & nonnulli alii facultatem privativè ad omnes alios emendi in toto Statu Eccleſiaſtico Cincios, Carnicios, (ut appellant) & Gallam, & alia tunc expreſſa ad novennium pro annua ſolutione ſcut. 1500. in Appaltum conduxerint; Nos attendentes hujuſmodi Conceſſionem Subditis pauperibus, qui ex hujuſmodi vilibus mercimoniis victitant, valdè eſſe damnoſam, Conceſſionis, ſeu Appaltus hujuſmodi, ac literarum, ſeu inſtrumentorum deſuper confectorum cum obligationibus, & applicationibus, ſeu aſſignationibus, aut aliis quibuſcumque diſpoſitionibus, de illis, in quorumcumque, etiam piorum locorum favorem, factis, ac indè ſecutis, præſentibus pro expreſſis habentes, illa, ac ipſum Appaltum perpetuò tollimus, & extinguimus; Ac tam à prædicta Cam., quam à quibuſcumq; Officialibus, ſeù Communitatibus ex quacumque Cauſa tale quicquam ſuper præmiſſis attentari, aut fieri prohibemus; Sed volumus, ut antè Appaltum prædictum, ſic impoſterùm eſſe liberum unicuique perſonæ præmiſſa, & alia omnia ſimilia emere, vendere, & quocumque, licito tamen modo, ſuper eis contrahere, ſalvis tamen juribus Cam. Apoſtolicæ, & earum Communitatum, ſeu Univerſitatum, quæ in aliquibus locis antè prædictum Appaltum ex hoc ipſo emolumenti aliquid percipere conſueverant.

Salvis juribus Cam., & Cōmunitatum, quæ aliquibus locis ante dict. Appaltum aliquid percipere conſueverant.

§.26. Sed, & eiſdem Subditis noſtris, quorum noſtram, dum in minoribus conſtituti, Cardinalatus honore fungebamur, & Prædec. Noſtror. opem ſuppliciter implorantium, graves querimoniæ, ſæpius ſunt ad aures noſtras delatæ, in hac quoque parte ſatisfacere volentes, eiſdem Motu, ſcientia, & tenore irritamus, reſcindimus, & annullamus, quaſcumque Officiorum, Notariatuum, Executionum Civilium, & illarum regiſtrationum in quavis Provincia, Civitate, Terra, & Loco Status Eccleſiaſtici erectorum, & inſtitutorum venditiones, alienationes, & quaſcumque, etiam oneroſo titulo, conceſſiones, de eis per Prædeceſſ. Noſtros, ſive de eorum mandato factas, cum omnibus indè ſecutis, quarum omnium tenores, nominaque, & cognomina eorum, quibus venditæ, ſeu conceſſa extiterunt, præſentibus haberi volumus, pro expreſſis, illaſque nullius roboris, vel momenti eſſe, ac nemini de cætero ſuffragari declaramus; Officia verò ipſa ex nuuc vacare, harum ſerie decernentes, illa perpetuò ſupprimimus, & extinguimus, formamque, & curam executionum prædictarum, quæque illas concernunt, omnia, & ſingula in priſtinum, & eum Statum, in quo, antequam per eundem Sixtum, & forſan alios Prædeceſſ. Noſtros, aut alios de eorum mandato, Officia hujuſmodi erecta, ſeu vendita fuerint, quomodolibet reperiebantur, reſtituimus, & reponimus; Emptoribus tamen Officiorum prædictorum per Communitates, ſeu Univerſitates Civitatum, & locorum hujuſmodi ea ratione, quæ per dictam Congregationem fuerit præſcripta, pretium reſtitui mandamus, ſuper qua reſtitutione, ſi quis ſe læſum ſenſerit, eidem Congregationi, aut ſi partes ejus arbitrio acquieſcere noluerint, Cam. Apoſtol., prout juris fuerit, cauſa cognoſcendi, & terminandi facultatem tribuimus, juribus, & actionibus, quæ forſan poſteriores dictorum Officiorum emptores contra venditores, à quibus illa emerunt pro reſiduo pretii, quod ſolverunt, recuperando ſibi competere prætendunt, eorum cuilibet integrè reſervatis.

Officia Notariatuum Regiſtrationum, & alia ſupprimit, eorumq; venditiones annullat.

Ac illorum emptoribus quoad pretii reſtitutionem providet.

§.27. Impoſterum verò omnes Taxas mercedum pro quibuſcumque executionibus cuilibet ſolvendarum in quibuſcumque Provinciis, Civitatibus, & Locis Status prædicti ad dimidium illius, quod executoribus, antequam ſuper executionibus prædictis officia erecta, & vendita fuerint, ſolvi conſueverat, harum ſerie reducimus, moderamur.

Taxas mercedum Executionum ad dimidium redigit.

§.28. Diſtrictè inhibentes omnibus Legatis, Vice-Legatis, Gubernatoribus, Præſidentibus, Commiſſariis, Poteſtatibus, aut quibuslibet Juſdicentibus, ne ipſi, ſeu alii quicunque aliquas annuas, aut menſtruas reſponſiones, ſeu portiones, etiam ſub quocumque nomine donativi, & gratuiti muneris, etiam ſponte oblati ab executoribus prædict. poſthac deputandis accipere; Nevè dicti executores, ſupradictis, vel cujus alteri pro deputatione ad executiones prædictas, aliquid paciſci, promittere, aut dare, quocumque etiam uſu, vel potius abuſu, aut contraria Conſuetudiue non obſtante audeant, vel præſumant. Alioquin omnes, & ſinguli contrafacientes pœnas in Conſtitutionibus prædeceſſ. Noſtror. contra præmiſſa attentantes, impoſitas, quas per præſentes innovamus, & alias etiam graviores noſtro, & Succeſſor. Noſtror. arbitrio infligendas, eo ipſo incurrant.

Ac Gubernatorib. aliiſque Officialib. inhibet, ne quid etiam prætextu donativi hac in re ab Executoribus exigant.

Et pœnas in contravenientes ſtatuit, & renovat.

§.29. Poſtremò ſuper executionibus extra Urbem quorumvis mandatorum à Curiæ Cauſarum Cam. Apoſt. Auditore, nunc, & pro tempore exiſtente ex quacumque Cauſa relaxatorum, tam ab ipſo Auditore, quàm ejus Locumtenentib., Notariis, Executoribus, & aliis quibuſcumque, Taxam de Mandato San. Me. Pii PP. V. Prædeceſſ. Noſtri à Bon. Mem. Vitellotio Card. Vitellio nuncupato, dum in humanis ageret S.R.E. Camerario, cujus tenorem pro ſufficienter, & ad verbum inſerto habemus, edit., ubi minor Taxa non exigitur, ſervari præcipimus, illamque præſentium auctoritate innovamus, ac prohibemus, ne ſi conſtiterit ſemel à Reo executionis mercedem eſſe ſolutam, de cætero quicquam ab aliquo executore, etiàm illam iterum exequente, etiam à ſponte dantibus recipi poſſit, ſed unicam ſolutionem pro quotcumcumque executionibus unius mandati ſufficere declaramus.

Ac circà executiones mandatorum Curiæ R. Cam. extra Urbem facien. mandat ſervari taxã à Card. Vitellotio factã de mandato S. Pii V.

Hanc taxam referam in alio Volumin.

§.30. Decernentes licere eiſdem Communitatibus, & Univerſitatibus abſque ſpolii, & attentatorum vitio propria auctoritate, tam proventuum, & emolumentorum ſibi in arrendam, ut præfertur vigore, præſentium conceſſorum poſſeſſionem, ſeu quaſi liberè, & li-

Clauſulæ præſervativæ.

& licitè apprehendere, & quamdiù, ut ſuperiùs ordinatum eſt, retinere, quàm etiam prædictos Conductores, Subconductores, ac ultimò dictorum Officiorum executionum hujuſmodi emptores, ſeu modernos Poſſeſſores, aut detentores, inde expellere, & amovere, quos etiam ex nunc Nos auctoritate præſentium amovemus, amotoſque, & expulſos nunciamus; nec illos propterea ſpoliatos dici, aut cenſeri, neque ſpolio, aut unde vi agere poſſe, neque quaſcumque Conceſſiones, Venditiones, Locationes, Sublocationes, aut contractus, etiam titulo oneroſo cum eis initos, ad colorandum hujuſmodi ſpolium, prodeſſe, nec præſentes literas de ſubreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, intentionis noſtræ, vel quovis alio defectu, etiam ex eo, quod prædicti, aut alii, quorum intereſt, vocati, & auditi non fuerint, notari, impugnari, invalidari, aut ad terminos juris reduci, vel adverſus illas quodcumque juris, facti, aut gratiæ remedium impetrari; nec ſub ullis, adverſus ſimiles ordinationes, & ſtatuta, reſtitutionibus comprehendi, ſed perpetuò validas, & efficaces fore, ſuoſque plenarios effectus ſortiri debere.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

§.31. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis dignitate, & auctoritate fungentes in quavis Cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & deffiniri debere; Irritum quoque; & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Mandat obſervari.

§.32. Quocirca, tam eiſdem Legatis, Vice-Legatis, Præſidentibus, Gubernatoribus, & Poteſtatibus, quàm etiam Ven. Fratribus Noſtris Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & aliis quibuſcumque Judicibus per cunctas Provincias, Civitates, Terras, Caſtra, & Loca d. Status Eccleſiaſtici conſtitutis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eorum unuſquiſque (quantum in ſe eſt) eiſdem præſentibus in omnibus, & per omnia obtemperet, eaſque ad unguem obſervet, ac propterea curet illas, etiam ab aliis ſuæ juriſdictioni ſubditis, præſertim quoad reductionem Taxæ executionum hujuſmodi, aliaque omnia, & ſingula præmiſſa firmiter, & inviolatè obſervari. Contradictores, & inobedientes, per opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii Sæcularis.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.33. Non obſtan. præmiſſis, ac quatenus opus ſit, noſtra de non tollendo jure quæſito, & quibuſvis aliis Conſtit., & Ordinat. Apoſt. earumdem Provinciarum, Civitatum, Terrarum, & Locorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ac Officiorum hujuſmodi primævis fundationibus, & erectionibus, privilegiis quoque, Indultis, Literis Apoſt. eiſdem Conductoribus, ſubconductoribus, Officiorumque emptoribus, aut quibuſvis aliis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, ac vim contractus ultro, citroque obligatorii ex Cauſa, & titulo verè oneroſo initi inducentibus, irritantibuſque, & aliis Decretis, etiàm motu, ſcientia ſimilibus, & forſan Conſiſtorialiter, ac ex cauſis, etiàm Sedi, & Cameræ prædictæ, atque adeò ipſis Communitatibus, & Univerſitatibus verè, & omninò neceſſariis, & utilibus per dictos, & alios quoſcumque Præd. noſtros, Sedemque Apoſt. conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiàmſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per Clauſulas generales, idem importantes mentio, ſeù quævis alia expreſſio habenda, aùt aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi ad verbum inſererentur præſentibus, pro ſufficientèr expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.20. Nec aliquem proceſſum caſſare poſſint, etiam de mandató ſuperioris, ſine ſupplicatione, nec antequam in dicto libro ſit regiſtrata, & ſi ſecus fiet, irritum ſit inane, ac Cancellarius, ſive Notarius pro qualibet vice cadat in pœnam 50. ſcutor. præfatæ Cameræ applicandorum, à qua pœna ſe excuſare non valeat ſub præcepto alicujus ſuperioris, præterquam Rom. Pontificis: necnon in eodem libro teneantur ſcribere omnia inventaria ſimul, ac fient ſub eadem pœna, quæ inventaria pro cauſis criminalibus, aut mixtis, nec ſcribi, nec fieri, etiam de mandato ſuperioris, poſſint ab alio, quàm à prædicto Notario, & Cancellario, ſive ejus ſubſtituto.

§.21. Quodque omnes præfati libri ſint titulati ſecundùm ipſorum continentiam, & carticulati, ac bullati per ordinem paginarum cum ſigno Communitatis illius loci, in quo libro infra octo dies à die rogitus, ſeu præſentationis, aut productionis computandos, deſcribantur, & regiſtrentur, & in publicam formam redigantur, & ſubſcribantur ſub pœna arbitrii Syndicatorum.

Syndicatui ſtare tenentur una cum Gubernatoribus tempore eorū mutationis.

Scripturas per inventarium tenentur finito officio reconſignare ſucceſſoribus: Ut in d. conſt. 107. Pii IV.

§.22. Item teneantur, & ſint obligati, quotieſcumque mutabitur Gubernator, vel Poteſtas, ſive alius quivis Judex, aut Superior, qui in hujuſmodi Officio inſerviverint, ſtare ſyndicatui, unà cum eodem Superiore ſub eiſdemmet Syndicatoribus, ac ſive ceſſerint, ſive renunciaverint hujuſmodi Officium, conſignare omnes ſcripturas, & libros per inventarium ſubſcriptum à cedente, & emente, ac Cancellario Communitatis illius loci abſque reſervatione alicujus ſcripturæ, quod inventarium ad evitandas fraudes ſervetur penès dictum

Commu-

Onera Cameralia.

Cancellariarum Taxa.

Communitatis Cancellarium; Idemque fiat, ſi officium vacaverit per privationem, & ſi vacaverit per mortem, hæredes teneantur facere hujuſmodi conſignationem.

Officia exercere valét per ſubſtitutos, ut hic, ſed tu vide declarationem Pii IV. citat. in rubr.

§.23. Poſſintque prædicti Cancellarii, & Notarii hujuſmodi Officia exercere per ſubſtitutos ejuſdem ſufficientiæ ab ipſis eligendos, dummodo non ſint ejuſdem provinciæ, ſi Officia fuerint generalia, ſed ſi fuerint particularium Civitatum, & locorum ſubſtituti, ſint earum qualitatum, quæ per præſentia capitula requiruntur in Cancellariis, & Notariis principalibus, qui ſubſtituti admitti non poſſint, niſi prius in Cam. ipſa idoneas cautiones præſtiterint de fideliter exercendo dicta Officia, & de ſtando ſyndicatui, ſicut ſuperiùs eſt ordinatum de Notariis principalibus ſub pœnis prædictis, cum hac declaratione, quod caſu, quo hujuſmodi ſubſtituti, & eorum cautiones non fuerint idoneæ, aut non ſolverint pœnas contentas in præſentibus capitulis, pro eis Notarius principalis teneatur ad omne damnum, & intereſſe, ſive reſtitutionem per dictos ſubſtitutos fiendam, & ſub pœna amiſſionis Officii in caſibus prædictis, præterquam ſi ſubſtituti hujuſmodi ſolverent ipſi ſummam æquivalentem Officio, & quæ de Notariis ad criminalia dicta ſunt, & ordinata, ſervare teneantur reſpectivè, etiam Notarii ad civilia, quorum Officia juxtà ſupradicta vendi, & alienari poſſunt.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.24. Non obſtantibus quibuſvis Conſtit., & Ordinat. Apoſt., ac Civitatum, & Terrar., ac Provinciarum hujuſmodi Statutis, & Conſuetudinibus, necnon quibus facultatibus, & Indultis, quibuſvis Legatis, Vice-Legatis, Gubernatoribus, Poteſtatibus, & aliis perſonis per quoſcumque Rom. Pontifices, & Cam. ipſam, ac etiam Nos, necnon quibuſvis donationibus, conceſſionibus, & aliis diſpenſationibus quibuſvis perſonis de hujuſmodi Officiis quomodolibet factis, dummodo non ex cauſa oneroſa, quæ tamen infraſcriptis legibus, ac ordinationibus ſubjacere intelligantur, Privilegiis quoque, Indultis, & Liter. Apoſtol. eiſdem Provinciis, Civitatibus, & Terris per Prædeceſs. prædictos, ac etiam Nos, & eamdem Cameram, etiam Motu proprio, etiam conſiſtorialiter, ac aliàs quomodolibet concellis, approbatis, & innovatis, quas, & quæ illorum omnium vim, effectum, datas, & tenorem pro expreſſis habentes ad effectum præmiſſorum revocamus, irritamus, & annullamus, illiſque ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Sanctio pœnalis.

§.25. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat.

Datum Romæ apud S. Marcum An. Domin. 1556., Kal. Sept., Pont. An. II.

CXXXII. CONSTITUTIO
URBANI PP. VIII.
CHIROGRAFO

Sopra l'Appalto delle Cancellarie, e Segretarie delle Communità dello Stato Eccleſiaſtico.

Ed. an. Dom. 1618. die 8. Septembr.

Reverendiſs. Cardinal Camerlengo, Vice-Camerlengo, Teſoriere, Decano, e Chierici della noſtra Camera.

Cauſa del preſente Chirografo.

Terminando alla fine del meſe di Decembre dell'anno 1640. l'Appalto delle Cancellarie, e Segretarie dello Stato Eccleſiaſtico, conceſſo già al qu. Fulvio Paſſarino, & havendo Noi riſoluto di venire al nuovo Appalto per altri nove anni ſuſſeguenti, ſi è offerto Diomede Periberto di pigliar il ſudetto Appalto, e pagar ogn'anno alla noſtra Camera l'isteſſo Cenſo di ſcudi 17356. 40. mon., che fù già conceſſo al detto Paſſarino, e contentandoci Noi della perſona del detto Diomede, habbiamo riſoluto concederglielo, nel modo però, che di ſotto ſi dirà.

Il Papa ordina, che ſi dii l'Appalto delle Cancellarie à Diomede &c. per an. affitto di ſcudi 17356. 40.

§.1. Per tanto di noſtra certa ſcienza, e pienezza della noſtra podeſtà ordiniamo a voi, che ſenza affigere altri Editti, fare altre diligenze in ciò ſolite, e requiſite, in nome noſtro, e della noſtra Camera diate, e concediate, ſi come anco Noi diamo, e concediamo al detto Diomede per ſe, e Compagni che li piacerà di nominare, e loro eredi, e ſucceſſori il detto Appalto delle Cancellarie, e Segretarie dello Stato Eccleſiaſtico compreſe, e ſpecificate nelli Capitoli, che di ſotto ſi diranno per anni 9., da cominciare al 1. di Gennaro dell'anno 1641., e da finire, come ſegue per il ſudetto annuo affitto, e riſpoſta di ſcudi 17356. 40. di moneta, e nel reſto con li patti, e Capitoli dell'Appalto corrente reviſti, & accommodati d'ordine noſtro da Monſignor Ceſi noſtro Teſoriero generale, dal quale vi ſaranno preſentati, quali avendo il tenor d'eſſi eſpreſſo, e ſpecificato in queſto, approviamo, e confermiamo, & ordiniamo a voi, che gli ne ſtipolate l'Iſtrumento neceſſario, obligando per l'oſſervanza d'eſſo la detta noſtra Camera nella ſua più ampia, e ſtretta forma, che tal'è mente, e volontà noſtra eſpreſſa.

Con li patti, e Capitoli concordati.

E che ſe ne ſtipuli l'iſtrumento.

Clauſole preſervative.

§.2. Volendo Noi, e decretando che tal' Appalto vaglia, & habbia effetto, eſecuzione, e vigore, ancorche non ſiano ſtati affiſſi gl'Editti, e fatte le diligenze neceſſarie, e ſervate le ſolennità, che in ſimili Appalti ſi ricercano, & ancorche non ſia fatto ad eſtinzione di candela, & al più offerente, & ancorche la preſente non s'ammetta, e regiſtri in Camera, e nelli ſuoi libri.

Clauſole derogatorie.

§.3. Non oſtanti le coſe ſudette, la Coſtituzione, ò Bolla di Pio IV. noſtro Predeceſſ. *De regiſtrandis*, e l'altra del medeſimo *Super reformatione Cameræ*, e qualſivoglia altre Coſtituzioni, & ordinazioni Apoſt. noſtre, e de' noſtri Prædec. e qualſivoglia uſi, ſtili, e conſuetudini, & altre coſe, che faceſſero in contrario, alle quali tutte, e ſingole, avendo il tenor d'eſſe per eſpreſſo in queſto à ſofficienza,

per

Digitized by Google

Dat. per queſta volta ſolamente deroghiamo.

Dat. nel noſtro Palazzo di Monte Cavallo li 8. di Settembre 1638.

Urbanus Papa VIII.

Sequuntur Capitula Appaltus.

1. La Rev. Cam. Apoſtolica loca, & affitta al Sig. Diomede Periberti di Matelica tutte le Cancellarie, & Segretarie ſue, e dello Stato Ecleſiaſtico nominate, e deſcritte in fine de'preſenti Capitoli da poſſederſi, e goderſi per il Conduttore per anni nove proſſimi, da cominciare al 1. di Gennaro 1641., & da finire, come ſegue per tutto l'anno 1649.

2. In queſt'Appalto, & affitto entri parimente la riſcoſſione delle Taſſe di tutte l'altre Cancellarie, e Segretarie, che di preſente non ſono della Rev. Camera, mà de particolari, delle quali ſe ne farà parimente nota in fine delli preſenti Capitoli con la Taſſa annua, che deve pagare di quattro meſi in quattro meſi la rata anticipatamente, conforme la Bolla dell'impoſizione, & al pagamento di dette Taſſe ſiano, & s'intendino obligati realmente, e perſonalmente in ſolido li Padroni iſteſſi delle Cancellarie, gl'Affittuarj, e Miniſtri, che l'averanno in affitto, & amminiſtrazione, e le Cancellarie iſteſſe.

3. In detto Appalto, & affitto entrino parimente le Cancellarie, e Segretarie ſudette, che oggi non ſono della Rev. Camera, mà de'particolari, & pagano la Taſſa, come al proſſimo precedente Capitolo, quali ſe vacaranno per la Rev. Cam. dal principio di queſt'Appalto ſino tutto l'anno 1649. s'intendino d'unirſi, & incorporarſi al preſente affitto, e locazione per il tempo avvenire dal giorno della vacanza ſino alla fine, ſenza però accreſcerli al preſente Appaltatore maggior cenſo, e pagamento d'affitto, mà ſtia fermo nella ſomma infraſcritta di ſcudi 17356. ba. 40., ſenza aver conſiderazione, ſe ne ſaranno vacate poche, ò molte, ò neſſuna, e ſubito che venga il caſo della vacanza, ſiano, & s'intendino eſſere della medeſima natura dell'altre nominate nel primo Capitolo, & nella prima Claſſe in fine, dovendo l'Appaltatore preſente cominciare dal primo giorno della vacanza a godere il frutto ſenza contradizzione alcuna, reſtando però a ſuo carico il pagarne la Taſſa dovuta a ſe medeſimo, come ſi vede nella ſeconda Claſſe in fine: Dichiarando nondimeno, che di quelle vacanze, che ſeguiranno, come ſopra, l'Appaltatore debba del frutto della Cancellaria vacata averne primieramente la Taſſa, come è detto, e poi la metà del reſtante del frutto, ma l'altra metà debba eſſere della R. Camera, alla quale l'Appaltatore, che pure doverà eſſere Miniſtro principale, & affittare dette Cancellarie vacate, ò farle miniſtrare, come farà più eſpediente, doverà dar buon conto, e pagare con effetto a chi ordinerà Monſig. Teſoriero Generale ogni fine d'anno la porzione d'eſſa Camera, cioè la metà, come ſopra, e le Cancellarie, che vacaſſero dal giorno della ſtipulazione del preſente contratto ſino, e per tutto l'anno 1640., che dura l'Appalto del Paſſarini, ſiano della Camera, quale ſarà però obligata darle in affitto al medemo Sig. Diomede per il prezzo, e parti, che all'hora ſi concederanno trà lui, e Monſig. Teſoriero generale. E quanto a quelle Cancellarie, che nell'Appalto corrente del Paſſarino ſino al preſente giorno foſſero vacate, ſi conviene, e dichiara, che ſiano dell'Appaltatore, al quale però dalla Camera ſi relaſſano, e concedono in ſtatu, & terminis, che l'hà, gode, e puol avere, e godere l'iſteſſa Camera.

Onara Cameralia.

Cancellariarum Taxa.

4. Sia obligato il preſente Appaltatore, ſiccome promette, & ſi obliga di pagare ogn'anno per cauſa della preſente locazione, & Appalto ſcudi 17356. ba. 40. di moneta, in fine d'ogni bimeſtre la rata à chi, e come ſi dichiarará nella Tavola da conſegnarſeli, & oltre le dette ſomme non ſia obligato l'Appaltatore ad alcun'altra gravezza, carico, ò pagamento.

5. Promette, & s'obliga la Rev. Camera di mantenere l'Appaltatore in quieto, e pacifico poſſeſſo di tutte dette, & infraſcritte Cancellarie, e Segretarie per tutto il tempo ſudetto, e de'loro frutti, & emolumenti conforme le Taſſe, che ſono in ciaſcun luogo reſpettivamente, e dove non ſono le Taſſe, conforme le Taſſe, che ſi doveranno ſtabilire, & in tanto conforme al ſolito, con patto, che ſe le Taſſe, che oggi ſono in eſſere ſi augumentaranno, debba l'augumento cedere a beneficio della Camera, & anco ſe le Taſſe, che ſi ſtabiliranno ſaranno di maggior emolumento del ſolito, debba parimente eſſere l'utile della medema Camera, & all'incontro ſe ſi minuiranno le Taſſe, che oggi ſono, e quelle, che ſi faranno, ſi ſtabiliranno in minore emolumento del ſolito, ſia à danno della Camera, quale ſia tenuta farli buoni all'Appaltatore, ſe però in qualche maniera, ò modo, ò in altro detto Appaltatore non ſarà ricompenſato, nè li Signori Legati, V. Legati, ò Governatori poſſino moderarle, ò minorarle, anzi ſiano obligati proteggere, e favorire il preſente Appaltatore, e ſuoi Sullocatori, e miniſtri, e mantenerli nella riſcoſſione, e percezzione quieta, & pacifica di tutti l'emolumenti, e mercedi ſudette.

6. Promette, & s'obliga parimente la Rev. Camera di mantenere vere, & eſigibili le Taſſe aſsegnate ſopra le Cancellarie ſudette della ſeconda Claſſe, per la riſcoſſione de'quali poſſa l'Appaltatore procedere eſecutivamente more Camerali contro li ſopranominati nel Capitolo ſecondo.

7. E perche per la redenzione, & acquiſto delle Cancellarie criminali di S. Arcangelo, Lonzano, e Savignano, e della Segretaria d'Ancona, e della metà della Cancellaria di Todi viene diminuita la ſomma delle Taſſe d'eſſe Cancellarie, e Segretarie, & in tutto ogn'anno ſcudi 100., e dieci, e baj. 77. moneta, meno dell'Appalto fatto con lo Spada, cioè per la Cancellaria criminale di Lonzano ſcu. 12., e baj. 38. moneta, per la Cancellaria criminale di S. Arcangelo ſcu. 15. baj. 40. moneta, per la Can-

Digitized by Google

Onara Cameralia.

Cancellariarum Taxa.

la Cancellaria criminale di Savignano ſcu. 12. baj. 57. moneta, per la Segretaria d'Ancona ſcu. 3. baj. 90. moneta, per la metà della Cancellaria di Todi ſcu. 67. baj. 53 $\frac{1}{2}$ moneta, & anco per l'aquiſto della Cancellaria di Fabriano nella Marca, e della Cancellaria di Gualdo d'Umbria, e Cancellaria di Viſſe, e d'Arquato parimente viene diminuita la ſomma delle Taſſe d'eſſe Cancellarie in tutto ogn' anno ſcu. 46. baj. 39. moneta, meno dell' Appalto fatto con il Sig. Coſtaguta, cioè per le Cancellarie di Fabriano ſcu. 34. baj. 74., di Gualdo ſcu. 5., di Viſſe ſcu. 4. baj. 38., d'Arquato ſc. 2. baj. 27., che in tutto fanno la ſomma di ſc. 46. baj. 36., però la Camera promette far buono al detto Appaltatore ogn'anno la ſopradetta ſomma di ſcu. 46. baj. 39., e d'adeſſo ſi dà facoltà di ritenerſela dal ſopravanzo del cenſo, e pagamento, pagati l'aſſegnamenti, che conforme la Tavola da conſegnarſeli ſi doveranno a Depoſitarj de Monti ogni bimeſtre la rata, e darne debito ad eſſa Camera ſenza altro ordine.

8. Sia lecito all'Appaltatore, e Conduttore preſente ſollocare le ſudette, & infraſcritte Segretarie, e Cancellarie, e ciaſcuna di eſſe, come più a lui parerà, reſtando eſſo però ſempre obligato alli pagamenti annui, e bimeſtrali come di ſopra, per il qual Succonduttore, ò Miniſtri, che deputaſſe all'eſercizio di detti officj, non ſia mai tenuto a criminalità alcuna per eccesſo, delitto, e tranſgreſſo alcuno, che faceſſero detti Sullocatori, e Miniſtri, i quali Sullocatori non habbino ad eſſere ammeſſi all'eſſercizio di dette Cancellarie, ſe prima non averanno le Patenti di Monſig. Teſorier Generale *pro tempore*, nelle quali ſi doverà eſprimere, che li vien fatta la Patente per nominazione fatta di loro dal preſente Appaltatore Generale, ne poſſino quelli, che averanno preſo in Affitto dette Cancellarie, e Segretarie dall'Appaltatore ſullocarle ad altri.

9. Succedendo Guerra, ò Peſte, che Dio guardi, ò altro impedimento, per il quale l'Appaltatore veniſſe dannificato in queſte Cancellarie, e Segretarie in qualcheduna di eſſe, la Camera ſia obligata riſtaurarlo di detto danno, ne poſſi eſſere aſtretto al pagamento bimeſtrale per qualſivoglia parte, che importaſſe detto danno.

10. Si concede, permette, e promette da ora al preſente Appaltatore per ſe, ſuoi Miniſtri, e Succeſs. il potere, e dovere godere in tutte le Provincie reſpettivamente tutti quelli Privilegj, eſſenzioni, franchizie, & immunità, etiam circa il portar l'Armi in ciaſcuna Provincia reſpettivamente, dandone però, quanto a Roma, Nota à Monſig. Governatore, e che li tuoi Succonduttori, e Miniſtri, che eſercitaranno le Cancellarie, e Segretarie, godino quelli Privilegj, & Eſenzioni, che hanno uſato di godere li loro Anteceſſori, e da ora ſi dà ordine alli Sig. Legati, Vice-Legati, Governatori, & altri Superiori, che faccino godere à detto preſente Appaltatore, & alli ſuoi, come ſopra, li ſudetti Privilegj, Eſenzioni, e Franchizie, con eſpreſſa condizione però, che quanto alla delazione dell'Armi, tanto eſſo Appaltatore principale, come li ſuoi &c. debbano oſſervare il tenore del Bando ſopra tal materia fatto publicare l'anno corrente 1638. dell'Eminentiſs. Card. Barberino.

11. Per oſſervanza promette detto Appaltatore dar ſicurtà, ò Cedola bancaria di perſona idonea a ſodisfazione, e contentamento di detto Monſignor Illuſtriſs. Teſoriere in ogni caſo di neceſſità, ò che non giuſtifichi eſſo Appaltatore eſſere idoneo, e ſicuro per detto Appalto.

12. Sia lecito all'Appaltatore di riſcuotere eſecutivamente, & more Camerali dalli ſuoi Succonduttori, e Miniſtri, e loro ſicurtà gl'Affitti convenuti, & altri ſuoi crediti per occaſione di queſto negozio, e debbano li Barigelli delle Provincie, e tutti gl'altri Eſecutori, che ſaranno ricercati eſeguire li mandati, perciò relaſſati dal preſente Appaltatore, prontamente, ſiccome eſeguiſcono quelli delli Teſorieri delle Provincie.

PRIMA CLASSE.

Nota delle Segretarie, e Cancellarie, che cadono nella preſente Locazione, & Affitto, de quali ſi parla, come di ſopra, nel primo Capitolo, e gl'Affitti d'eſſo ſpettano all'Appaltatore.

Romagna.

Segretaria Provinciale del Legato, ò altro Superiore della Provincia.
Cancellaria criminale della Corte generale.
Cancellaria civile della Corte generale.
Cancellaria criminale del Governatore di Ravenna.
Cancellaria criminale del Governatore di Rimini.
Cancellaria criminale del Governatore di Ceſena.
Cancellaria criminale. del Governatore di Forlì.
Cancellaria criminale del Governatore di Faenza.
Cancellaria criminale del Governatore d'Imola.
Cancellaria criminale di Cervia.
Cancellaria criminale, e civile di Solarolo.
Cancellaria criminale, e civile di Montefiore.
Cancellaria criminale di S. Arcangelo, Savignano, e Lonzano.

Marca.

Segretaria Generale del Governo della Marca, del Governatore di Jeſi, e del Governatore di Mont' alto.
Cancellaria criminale d'Ancona.
Cancellaria criminale d'Aſcoli.
Cancellaria criminale di Camerino.
Cancellaria criminale di Fermo.
Cancellaria criminale di Jeſi.
Cancellaria criminale di Matelica.
Cancellaria criminale d'Oſimo.
Cancellaria criminale di Ripatranſona.
Cancellaria criminale di Recanati.
Cancellaria criminale di S. Severino.
Cancellaria criminale di Fano.
Cancellaria criminale, e civile di Montecchio,

Segre-

Digitized by Google

Onera Cameralia.

Cancellariarum Taxa.

Segretaria d'Ancona.
Cancellaria di Monte Novo.
Cancellaria di Fabriano.
Cancellaria di Montelbaro.

Vmbria.

Cancellaria criminale di Calvi.
Cancellaria criminale di Citerna.
Cancellaria criminale di Monte Falco.
Cancellaria criminale di Terni.
La Cancellaria criminale di Todi per la metà ſolamente ſpettante alla Camera.
La Segretaria di Todi per la metà ſpettante parimente alla Camera.
Cancellaria criminale di Spoleti.
Cancellaria criminale di Caſcia.
Cancellaria criminale di Norcia,
Cancellaria criminale di Gualdo,
Cancellaria civile di Gualdo.
Cancellaria di Labro.
Cancellaria criminale d'Arquato.
Cancellaria di Viſſe.
Cancellaria civile di Viſſe.

Patrimonio.

Cancellaria criminale di Viterbo.
Cancellaria criminale d'Acquapendente.

Avvertendo, & annotando, che ſe bene di ſopra, e di contro ſi è eſpreſſo Cancellaria criminale, & alcune volte Cancellaria criminale, e civile s'intende con effetto, che l'Appaltatore goda la criminale ſolamente in quei luoghi dove la Camera è Padrona della criminale ſolamente, e goda la criminale, e la civile in quei luoghi dove la Camera è Padrona dell'una, e dell'altra, ſebbene ſi foſſe eſpreſſo ſolamente criminale.

Et avvertendo, che in queſta Claſſe doveranno entrare le Cancellarie, e Segretarie, che vacaſſero, e vacaranno a beneficio della Rev. Cam. in avvenire, come ſi è detto nelli Capitoli, nel modo detto di ſopra.

Et annotando, che ſe forſi la Rev.Cam. ſi trovaſſe eſſere padrona d'alcun'altra Cancellaria, non eſpreſſa nella preſente nota, s'intenda non di meno compreſa nella preſente Locazione, come ſe foſſe eſpreſſa.

Eccettuata però la Cancellaria del governo di Perugia, che ſi è unita alla Teſoreria, e non entra nella preſente locazione, e ſimilmente la Segretaria Generale del Legato del Governatore di Perugia, e la Cancellaria del Monte S. Giovanni in Campagna.

E diehiarandoſi, che nel preſente Appalto non s'intendano in modo alcuno compreſe le Cancellarie, e Segretarie dello Stato d'Urbino, etiam, che vacaſſero durante il novennio dell'Appalto di eſſo Sig. Paſſarini.

SECONDA CLASSE.

Nota delle Cancellarie, e Segretarie, che non ſono della Rev.Cam., ma particolari, e devono pagare la loro Taſſa annuà, come à piedi ſarà notato, delle quali ſi fa menzione nel Capitolo ſecondo.

Romagna.

Cancellaria civile di Briſighella.	ſcu.	6. 10
Cancellaria crim. di Briſighella.	ſcu.	16. 17
Cancellaria di Pragnano.	ſcu.	9. 16
	ſcu.	31. 43
Cancellaria di Civitella.	ſcu.	9. 16
Cancellaria di Pian di Mileto.	ſcu.	9. 16
Cancellaria di Pondo.	ſcu.	9. 16
Cancellaria di Verrucchio.	ſcu.	9. 16
Cancellaria di Mondaino.	ſcu.	15
	ſcu.	68. 58

Marca.

Segretaria d'Aſcoli.	ſcu.	4. 63
Segretaria di Camerino.	ſcu.	3. 9
Cancellaria d'Amandola.	ſcu.	7. 83
Cancellaria di Fabriano.	ſcu.	34. 74
Cancellaria di Monteſilattrano.	ſcu.	10. 77
Cancellaria d'Appignano.	ſcu.	2. 45
Cancellaria di S.Pietro d'Angeli.	ſcu.	3. 67
Cancellaria di Staſſoli.	ſcu.	5. 11
Cancellaria d'Offida.	ſcu.	7. 83
Cancellaria di Monte Santo.	ſcu.	5. 25
Cancellaria di Monte Fortino.	ſcu.	5. 23
Cancellaria di Monte Monaco.	ſcu.	3. 15
Cancellaria di Monte Alboddo.	ſcu.	1. 92
Canc. di Monte S.Mar. in Giorg.	ſcu.	1. 92
Cancellaria di Montelparo.	ſcu.	78
Cancellaria di Sarnano.	ſcu.	2. 30
Cancellaria dell'Apiro.	ſcu.	98
Cancellar. di Monte dell'Olmo.	ſcu.	78
Cancellaria di S. Giuſto.	ſcu.	1. 15
Cancellaria di Caſtignano.	ſcu.	78
Cancellaria di Force.	ſcu.	46
Monte Lupone. Morro di Valle. Monte di Novo. Monte S. Martino. Monte Rubbiano. Caſtel Fidardo, e Cotignano.	ſcu.	7. 42
In tutto	ſcu.	112. 20

Vmbria.

Cancellaria di Perugia.	ſcu.	188. 8
Cancellaria criminale di Todi per la metà ſolamente, perche l'altra metà ſpetta alla Cam., e ſi deve, qual metà importa	ſc.	62. 53.÷
Segretaria di Todi per la metà, come ſopra	ſcu.	2. 88÷
Segretaria di Foligno.	ſcu.	3. 80
Cancellaria civile di Gualdo.	ſcu.	5.
Cancellaria di Spello.	ſcu.	1. 92
Cancellaria della Baſtia.	ſcu.	38
Cancellaria criminale de Ricci.	ſcu.	27. 3
Segretaria di Norcia, e Notariato di Prefettura.	ſcu.	43. 56
Cancellaria civile di Viſſe.	ſcu.	4. 38
Cancellaria criminale di Viſſe.	ſcu.	1. 92
Cancellaria d'Arquato.	ſcu.	1. 27
ſomma	ſc.	343. 76

Campagna Marittima.

Cancellaria civile, e criminale, e Segretaria, Corte Generale di Campagna, Marittima, & altre Cancellarie particolari criminali in detta Provincia ſono in Taſſa di paga-

Onera Cameralia.

Carnis Vectigal.

re al Monte delle Cancellarie non vacabili l'anno	ſcu. 283. 87
Romagna.	ſcu. 68. 58
Marca.	ſcu. 112. 20
Umbria.	ſcu. 343. 76
Campagna, e Marittima.	ſcu. 283. 87
In tutto	ſcu. 808. 41

P. D. Ceſius Theſ. Gen.

Gio: Ghini Comm. Gen.

Carnis Vectigal.

CXXXIII. CONSTITUT.

JULII PP. III.

Impoſitio ſubſidii, ſive Gabellæ unius quatreni, pro qualibet libra carnis, in Statu Eccleſiaſtico, per quinquennium ab emptoribus exigen.

Hic Pontif. Jul. III. primò indixit ſubſidium unius quatreni pro qualibet libra carnis, in alma Urbe tantùm minutatim venden., prout enunciatur in principio ſeq. Conſt., quod ſubſidium dein. ad totum Statum Eccleſ. extendit, ut in d. Conſt., & in præſenti narratur, ſed literæ hujus impoſitionis, & extenſionis nullibi reperiuntur impreſſæ; poſtmodum verò, hoc eſt anno 1553. idem ſubſidium pro toto Statu Eccleſiaſt. ad quinquennium confirmavit, ſive de novo impoſuit, ut in præſenti Conſt.

Cumque carnes Hædorum excepiſſet à ſubſidio, quod ſolvebatur in Urbe, ita & etiam eod. an. illas excepit à ſubſidio impoſito in toto Statu, ac inſuper expreſſè mandavit, omnes etiam exemptos teneri ad ſolutionem hujus gabellæ, ut in ſeq.

Sed anno 1555. eandem exactionem confirmavit Paul. IV., ut infr. Conſt. 135. ac an. 1556. ad novennium prorogavit, & ad loca Baronalia extendit, ut infr. Conſt. 136.

Anno 1560. Pius IV. confirmavit diverſas declarationes factas à Camera circa modum exigendi eandem gabellam, ut inf. Conſt. 137.

Deindeque, hoc eſt an. 1572. Gregor. XIII. vectigal quatreni 50. libr. carnis ſuinæ à S. Pio V. impoſit, reduxit ad ſcut. 30. mil., illudq., unà cum ſubſidio Triennali à Communitatibus exigi mandavit, unde augumentum ſubſidii Triennalis nuncupatur, ut inf. Conſt. 138.

Anno 1641. Urban. VIII. ſubrogavit Communitates Status Eccleſ. in exactione hujuſmodi gabellæ cum inſertione Capitulorum, ac ſeq. anno 1642. indixit Vectigal ſecundi quadrantis, concedendo paritèr illius exactionem Communitatibus, ſubindeque, hoc eſt an. 1644. tertium quadrantem indixit, (excepta Ferraria, & Bononia) ut infr. Conſtit. 139.

Quia verò in hujuſmodi exactione Communitates notabilitèr lædebantur, Innoc. X. an. 1653. ſtatuit, ut hujuſmodi Vectigal carnis ſuper omnibus, etiam Eccleſiaſt. &c. repartiretur, ut infr. Conſt. 140.

Anno 1686. V. S. D. Innoc. XI. ex dd. tribus quadrantibus extinxit unum ex duobus ultimis, ac unitum illum, qui ſolvebatur in Statu Urbini, ut inf. Conſt. 141., ac ſubinde, hoc eſt anno 1689. Alexand. VIII. extinxit duos alios quadrantes, ut infr. Conſt. 142.

At pro ſupplendis expenſis neceſſariis ad defenſionem Status S. Eccleſiæ Clem. XI. duorum quadrantium gabellam indixit, ut inf. Conſt. 143. quam S. M. Benedictus XIII. an. 1724. extinxit, ut inf. Conſt. 144.

JULIUS PP. III.

Ed. an. Dom. 1553. die 4. April. in bull. vet. la 11. pag. 531 10. 2. in antiq. an. 1579. la 33. p. 370. & mat. idiomat. in Coll. Chori.

Dil. fil. Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Commiſſariis, ſeù Locotenentibus omnium Provinciarum, Civitatum, ac locorum Nobis, & S. Apoſt. Sedi immediatè Subditorum ſalutem &c.

Hic Pont. per alias ejus lit., quas hìc non hab., impoſuit ad quinquennium Gabellã unius quatreni, pro qualibet libra carnis.

NUPER cupientes à certis gravibus extraordinariis impenſis, quas ſubire coacti ſumus pro Eccleſiaſt. Status noſtri, populorumque Nobis commiſſorum in his armorum tumultibus, & propinqui belli periculis tuitione, & cuſtodia, per eoſdem Subditos noſtros levari: per alias noſtras in forma Brevis lit. die xi. Martii datas, propoſuimus quendam modum ſubſidii, ſcilicet extenſionis unius quatreni pro qualibet libra carnis minutatim vendenda, ab omnibus, qui emerint, per quinquennium perſolvendi, & per deputatos à dilect. fil. Theſaurario noſtro generali exigendi: arbitrantes præfatum modum omnium, qui proponi poſſent, faciliorem, & populis ipſis noſtris leviorem fore.

§. 1. Quare etiam tunc omnibus vobis, & veſtrum cuilibet commiſimus, ut vocatis omnium Civitatum, & locorum Prioribus, ſeu Antianis, ſeu quocunque nomine appellentur locorum præfatorum Nobis Subditorum Civilibus Magiſtratibus, opinionem ipſorum perquireretis, & ſciſcitaremini, an præfatus Subſidii modus extenſionis unius quatreni pro qualibet libra carnis, minutatim vendenda Cameræ Apoſt. perſolvendi, omnium aliorum, ipſorum etiam judicio eſſet facilior, prout in præfatis noſtris lit. pleniùs continetur.

§. 2. Nunc verò cum intellexerimus, per complures Civitates, & plurima Provinciarum noſtrarum loca præfatum Subſidii modum probari, faciliorem que, & commodiorem majori parti præfatorum Subditorum noſtrorum videri, omneſque præfatos Subditos noſtros magnam ad Nos ab hujuſmodi onere ſublevandos, non obedientiam ſolùm, ſed etiam promptitudinem, atque alacritatem oſtendiſſe.

§. 3. Idcircò eorundem ſtudium gratiſſimum habentes, & ex plurium opinionibus Nos etiam præfatum Subſidii modum omnibus aliis præponentes, & ne, ſi qui fortaſsè ab hac opinione diſcreparent, aliqua, aut confuſio, aut inæqualitas oriri poſſit, ſed ut idem modus, ubique pro majori omnium commoditate, & æqualitate ſervetur.

Mutuum recepit à Subditis an. præcedenti, quod ne trahatur in ordinariam impoſitioné, extinguit.

§. 4. Nos (prius tamen declarantes mutuum ſuperiore anno propter illius temporis difficultates Nobis, & Sedi Apoſt. per eoſdem Subditos noſtros factum, ut per præfatas lit. noſtras, etiam promiſimus in futuri temporis conſequentium, aut in ordinariam deinceps impoſitionem nolle trahere: quinimo mutuum

tuum

Digitized by Google

tuum ipſum reſtitutis ſtatuto tempore pecuniis, in perpetuum extinguere intendentes, ac illud ex nunc, prout ex tunc extinguentes) præfatum Subſidium unius quatreni pro qualibet libra carnis minutatim vendenda, Cameræ Apoſtol. per quoſcunque emptores ſolvendi, prout de præſenti ſolvitur, & exigitur in hac alma Urbe noſtra, ad omnes præfati Eccleſ. noſtri Status Civitates, Oppida, Caſtra, Villas, & loca nobis, & Apoſtolicæ Sedi ſubjecta ad quinquennium præfatum extendimus, & indicimus, ac quatenus opus ſit, de novo imponimus. Volentes, ut per dilect. fil. Theſaurarium noſtrum generalem, aut per modeſtas, & circumſpectas perſonas, ab eo ad id deputandas, exigi poſſit, & debeat.

Subſidiumque quatreni carnis ad quinquen. durare decernit.

§.5. Atque ad ita exequendum, atque exigendum ab omnibus Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Rectoribus, Poteſtatibus, reliquiſque ejuſdem Status noſtri Officialibus, ac Miniſtris eiſdem Theſaurario, aut per eum deputandis, auxilium, & favores opportunos dari, atque ita per eoſdem inviolabilitèr obſervari volumus, præcipimus, & jubemus.

Exactorem deputat Theſaurarii generalem.

§.6. Non obſtan. Conſtitut., & Ordinat. Apoſt., ſtatutis, conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.7. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis manu ejuſdem Theſaurarii noſtri generalis ſubſcriptis, & ipſius ſigillo munitis, eadē prorſus fides adhibeatur, quæ originalibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Tranſumptorum fides.

Dat. Romæ apud S. Petrum die 4. Aprilis 1553. Pont. an. IV.

Dat.

CXXXIV. CONSTITUT.
JULII PP. III.

Declaratio, quod Gabella quatreni carnis non comprehendit carnes Hædorum. Et quicunque etiam exempti, ipſam Gabellam ſolvere tenentur.

Concordantes retuli in præced. Conſt.

Ed. an. Dom. 1553. die 1. Junii in bull. vet. la 34. pagin. 536. to. 1. & in antiq. an. 1579. la 37. pag. 374.

JULIUS PP. III.

Dilect. fil. Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Commiſſariis, & Locumtenentibus omnium Provinciarum, Civitatum, & Locorum, Nobis, & S. Sedi Apoſt. immediatè Subditorum, ſalutem &c.

Hic Pont., indixit in Urbe ſubſidiū unius quatreni pro qualibet libra carnis, quod dein. extendit per quinquen. ad totum Statum Eccl., ut in præced.

§.1. DUDUM cum ex certis rationabilibus, & neceſſariis cauſis, tunc expreſſis, in hac alma Urbe noſtra ſubſidium unius quatreni ex qualibet libra carnis minutatim vendenda à quibuſcunq; illius emptoribus per officiales noſtros, per certas ſub plumbo confectas lit. impoſuiſſemus, cupientes à certis gravibus extraordinariis impenſis, quas pro Stat. noſtri Eccleſiaſt., populorumq; Nobis commiſſorum in his armorum tumultibus tuitione, & cuſtodia ſubire cogebamur, prout etiam ad præſens cogimur, levari, præfatum ſubſidium, prout tunc ſolvebatur, & exigebatur in d. Urbe, ad omnes præfati Eccleſiaſ. Status, Civitates, Oppida, Caſtra, Villas, & Loca Nobis, & eidem Sedi ſubjecta, ad quinquennium per alias noſtras in forma Brevis liter. extendimus, & quatenus opus eſſet, de novo impoſuimus, volentes, ut per dilect. fil. Theſaurarium noſtrum generalem, aut per modeſtas, & circumſpectas perſonas, ad id ab eo deputandas, exigi poſſet, & deberet, prout in ſingulis lit. prædictis pleniùs continetur.

ONERA CAMERALIA.

Carnis Vectigal.

§.2. Cum autem extenſionem, & novam impoſitionem hujuſmodi eo animo fecerimus, ut ſicuti in dicta Urbe ſubſidium ipſum ſolvebatur, & exigebatur, ita & in dicto Statu ſolveretur, & exigeretur, & nuper in eadem Urbe hædos, pro quibus etiam ſubſidium prædictum ſolvebatur, ab eodem ſubſidio exceperimus.

Et carnes hædorum in Urbe à ſubſidio excepit.

§.3. Volentes perſonas ipſius Status Eccleſiaſtici ſimili gratia proſequi, per præſentes decernimus, & declaramus exceptionem hædorum hujuſmodi in toto Statu Eccleſiaſtico locum habere, & effectum ſuum ſortiri debere, ac prætextu hædorum in eo pro tempore quomodolibet emptorum ſubſidium quatreni hujuſmodi exigi non poſſe, neque debere, diſtrictius inhibentes exactoribus ſubſidii hujuſmodi, & aliis, ad quos ſpectat, ne ſubſidium ipſum occaſione eorundem hædorum exigere quomodolibet præſumant.

Et modò excipit etiam à ſubſidio impoſit. in toto Statu.

§.4. Ac volentes, & Apoſt. auctoritate ſtatuentes, quod ſicut in eadem Urbe fieri conſuevit, ita & in quibuſvis Civitatibus, Oppidis, Caſtris, Villis, & locis Status hujuſmodi ſubſidium prædictum, etiam ratione Agninæ, Ovinæ, Suinæ, Vitulinæ, & Vaccinæ, ac cujuſcunque alterius ſortis, aut generis, vel ſpeciei, præter carnem hædorum, carnis, etiam ſi Agni, Oves, Sues, Vituli, & Vaccæ, ac quævis alia, præter hædos, animalia, ad effectum illa etiam pro eis ſtatim conſumendis, & comedendis, aut ſale condiendis mactandi viva, ſeu integra, aut fruſtatim, & (ut vulgò dicitur) à quarto, aut aliàs quomodolibet conciſim in nundinis, ſeu mercatis, aut macellis empta, ſeu ex propriis armentis, vel gregibus abducta fuerint, aut aliàs quomodolibet, etiam ex dono provenerint, etiam ſi in propriis domibus pro domeſtico victu ſtatim, ut præfertur, conſumenda, aut ſale condienda mactata extiterint, à ſingulis perſonis, tàm Eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus quantumvis exemptis, & privilegiatis, etiam ſi eorum exemptio, aut privilegium ex jure reſultet, aut ipſi Curiales Civitatis noſtræ Maceraten. exiſtant, ſeu regimini Civitatum præſint, vel feudatarii ſint, omninò ſolvatur, & per ipſum Theſaurarium, ſeu perſonas ab eo, ut præfertur, deputandas exigatur.

Et mandat, omnes exemptos teneri ad ſolutionem hujus Gabellæ.

§.5. Ac mandantes vobis, & veſtrum ſingulis, necnon quibuſvis aliis locorum Rectoribus, Poteſtatibus, & reliquis dicti Status Officialibus, & miniſtris, ut tàm gratiam exceptionis hædorum, quàm voluntatem, & ſtatutum noſtrum hujuſmodi à quibuſvis perſonis cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ exiſtentibus, & quavis quantumvis privilegiata exemptione, & immunitate fungentibus inviolabilitèr obſervari faciatis, ac eidem Theſaurario, & perſonis per eum pro tempore deputatis ad præmiſſa omnia plenè exequen-

Theſaurarium Executorem deputat.

 dum,

Onera Cameralia.

dum, ac ſubſidium ipſum modo, & forma prædictis exigendum, opportunum auxilium, & favorem præſtetis.

Carnis Vectigal.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.6. Non obſtan. præmiſſis, ac Conſtit., & Ordinat., Apoſt. necnon quibuſvis Statutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoq; , indultis, exemptionibus, immunitatibus, & lit. Apoſt., ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis quomodolibet conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis; quibus omnibus, eorum tenores præſentibus pro inſertis habentes, hac vice derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Fides Tranſumptorum.

§.7. Volumus autem, quod præſentium exemplaribus, etiam impreſſis, manu dicti Theſaurarii ſubſcriptis, & ejus ſigillo munitis, ea prorſus fides adhibeatur, quæ originalibus ipſis adhiberetur, ſi originalitèr exhiberentur, vel oſtenderentur.

Dat.

Datum Romæ apud S. Petrum die 1. Junii 1553. Potif. an. IV.

CXXXV. CONSTITUT.

PAULI PP. IV.

Ed. an. Dom. 1555. die 24. Julii in bull. vet. la 6. pag. 576. tom. 1. in aliq. an. 1579. la 7. pag. 410., & in alio an. 1559. pagin. 9. terg. par. 2.

Subſidium unius Quatreni pro qualibet libra carnis, à Julio III. in toto Statu Eccleſiaſt. ad quinquennium impoſitum, mandat extra Urbem exigi durante dicto quinquennio.

Concordan. retuli ſupr. Conſt. 133.

PAULUS PP. IV., Ad fut. rei mem.

Jul. III. impoſuit ſubſidium unius quatreni pro qualibet libra carnis in toto Statu Eccl. ad quinquenniū, ut ſup. Conſt. 133.

Cum Sicut accepimus, diverſæ Communitates, ac Univerſitates, & perſonę Civitatum, & locorum Status noſtri Eccleſiaſtici, ſubſidium unius quatreni ex qualibet libra carnis minutatim vendendæ, à quibuſcumque illius emptoribus exigendi, alias à fel. rec. Julio III. Prædeceſs. noſtro in Alma Urbe noſtra tunc ſua impoſitum, & poſtmodum ad omnia, & ſingula præfati Status Civitates, & loca pro quinque annis, ex tunc immediatè ſequentibus extenſum, diverſimodè ſubterfugiendo ſolvere ceſſent, & forſan recuſent.

§.1. Nos licèt pro ea cupiditate, quam habemus, noſtrorum, & S.R.E. Subditorum commodis conſulendi, maluiſſemus dictum ſubſidium ſic extenſum, ſi per neceſſitates, quibus ad præſens premimur, licuiſſet, penitus, & in totum remittere, quàm exigi mandare; nihilominus conſiderantes ejuſdem ſubſidii proventum ſuperioribus menſibus Sede Apoſtol. per ipſius Julii Prædeceſs., & ſucceſſivè piæ mem. Marcelli PP. II., etiam Prædeceſs. noſtri obitum vacante, nonnullis mercatoribus Roman. Curiam ſequentibus, qui Collegio Ven. Fratr. noſtror. S.R.E. Card., de quorum numero tunc eramus, & Cam. Apoſt. pro tunc urgentibus ipſorum Collegii, & Cameræ neceſſitatibus notabilem pecuniarum ſummam mutuarunt, pro tempore ex dictis quinque annis reſtanti, & deinde quandiu ad integram ſummæ eiſdem mercatoribus occaſione dicti mutui debitæ ſatisfactionem opus eſſet, aſſignatum extitiſſe: Et ſperantes infra tempus quinquennii hujuſmodi neceſſitates prædictas, dante Domino, ceſſare debere, & tunc ſubſidium ipſum cum commodo noſtro remitti poſſe: Ne interim mercatores præfati aſſignamenti ſibi conceſſi effectu fruſtrentur, & ſub fide publica decipiantur, aut de modo exactionis ipſius ſubſidii dubitetur, providere volentes.

Hic autem Pontif. jubet illud extra Urbem quinquennio durante.

§.2. Apoſtolica auctoritate tenore præſentium, ſtatuimus, atque decernimus dictum ſubſidium in præfato ſtatu extra Urbem pro toto tempore ex dictis quinque annis reſtanti, aliàs juxta declarationes, & ordinationes deſuper in præfata Cam. die ſextadecima menſis Novembris proximè præteriti editas, ab emptoribus carnis minutatim vendendæ hujuſmodi adminiſtratori dict. Gabellæ, & ab eo deputatis, ad effectum eiſdem mercatoribus ſatisfaciendi, omninò ſolvi.

Decretum irritans.

§.3. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam ejuſdem Rom. Eccl. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi auctoritate, & facultate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Camerar. deputat Exactorem.

§.4. Mandantes propterea dilecto fil. Guidoni Aſcanio S. Mariæ in Via lata Diac. Card. de S. Flora nuncupato Camerario noſtro, ut ſubſidium prædictum modo præmiſſo cum ea, qua decet diligentia exigi curet. Univerſis verò, & ſingulis Civitatum, & locorum prædictorum Gubernatoribus, Locatenentib., Prætoribus, Vicariis, & aliis quovis nomine nuncupatis Juſtitiæ Miniſtris ſub indignationis noſtræ pœna, ne dicti ſubſidii exactores, aut alios Miniſtros circa illius exactionem pro tempore deputatos, quominus illud, ut præfertur, exigere poſſint, ullo modo, vel obtentu impediant, vel moleſtent, immo illorum nomine requiſiti, illis deſuper opportunè adſint, & faveant.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.5. Non obſtantib. illis, quæ idem Julius Prædeceſs. in ſuis impoſitionis, & extenſionis ſubſidii hujuſmodi literis voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptorum Fides.

§.6. Et quia difficile foret præſentes liter. ad ſingula quæque loca, in quibus de eis fides facienda erit, deferri; Volumus, & eadem auctoritate decernimus, quod tranſumptis earumdem literarum, etiam impreſſis, dummodo manu alicujus ex Notariis Cam. hujuſmodi ſubſcripta, ac ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munita ſint, eadem fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ originalibus literis hujuſmodi adhiberetur, ſi exhiberentur, vel oſtenderentur.

Dat.

Datum Romæ apud S. Marc., die 24. Julii 1555. Pont. An. I.

Ed. an. Dom. 1556. die 15. Mart. in bull. vet. la 17. pagin. 589. to. 1. in antiq. an. 1579. la 18. p. 421., & in alio an. 1559. pag. 9. terg. part. 2.

CXXXVI. CONSTITUT.

PAULI PP. IV.

Prorogatio ad novennium Subſidii unius Quatreni pro qualibet libra carnis, à Julio III. impoſiti, & extenſio ad loca Baronum.

Concord. not. ſupr. ad Conſt. 133.

PAUL. Ep. Ser. Ser. DEI, Ad fut. rei mem.

Exordium.

GRAVES, & fermè intolerabiles impenſæ extraordinariæ, quas pro Status noſtri Eccleſiaſtici conſervatione, populorumque Nobis commiſſorum ſecuritate, jugitèr neceſſariò ſubimus, ad ea potiſſimum remedia Nos cogunt, & quidem contra mentis noſtræ inſtitutum recurrere, quæ minus gravia futura ſint, & ab aliis Prædeceſſ. noſtris, aliàs impoſita fuerint, ne nova aliqua vectigalia excogitare, & imponere cogeremur.

Jul. III impoſuit ſubſidium unius quatreni pro qualibet libra carnis in toto Statu Eccleſ. ad quinquenniū, ut ſup. Conſt. 133.

§. 1. Dudum ſiquidem fel. rec. Julius III. Prædeceſſ. noſter ex cauſa ſimilium expenſarum ſubſidium unius quatreni ex qualibet libra carnis minutatim vendendæ, per quoſcumque illius emptores ſolvendi, à ſe antea in Alma Urbe noſtra, tunc ſua, impoſitum, ad omnia, & ſingula præfati Status Civitates, & loca in eis pro rata, quæ tunc in ipſa Urbe exigebatur, exigendum, ad quinque annos tunc proximos extendit, & quatenus opus ſit, de novo impoſuit, prout in ejuſdem Julii Prædeceſſ. literis deſuper in forma brevis expeditis, quarum tenorem præſentibus pro expreſſo, & inſerto haberi volumus, pleniùs continetur.

§. 2. Et licèt Nos pro paterna in Subditos noſtros dilectione, non ſolum nollemus eis impoſita onera adaugere, ſed exoptaremus eos ab oneribus ipſis penitùs liberare; tamen liquidò perſpicientes id Nobis per eaſdem expenſas, & alias, quæ nos undique circumſtant neceſſitates, minimè licere, ſperanteſque eoſdem Subditos noſtros dilectioni, utpotè, quos putamus, optimè compertam habere eam noſtram erga ſeipſos voluntatem, hac in re pro eiſdem neceſſitatibus nequaquam gravi eſſe Nobis, cum ſimus, tum promptitudine, cum etiam alacritate obſequuturos.

Hic autem Pont. prorogat d. ſubſidium ad novennium, & extendit ad loca Baronum.

§. 3. Idcirco auctoritate Apoſtol. tenore præſentium ſubſidium prædictum, ut præfertur, impoſitum, & ſucceſſivè extenſum, ad novem annos, Kal. April. proximè venturis inchoandos, & ut ſequitur finiendos, & ad quævis Civitates, Oppida, & loca, quibuſvis Comitibus, Vice-Comitibus, Baronibus, Vicariis, Domicellis, Nobilibus, & aliis Dominis temporalibus, quacumque etiam quantumlibet majori auctoritate, ſeu dignitate fungentibus, & functuris, Nobis, & S. R. E. ſubjectis, & Populo noſtro Romano ſubdita, & quibuſvis aliis perſonis in quavis Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutis, etiam ejuſdem Rom. Eccl. Card. ad vitam, vel ad tempus commendata, vel aliàs conceſſa, etiam in territorio ejuſdem Urbis ſita, prorogamus, & extendimus, ac quatenus opus ſit, de novo imponimus, & inducimus.

Pœnas ſacto in contradictores infligit.

§. 4. Decernentes illud ab omnibus, & ſingulis, quos prædeſignatæ ejuſdem Julii Præd., & præſentes noſtræ literæ comprehendunt, omni exceptione, tergiverſatione, & appellatione remotis, omnino ſolvi debere, eoſque ad illud ſolvendum per cenſuras Eccleſiaſtic., & pœnas pecuniarias, aliaque opportuna juris, & facti remedia cogi, & compelli poſſe.

ONERA CAMERALIA.

Carnis Vectigal.

Decretum irritans.

§. 5. Sicque per quoſcunque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate, & dignitate fungentes, etiam Cardinales præfatos, & Palatii noſtri cauſarum Auditores, Cameræq; Apoſtol. Præſidentes, & Clericos, in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & definiendi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, irritumque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Camerariū, & Clericos Camer. Apoſtol. collectores hujus ſubſidii deputat.

§. 6. Mandantes dil. fil. Guidoni Aſcanio S. Mariæ in Via lata Diacono Cardinali Camerario noſtro, ejuſque Vice-Camerario, Præſidentibus, & Clericis Cam., ut ſubſidium præfatum omni, qua decet diligentia exigi, & ad eamdem Cam. pervenire curent.

Et facultates deſignat.

§. 7. Nos enim eidem Camerar., Vice-Camerario, Præſidentibus, & Clericis antedictis id faciendi, ac ipſi, & Cam. præfatis dubia qualibet, ſi quæ inde exoriri contingeret, dilucidandi, & declarandi, ac lites, cauſas, & differentias quaslibet inde reſultantes, ſummariè, & Camerali more decidendi, & terminandi, cæteraque faciendi, & exequendi in præmiſſis neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna, plenam, & liberam facultatem concedimus.

Clauſulæ derogatoriæ.

§. 8. Non obſtantibus omnibus illis, quæ idem Julius in ſingulis ſuis, tam impoſitionis, quam extenſionis ſubſidii hujuſmodi literis voluit non obſtare, necnon quibuſlibet exemptionibus, Privilegiis, & Indultis quibuſvis Perſonis, quacumque auctoritate, ſeu dignitate fungentibus quomodolibet, & ex quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis clauſulis, irritantibus, & aliis decretis conceſſis, confirmatis, & ſæpius innovatis (quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda eſſet, tenores illorum præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, hac vice dumtaxat, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, harum ſerie ſpecialiter, & expreſsè derogamus) cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptorum fides.

§. 9. Et quia difficile foret, eaſdem præſentes ad ſingula quæque loca, prout opus eſſet deferri, volumus, & eadem auctoritate decernimus, earundem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, & manu alicujus ex Notariis dict. Cam. ſubſcriptis, & ſigillo ejuſdem Camerarii noſtri, aut alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eamdem prorſus fidem in judicio, & extra adhiberi, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi exhiberentur.

Data

Dat. Romæ apud S. Petrum die 15. Martii 1556. Pontif. An. I.

CXXXVII. CON-

Onera Camberalia.

Carnis Vectigal.

CXXXVII. CONSTITUT.

PII PP. IV.

Confirmatio Declarationum, & ordinationum Rev. Cameræ Apoſt. circa exactionem ſubſidii quatreni pro qualibet libra carnis, in toto Statu Eccleſiaſt., exceptis alma Urbe, & Civitate Bononiæ, exigen.

Ed. an. Dom. 1560. die 1. Mart. in bull. vet. la 4. 10. 1. in antiq. an. 1579. la 19.

Concord. notavi ſupra ad Conſt. 133.

PIUS PP. IV. Ad fut. rei mem.

Jul. III. impoſuit ſubſidium unius quatreni pro qualibet libra carnis ad quinquennium.

Paul. IV. illud prorogavit ad novennium, & extēdit ad loca Baronum.

Cam. autem Apoſt. circà modum illud exigendi multas fecit ordinationes.

CUM SICUTI accepimus annis ſuperioribus dil. fil. Præſidentes, & Clerici Cameræ noſtræ Apoſtol. ſuper ſubſidii quatreni carnis nuncupati, per fel. rec. Julium PP. III. impoſiti, & per rec. mem. Paulum PP. IV. Prædec. noſtros ad novem annos tunc proximè futuros prorogati, ac ad Baronum loca extenſi, & in toto Statu noſtro Eccleſiaſt. (Alma Urbe, & Civitate Bononiæ noſtris exceptis) exigi ſoliti, exactione, ipſiuſque exactionis modo ad præcidendas occaſiones contentionum, & litium, quæ deſuper oriri poterant, complures declarationes, & ordinationes ediderint, prout in diverſis capitulis deſuper ſub die 16. Novemb. 1554., & 21. Martii 1556., ac 19. Januarii 1558. menſium, diebus reſpectivè confectis, quorum omnium, & ſingulorum tenores, & effectus præſentibus pro expreſſis, & inſertis haberi volumus, pleniùs dicitur contineri.

Quas Papa hic confirmat & innovat Urban. VIII. inf. Conſt. 139.

§. 1. Nos æquum cenſentes, quæ à præfata Camera providè emanarunt rata fore, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſt. poteſtatis plenitudine, præſentium tenore d. ſubſidium, etiam in Civitate noſtra Camerini, ejuſque Comitatu, & diſtrictu, tàm pro præterito, quàm pro futuro temporibus illo durante exigi debere decernentes, ſupradictas declarationes, & ordinationes, ac præfata deſuper confecta capitula, & ſignantèr ex illis, quæ ſub die 16. Novemb. 1554. edita ſunt, ſeptimum capitulum de interioribus, & capitibus, aliiſque animalium partibus tractans, necnon quintum ex eis, quæ ſub die 21. Martii 1556. emanarunt, animalium extra d. Statum, terraſque Baronum, ac de loco ad locum, deque territorio ad territorium eductionem, ſeu extractionem prohibens, ac omnia, & ſingula in univerſis, & ſingulis capitulis ſupraſcriptis contenta, & inde ſecuta quæcunque approbamus, & confirmamus, illiſque Apoſt. firmitatis robur adjicimus.

Supplendo omnes defectus.

§. 2. Supplentes omnes, & ſingulos, tàm juris, quàm facti defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, eaque omnia inconcuſſa firmitate ſubſiſtere, & inviolabilitèr obſervari debere, eaſdemque præſentes de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio defectu notari, argui, vel impugnari nullatenus poſſe.

Decretum irritans.

§. 3. Sicque per quoſcunque Judices &c. ſublata &c. judicari, & deffiniri debere, irritum quoque &c. decernimus.

Mandat Camerario &c. præſentium executionē.

§. 4. Mandantes propterea dil. fil. Camerario noſtro, necnon eiſdem Clericis præſentibus, & futuris, cæteriſque, ad quos ſpectat, ſeu in futurum ſpectabit, ut eaſdem præſentes in d. Camera admittant, & in illius libris deſcribi, & regiſtrari, & inviolabilitèr obſervari faciant, deſuperque patentes literas, mandata, inhibitiones, & alias ſcripturas opportunas expediant, & expediri mandent.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.1. Per tanto avendo nel preſente noſtro Chirografo per eſpreſſo, e di parola in parola inſerto il tenore del Chirografo dell'impoſizione di detta gabella, degl'Iſtromenti de i ſopra riferiti Appalti, e delli Capitoli, convenzioni, obblighi, & altro in quelli appoſti, & ogn'altra coſa neceſſaria da eſprimerſi, di noſtro Moto proprio, certa ſcienza, e pienezza della noſtra poteſtà eſtinguiamo, e ſopprimiamo, e Voi in nome Noſtro dichiararete eſtinta, e ſoppreſſa dal dì primo del proſſimo futuro Meſe di Ottobre la predetta gabella di due quatrini ſopra ogni libra di Carne, come ſopra impoſta dal detto Clemente XI. noſtro Predeceſs., in maniera, che dal ſudetto giorno primo d'Ottobre in avvenire non ſi abbia più à pagare la detta gabella, ma reſti la ſua impoſizione affatto eſtinta, & abolita, come ſe non foſſe mai ſtata fatta, ne gl'Appaltatori ſopranominati, loro Subappaltatori, e Miniſtri dal detto dì primo Ottobre poſſano più eſſigere, e riſcuotere la detta gabella, ne far'altro, che in riguardo all'eſazzione di quella li competeva in vigore de'ſopra riferiti contratti ſtipolati con la noſtra Camera, e dallo ſteſſo giorno ceſſi alli medemi l'obligo di più pagare alla noſtra

noſtra Camera l'annue riſpoſte, come ſopra convenute, e promeſſe, e reſpettivamente ceſſi ancora alli loro Subappaltatori, e Miniſtri l'obbligo di pagar loro l'annue riſpoſte convenute, e promeſſe nell'Iſtromenti, & Apoche de' Subaffitti, e deputazioni reſpettivamente.

E per tal effetto dichiara riſoluti tutti gl'appalti, e ſubappalti &c

§.2. Dichiarando Noi con la pienezza della noſtra poteſtà dal giorno ſudetto reſciſſi, & affatto riſoluti, non ſolo li ſoprariferiti Iſtromenti di Appalti della ſudetta gabella, come ſopra ſtipolati con li ſopranominati preſenti Conduttori, e tutti i patti, Capitoli, oblighi, & altro in quelli appoſti, ma ancora tutti l'Iſtromenti, & Apoche de'Subaffitti dell'eſazzione della detta gabella trà li ſopradetti Appaltatori, e loro Subappaltatori, e Miniſtri ſtipolati, volendo, che s'abbino per' affatto eſtinti, e tolti di mezzo, appunto, come ſe non foſſe ſeguita la loro ſtipolazione, con queſto però, che debbano reſtar fermi tutti gl'oblighi, ſicurezze, & attergazioni de'Monti fatte dalli ſudetti Appaltatori à favore della noſtra Camera, ſino che ſarà intieramente queſta ſodisfatta à tutto il dì ultimo del corrente, e ſin tanto, che ſaranno i loro Conti ſaldati nella noſtra Congregazione de'Conti, e non altrimenti &c., e ſopra l'eſtinzione, e ſoppreſſione della ſudetta gabella farete Voi affiggere, e publicare i noſtri Editti, prenderete proviſioni, e darete tutti gl'Ordini, che per la piena eſſecuzione del preſente noſtro Chirografo ſtimarete neceſſarii, & opportuni, eſſendo tale la mente, e volontà noſtra preciſa.

Clauſole preſervative.

§.3. Volendo, e decretando, che il preſente noſtro Chirografo, benche non ammeſſo, e regiſtrato in Camera, e ne' ſuoi Libri, ſecondo la diſpoſizione della Bolla di Pio IV. noſtro Predeceſs. *de regiſtrandis*, vaglia, e debba aver ſempre il ſuo pieno effetto, eſſecuzione, e vigore con la noſtra ſemplice ſottoſcrizzione, e che uon ſe gli poſſa mai opporre di ſurrezione, orrezione, ne d'alcun'altro vizio, ò difetto della noſtra volontà, & intenzione, ne di nullità per qualſivoglia capo, ancorchè nou vi ſiano ſtati chiamati, citati, ne ſentiti il Commiſſario della noſtra Camera, gl'Appaltatori dell'eſazione della ſudetta gabella di ſopra nominati, e loro Subappaltatori, e qualſiſiano altre Perſone, che vi aveſſero, ò pretendeſſero d'avervi intereſſe.

Clauſola ſublata, e decreto irritante.

§.4. E così, e non altrimente debba giudicarſi da qualſivoglia Giudice, e Trihunale, niuno eſcluſo, togliendo Noi à chiunque ſi ſia la facoltà, & autorità di ordinare, decidere, e giudicare in contrario.

Clauſole derogatorie.

§.5. Non oſtanti il Chirografo del detto Clemente XI. ſopra l'Impoſizione della predetta Gabella, e gl'Iſtromenti degl'Appalti dell'eſſazione della medeſima da voi ſtipolati in eſſecuzione de'Chirografi d' Innoc. XIII., con gl'Appaltatori di ſopra nominati, e l'Iſtromenti ancora, ed'Apoche de'Subappalti dalli medeſimi fatti con i loro Subappaltatori, le Coſtituzioni di Simmaco, Gregorio IX., Aleſſandro VI., Paolo II.; Paolo IV., e Pio IV. noſtri Predeceſs. *de rebus Eccleſiæ, & Cameræ non alienandis*, e l'altra del detto Pio *de regiſtrandis*, la Regola della noſtra Cancellaria *de jure quæſito non tollendo*, e qualſiſiano altre Coſtituzioni, & Ordinaz. Apoſt. noſtre, e de' noſtri Predeceſs., Leggi, Statuti, Riforme, Uſi, Stili, Conſuetudini, & ogn'altra coſa, che faceſſe, ò poteſſe fare in contrario, alle quali tutte, e ſingole, avendone il tenore quì per eſpreſſo, e di parola in parola inſerto, e ſupplendo Noi con la pienezza della noſtra poteſtà à qualunque vizio, ò difetto sì ſoſtanziale, che formale, & anche di nullità, che nelle coſe premeſſe poteſſe in qualunque modo intervenire, queſta volta ſola, e per l'effetto premeſſo amplamente deroghiamo.

Onera Cameralia.

Damni dati Vectigal.

Data.

Dato dal noſtro Palazzo Apoſt. di Monte Cavallo queſto dì 8. Settemb. 1724.

Benedictus PP. XIII.

Damni Dati Vectigal.

CXLVII. CONSTITUT.

SIXTI PP. V.

Erectio, & Appaltus Officii damnorum datorum in toto Statu Eccleſiaſtico, Alma Urbe, & Bononia exceptis, cum inſertione Capitulorum Appaltus.

Hoc Officium, illiuſque Appaltum ſuppreſſit, ac in illius exactione ſubrogavit Communitates Stat. Eccl. Clem. VIII. in Conſt. ad Summi, quam hab. ſup. Conſt. 124. pag. 217.

Ed. an. Dom. 1588. die 9. Aprilis impr. mater. idiom. in Coll. Cherl.

SIXTUS PP. V.

Motu proprio &c.

Exordium.

ROMANI Pontificis providentia circumſpecta ad ea libentèr intendit, per quæ, & Eccleſiæ ſibi commiſſæ jura ſervantur illæſa, & Populi ſibi crediti in ſecura, & tranquilla quiete reguntur, ac propterea pro ſui Paſtoralis Officii debito vigilem, ac ſedulam in ejus exercitatione præſtans operam, hùc illùc ſuæ cogitationis oculos convertens, id ſemper attendit, ut diſperſa colligat, amiſſa recuperet, collapſa reparet, diſſipata reſtituat, vindicet occupata.

Pœnas damnorum datorum ad Cameram ſpectan. multi ſibi appropriabant.

§.1. Cum itaque, ſicut accepimus, & fide dignorum relatione cognovimus, vel Prædec. noſtrorum nimia indulgentia, vel noſtrorum Subditorum audacia, & temeritate ſit eò deventum, ut quæ ad ipſum Pontificem, quæque ad ipſam Cameram Apoſt. pertinere noſcuntur, & præcipuè pœnas delictorum, quæ ſine nulla dubitatione ad Principem ipſum, & ejus Cameram, ſivè Fiſcum ſpectant, & pertinent, temerario, illicito, & præſumpto quodam modo, multis annis citrà nonnulli uſurpare, & in proprios ipſorum uſus convertere non erubeſcant, in magnum Cameræ noſtræ gravamen, & præjudicium eorumdem Subditorum, & animarum ipſorum perniciem, & detrimentum, ac reliquorum Chriſtifidelium,

non

ONERA CAMERALIA.

Damni dati Vectigal.

Cauſa hujus Conſtit.

non modicum ſcandalum, & offenſam.

§.2. Et inſuper attendentes, quod impunitas delictorum, incentivum, ut plurimùm, præbet delinquendi, ac propterea volentes, ut par eſt, Subditos noſtros, poſtquàm, (Deo dante) gravioribus, & atrocioribus delictis, banditorumque, & aliorum Rebellium incurſionibus, graſſationibus, aliiſque ſceleribus felicitèr obviavimus, à minoribus etiam delictis abſtinere, & quod ipſi ſaltèm metu pœnarum, quæ hactenùs ab eis, aùt non exigi, aùt non integralitèr uſurpari, vel negligentia remitti, ſeù aliàs gratioſè condonari conſueverunt, quantum cum Deo poſſumus, ab illis temperent, providere.

§.3. Et cupientes, quod ipſum à noſtri Pontificatus initio ſemper procuravimus, deformatam, & uſquequaquè contaminatam prædictorum Subditorum vivendi formam ad purum, rectumque vivendi modum reducere, ſublatis etiam inter ipſos ruſticos agrorum dantes operam arti incurſionibus, occupationibus, damnis datis, aliiſque eorum oppreſſionibus, & illicitis actibus, quæ licèt levia quandoquè reputantur, tantò tamen ſunt graviora, quantò majora ex eis, eorumque frequentia ſcandala, & damna in dies oriri videantur, & ut ſuo unuſquiſque uti, frui, & pacificè gaudere poſſit, ac valeat abſque vicinorum, ſeu aliorum perturbatione, & impedimento.

Narrat, quod Communitates, quibus ceſſæ ſunt pœnæ damnorũ datorum, illas exigere negligunt.

§.4. Ideoque poſt ſublata (Deo ſic miſericorditèr tribuente) homicidiorum, graſſationum, adulteriorum, aliorumque graviorum exceſſuum delicta, conſiderantes, & ſubtiliùs intuentes, quod dilecti filii Communitates, & Univerſitates Civitatum, Terrarum, & Locorum Nobis, & S. R. E. Subditorum, etiam quibus Apoſt. auctoritate, aut aliàs legitimè Indultum extitit, & conceſſum, ut Confiſcationes, & pœnas, quæ, ratione damnorum datorum, quæ inibi pro tempore dantur, in pios, aut alios eorum neceſſarios uſus convertere poſſent, ſæpè ſæpiùs, aut reverentiali diverſarum perſonarum metu, aùt aliàs amore, prece, vel pretio, ſeù aliis humanis reſpectibus delicta hujuſmodi proſequi non curant, pœnaſque, & mulctas propterea incurſas exigere differunt, & negligunt, aut aliquando ſuper eis pro minimo quoque pretio componunt, & conſequentèr confiſcationes bonorum, ac aliæ pœnæ prædictæ inexactæ oblivioni demandantur, & ſucceſſivè delicta remanent impunita, ipſorumque Delinquentium temeritas, ac præſumptio mirificè creſcit, ac pacificus, & quietus Civitatum, & Locorum prædictorum ſtatus perturbatur in partim illarum, ac omnium Chriſtifidelium perturbationem, confuſionem, & ſcandalum.

Et inde plura mala, & ſcandala exoriuntur.

Ideo Papa modò revocat omnes dd. conceſſiones, factas etiam favore locorũ Piorum &c.

§.5. Nos igitur præmiſſis inconvenientibus occurrere volentes, & ut delicta debitis pœnis coerceantur, ac Populorum Nobis commiſſorum pacificus, & quietus ſtatus conſervetur, & retineatur, Motu proprio &c., & ex certa noſtra ſcientia, ac deliberata voluntate, & de Apoſt. poteſtatis plenitudine, & non ad alicujus ſuper hoc Nobis oblatæ petitionis inſtantiam, omnes, & quaſcumque conceſſiones, donationes, applicationes, remiſſiones, & ſub quovis alio titulo factas diſpoſitiones de prædictis damnis datis, ac illorum occaſione commiſſis, & incurſis Confiſcationibus, & pœnis, & quæ aliàs illorum occaſione fieri, & exigi conſueverunt ad favorem quorumcumque Civitatum, Terrarum, & Locorum, ſeu Communitatum, Univerſitatum, Collegiorum, ſeu etiam Piorum Locorum, & quarumcumque aliarum perſonarum publicarum, & privatarum utilitatem, & commodum in perpetuum, ſeu aliàs ad longum, vel modicum tempus, vel ad dictarum Perſonarum vitam, ſeu aliàs quomodolibet per quoſcumque Rom. Pontif. Prædeceſſores noſtros, & forſan Nos, ſeu S.R.E. Card. Camerarios pro tempore exiſtentes, Legatos de Latere, vel quoſcumque alios, & deſuper quomodocumque, & qualitercumque confectas, & ſub quavis forma expeditas literas ſub quibuſvis tenore, & formis, etſi in remunerationem ſervitiorum, & obſequiorum, vel meritorum recompenſam, vel permutationis, donationis, ſeu ſub quocunque alio titulo, & cum quibuſvis Clauſulis, ac irritantibus, aliiſque decretis, aut alias quomodolibet emanatas, & factas, cum inde ſequutis quibuſcumque earum totos tenores, & datum cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, aliis cautelis, decretis, & derogationibus perindè, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus pro expreſſis habentes, etiamſi motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, & ſub quibuſcumque verborum tenore, & formis, ac cum quibuſvis derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, & decretis illæ emanaverint, atque ſi in eis caveatur expreſsè, quod dict. Communitates, Civitates, Perſonæque prædictæ ab eiſdem officiis, eorumque exercitiis, & poſſeſſione, niſi legitima ſubſiſtente cauſa amoveri nequeant, tenore præſentium ex nunc perpetuò Auctoritate Apoſt. revocamus, tollimus, abolemus, caſſamus, annullamus, & irritamus, ac ex nunc revocatas, &c. eſſe decernimus, & declaramus.

A quibuſvis Perſonis, etiã RR. Pontific.

Et ex quibuſvis cauſis, & titulis.

Quibus omnibus ampliſſimè derogat.

Ac Communitates, & alios omni poſſeſſione privat &c.

§.6. Ac dictas Univerſitates, Communitates, Collegia, & perſonas quaſcumque antedictas, quibus conceſſiones prædictæ factæ dicuntur, & quomodocunque in futurum apparebunt, & quæ ad præſens dictis conceſſionibus quomodocunque utuntur, fruuntur, & gaudent, ſeu illas ſe obtinuiſſe dicent, ac eis uti, frui, potiri, & gaudere prætendant, ſeu prætendere ſperent, ex nunc perpetuò ſimilitèr eadem auctoritate tenore præſentium à dictis conceſſionibus, illarumque quaſi poſſeſſione uſu, & exercitio, ſine tamen vitio ſpolii attentatorum, ſeu unde vi amovemus, ſubducimus, & privamus, ac amotos, ſubductos, & privatos eſſe volumus, decernimus, & declaramus, ac pro privatis, amotis, & ſubductis ex nunc perpetuò haberi, & teneri volumus, & mandamus.

Ac omnia dd. Officia damnorum datorum ſupprimit.

§.7. Omniaque, & ſingula damnorum, officia prædicta, & exercitia tollimus, ſupprimimus, & annullamus, ac ex nunc pro ſublatis &c. haberi volumus, & mandamus illorum occaſione in futurum facien., confiſcationes bono-

Ac unà cum pœnis à quinque annis inexactis Cam. Apoſt. applicat.

bonorum, pœnaſque, & condemnationes incurrendas, & exigendas, ac illas etiam, quæ a quinque annis citra factæ, & incurſæ fuerunt, & adhuc remanent inexactæ à prædict. Communitatibus, Univerſitatibus, Civitatibus, Terris, necnon perſonis antedictis, & ſi illis in Pontium, Fontium, Mæniorum, Eccleſiarum, Monaſteriorum, Hoſpitalium, ſeu aliorum piorum Locorum confectionem, reparationem, aut aliàs etiam perpetuam manutentionem, aut alios quoſcunque quantumvis Eccleſiaſticos, & pios eorum uſus, ſeu aliàs quolibet, non titulo oneroſo tamen conceſſæ, & applicatæ fuerint, vel ſint perpetuò, motu, ſcientia, & poteſtate præmiſſis diſmembramus, disjungimus, & ſeparamus, illaſque, & illas ex nunc perpetuò Cameræ noſtræ prædictæ applicamus, & appropriamus, itaut officia prædicta ſic, ut præmittitur, ſuppreſſa, & annullata ampliùs non ſint, nec eſſe cenſeantur, & confiſcationes, ac pœnæ prædictæ, etiam à quinque annis citra, ut præmittitur occaſione prædictorum damnorum datorum commiſſæ, incurſæ, & ut ſupra inexactæ, ampliùs ad Communitates, Univerſitates, & Perſonas &c. prædict. non ſpectent, nec pertineant, nec ſpectare, aut pertinere cenſeantur, ſed illæ omnes, & quæ etiam in futurum committentur, incurrentur, & exigentur, ad Nos, Cameramque prædictam perpetuò ſpectent, & pertineant, prout ex nunc ad illam ſpectare, & pertinere, & in præteritum ſpectaſſe, & pertinuiſſe decernimus.

Dummodo titulo oneroſo conceſſæ non fuerint.

§.8. Quæ quidem Camera, quoniam ob alia graviora negotia præmiſſis, non ita facilè incumbere poteſt, ac propterea pro noſtri Paſtoralis officii munere circa præmiſſa noſtræ, & Cameræ prædictæ indemnitatibus conſulere volentes, conſiderantes, & ſubtiliùs intuentes, quod ſi de, & ſuper præmiſſis unum Officium, ad inſtar aliorum Rom. Cur. Officiorum erigeretur, illudque arrendabile, & locabile conſtitueretur, & certæ perſonæ idoneæ concederetur, non modicum exindè Nobis, & Cam. noſtræ emolumentum, & commodum poterit provenire, quodque officium prædictum, ac pœnarum prædictarum exactio alicui Perſonæ, ut præmittitur, ſufficienti, & idoneæ demandaretur, illique pro certo convento pretio locaretur, & arrendaretur per Conductoris hujuſmodi diligentiam, & fidem perpetuæ prædictæ pro eo, quo ejus utilitatem concernent, & commodum omninò, & totaliter exigerentur, & ſucceſſivè delinquentium hujuſmodi temeritas refrænaretur, & quiete Populorum, ac Subditorum noſtrorum ſtatui, & Cam. noſtræ indemnitati conſuleretur, volenteſque, ut par eſt, præmiſſis opportunè providere.

Et modò erigit unum Officium venale damnorũ datorum.

§.9. Motu, ſcientia, poteſtate, & auctoritate præmiſſis unum novum Officium Commiſſarii Generalis damnorum datorum erigimus, conſtituimus, facimus, creamus, deputamus ad inſtar aliorum Rom. Cur. Officiorum arrendabilium, & locabilium, pro tempore beneviſo arrendabile, & locandum, cujus collatio, proviſio, & omnimoda illius diſpoſitio ad Nos, & Succeſſ. noſtros Rom. Pontific. pro tempore exiſtentes, Sedemque Apoſt. tantùm, & non alios ſpectet, & pertineat, prout ſpectare, & pertinere volumus, & mandamus, eidemque officio, ſic, ut præmittitur, erecto, omnes pœnas, confiſcationes, mulctaſque pro damnis datis committi, incurri, & exigi ſolent, juxta formam ſtatutorum, conſuetudinum, reformationum, bannimentorum publicatorum, & publicandorum in omnibus, & quibuſcunque locis totius Status noſtri Eccleſiaſtici, & Sedi Apoſt. mediatè, vel immediatè ſubjecti, & quæ hactenus exigi conſueverunt, ac exigi ſolent de præſenti, & quæ jam impoſitæ ſunt, & in futurum imponentur, & quæ hucuſque per Officiales damnorum datorum exigi ſolebant, & ſolent.

ONERA CAMERALIA.

Damni dati Vectigal.

Exigen. juxta formam Statutorum, Conſuetudinum, &c.

§.10. Necnon omnia, & ſingula regalia, fructus, redditus, proventus, emolumenta, obventiones, privilegia, immunitates, exemptiones, prærogativæ, aliaque quæcunque beneficia, & jura prædictis damnorum datorum Officialibus competen., quæ omnia ab ipſis omnibus Officialibus, & eorum ſingulis diſmembramus, disjungimus, & ſeparamus, ac pro diſmembratis, disjunctis, & ſeparatis ex nunc perpetuò haberi volumus, & mandamus, illaſque, & illas pro dicti Officii, ſic, ut præmittitur, erecti congrua dote, proventu, ac redditu aſſignamus, appropriamus, & incorporamus, ac pro aſſignatis, appropriatis, & incorporatis ſimiliter perpetuò auctoritate prædictis haberi volumus, & mandamus, ita, & taliter, ut de prædictis pœnis nullus alius quavis auctoritate, poteſtate, dignitate præfulgeat, præter dict. Commiſſarium pro tempore exiſtentem, illas exigere, & de illis diſponere, aut ſuper illis quomodocunque, qualitercunque, vel quovis ſub prætextu, colore, & ingenio procedere poſſit, & valeat, ſed illæ omnes, & ſingulæ integraliter, & abſque ulla diminutione ad Officialem, cui Officium hujuſmodi concedetur, ſpectent, & pertineant, nec ſuper illis à quoquam poſſit moleſtari, perturbari, aut aliàs quomodolibet inquietari.

Ac Officiali huic omnia, Privilegia, Emolumenta, &c. quæ aliis Officialibus competebant, attribuit.

Et hæc pro dote hujus Officii aſſignat.

§.11. Et ut quamprimùm Officio prædicto, ſic ut præmittitur, per Nos erecto de certa ſufficienti, & idonea Perſona, quantum cum Domino poſſumus, opportunè provideamus, propterea de fide, probitate, integritate, ac in rebus agendis dexteritate, & experientia Dil. Fil. Horatii Burgii Laici Maceraten. plurimum in Domino confiſi ſperantes, quod ea, quæ ſibi facien. commiſerimus, non minùs fideliter, quàm diligenter exequi, & perficere omni cura ſtudebit, eidem Horatio Officium prædictum Commiſſarii damnorum datorum in toto Statu Eccleſiaſtico, ac locis prædictis, exceptis tamen Alma Urbe, & Civitate Bononien., ejuſque Comitatu, & Territorio, conferimus, concedimus, & aſſignamus unà cum omnibus, & ſingulis ejus proventibus, fructibus, reddituum emolumentis, regalibus, obventionibus, honoribus, & oneribus ſolitis, & conſuetis antedictum, & quæ antea per prædictos Officiales exigi, recuperari, & haberi ſolitum fuit, & conſuetum, quæ illi exigebant, recuperabant, & habebant, ac exigere, recuperare, & habere poterant, & quibus illi uti,

Ac d. Officiũ locat ad decennium Horatio Burgii, in toto Statu Eccleſiaſtico.

Urbe, & Bononia tantùm exceptis.

ONERA CAMERALIA.

Damni dati Vectigal.

frui, potiri, & gaudere conſueverant, ac uſi ſunt, & utebantur &c. illa omnia, & ſingula exigere, ac illis uti, inque ſuos uſus convertere poſſit, & valeat motu, ſcientia, poteſtate præmiſſis perpetuò volumus, decernimus, & mandamus.

Eidemque aſſignat etiam pœnas damnorum datorum ad quinque an. inexactas.

§. 12. Eidemque Horatio Commiſs. antedicto, omnemque, & quamcunque exactionem, confiſcationem, & pœnarum occaſione damnorum datorum jam à quinque annis citra factarum, & incurſarum, & quæ adhuc inexactæ remanent, quæque durante infraſcripto Appaltu quomodocunque ſient, incurrentur, & exigentur, arrendamus, locamus, & affictamus, ac in locationem, arrendam, & appaltum ad decem annos proximè futuros à die prima in Inſtrumento per Cam. Apoſt. præfigen. an. præſentis 1589. inchoan. ſua annua reſponſione ſcut. 3000. mon. Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, ſive illius Theſaurario Generali, & de ſemeſtri in ſemeſtre pro rata, & in fine cujuſlibet ſemeſtris per eum facien. ſimili authoritate concedimus, & aſſignamus.

Et hanc locationem facit prò ſcu. 3000. annuis.

Elapſo tertio anno reſervat Cameræ jus recognoſcēdi, an d. appaltus ſit læſivus.

§. 13. Ita tamen, quod elapſo tertio anno liberum ſit Cameræ prædictæ, ſi læſiouem ex hujuſmodi appaltn prætendat, contractum hujuſmodi in futurum reſcindere, & ab eo recedere, & non prius, eumdemque Horatium, durantibus dictis decem annis per totum noſtrum Statum Eccleſiæ. Nobis, & noſtræ Sedi Apoſt., excepta tamen alma Urbe, ac Civitate noſtra Bononien., ejuſque Comitatu, & Territorio, mediatè, & immediatè ſubjectum, & etiam loca ſub dominio temporali particularium perſonarum quarumlibet exiſten. in damnorum datorum prædictorum, & quæ eorum occaſione fieri, incurri, & exigi ſolent confiſcationum, & pœnarum quarumlibet, & per quoſvis Sedis Apoſt. Legatos, Vice-Legatos, Gubernatores, Commiſſarios, Poteſtates, Judices, Communitates, & Univerſitates, tam de jure communi, quam per quæcunque Statuta, Reformationes, Uſus, Conſuet., & Stabilimenta, hactenus impoſitarum, & publicatarum, & quæ in futurum imponentur, & publicabuntur noſtro, & dict. Cam. nomine Commiſſarium, Officialem, & Appaltatorem, Exactorem, receptorem facimus, conſtituimus, creamus, & deputamus cum infraſcriptis ordinationibus, ſive Capitulis, videlicet.

Capitula dict. appaltus ſtatuit:

Dichiarazioni, & ordini ſopra l'offizio, & Appalto del danno dato da oſſervarſi per tutte le Città, Terre, e luoghi ſoggetti allo Stato Eccleſiaſtico, e dati in governo de' Cardinali, o d'altri Signori tanto Eccleſiaſtici, quanto Secolari, eccetto però Roma, e Bologna ſolamente.

1. PRIMA ſi dichiara, che tutte le pene, & colte ordinate, impoſte, e publicate per l'adietro, e da imponerſi, e publicarſi per l'avvenire dall' Illuſtriſſ: Legati, Vicelegati, Governatori, Commiſſarj, Podeſtà, e Giudici, Magiſtrati, e Communità della Città, Terre, e luoghi predetti, ſopra li danni dati, s'intendano intieramente applicate alla Reverenda Camera Apoſtolica, e per lei a detto Commiſſario, eccetto però quelle, che ſi trovaſſero locate, e date ad altre particolar perſone tanto per vero, e reale contratto di locazione fatta à tempo, e non altrimente, dalla detta Camera, le quali però finito il tempo della ſua locazione, s'intendano fino d'adeſſo per all'ora unite al preſente Appalto, & applicate al detto Commiſſario.

2. Item che dove non ſia Statuto, ò Bando circa le pene de' danni dati, ſi oſſervi il ſolito de' luoghi predetti, cioè quello, che al giorno preſente è in oſſervanza, tanto circa le pene, quanto circa le cauſe, i modi, e tempi del dar danno.

3. Item, che dal giorno della publicazione del preſente Bando s'intenda rivocato, e privo di detto Offizio ciaſcuno Offiziale, maggiorente, ò deputato ſopra il detto Offizio di danno dato, etiam eletto, e deputato da qualſivoglia Commnnità, Univerſità, Collegio, o qualſivoglia altra publica, o privata perſona, di qualſivoglia ſtato, grado, ò condizione ſi ſia, tanto ſecolare, come Eccleſiaſtica, etiam da Legati, Vicelegati, Governatori, Podeſtà, Communità, Magiſtrati, etiam dell'iſteſſa Reverenda Camera; nè poſſino detti Offiziali dal dì, che ſarà publicato il Bando da farſi ſopra il preſente Appalto, ſenza eſpreſſa licenza *in ſcriptis* di detto Commiſſario, in alcun modo ingerirſi in detto Offizio contro la forma di eſſo Bando, ſotto pena di mille ſcudi d'oro per ciaſcuno, & ciaſcheduna volta, che contraveniſſe al preſente Bando, oltre l'intiera, & effettual reſtituzione da farſi al d. Commiſſario di quanto averà eſatto, e conſeguito da detti Offizj, d'applicarſi la metà alla Reverenda Camera, per un quarto all'accuſatore, e l'altro al detto Commiſſario, dichiarandoſi, che eſercitando alcun dal giorno di d. Commiſſariato ſino al dì della publicazione del preſente Bando non caſchi in pena, ma ſia tenuto, & obligato à render buon conto, & far la riſpoſta al detto Commiſſario, etiam per rata di tempo, ſecondo era obligato à quello, dal quale era ſtato eletto, e deputato in detto Offizio di danno dato, pagandoſeli dal d. Commiſſario la mercede, ò rata porzione, che in vece di eſſa li ſarebbe dovuta, ſe mai non foſſe fatto il preſente Appalto, che tutte quelle perſone, che ſi trovaranno avere appaltato, ò preſo in affitto, o vero amminiſtrazione l'Offizio del danno dato, tanto da Communità, quanto da qualſivoglia altra perſona, (eccettuando quelli, che l'averanno in Appalto, o locazione à tempo dalla Camera, come di ſopra) ſiano obligati laſciare, e riſtituire il detto affitto al dctto Commiſſario, purche ne ſiano richieſti da eſſo in termine di dui meſi dal dì della publicazione del preſente Bando, & non lo facendo s'intendino continuare li Appalti, & oblighi ſecondo la forma di eſſi; quali perſone ſiano nondimeno obligate (volendo d. Commiſſario) à perſiſtere nelle dette locazioni, e conduzzioni ſino alla fine, con la riſpoſta però da farſi ad eſſo Commiſſario, il quale non rimovendole in d. termine di dui meſi, non poſſi più farlo, mentre dura il tempo delle loro locazioni, con farſi pagare da loro l'affitto, & oſſerva-

oſſervare quanto ſi contiene nell' iſtrumenti dell'affitti, & amminiſtrazioni predette.

4. Item che al dett'Offizio di danno dato, e loro pene ſiano ſottopoſte tutte, & ſingole perſone di qualſivoglia ſtato, grado, ò condizione tanto Secolari, come Eccleſiaſtiche, eccetto però gl'Illuſtriſs. Sig. Cardinali, li Signori Chierici, e Camerali, che hanno, ò averanno avuto luogo in Camera, e quelle perſone Eccleſiaſtiche per particolar privilegio, (che oggi ſia in oſſervanza) foſſero eſenti di pagare pena per il danno dato, non oſtante qualſivoglia privileggio, ſotto qualſivoglia titolo conceſſoli dalla Camera iſteſſa, & da Sommi Pontefici, quali s'intendano in queſto onninamente revocati, & annullati; eccettuandone però li affidati nelle Dogane del Patrimonio, e quelli, che condurrano graſcia à Roma ſecondo la forma delli loro Privilegj, à quali non s'intenda in alcun modo derogato per il preſente Bando, quali Privilegj debbano eſſer oſſervati dal detto Commiſſario, ſotto le pene contenute in eſſi.

5. Item che non ſia lecito alle Communità predette, o particolari di eſſe, o qualſivoglia altra perſona quanto ſi ſia privilegiata, o che eſerciti giuriſdizzione in modo alcuno diretto, o indiretto opponerſi al Commiſſario predetto, o ſuoi miniſtri, nè impedire, o ritardare l'eſercizio, & eſſecuzione totale di detto Offizio, nè monire li particolari, ad effetto, che non li abbino ad obedire, nè far decreti, ordini, & altre proviſioni contro il preſente Offizio, ſecreti, o paleſi, ſotto pena, oltre la nullità di eſſe, anco della confiſcazione de' beni, ſe ſaranno Communità, à gl'Offiziali della indignazione di Noſtro Signore, e privazione de' loro Offizj, ſe particolari di ſcudi 500. per ciaſcuna volta, d'applicarſi la metà alla Camera Apoſtolica, il quarto al Commiſſario, e l'altro quarto al Governatore, e Giudice del luogo, il quale ſia tenuto farne diligente ricerca; e li Cancellieri, o altri, che ſaranno rogati di detti decreti, non li poſſino tener ſecreti, ma li debbano denunziare à detto Commiſſario, o ſuoi miniſtri, e dargliene fede autentica, ſoluta competente mercede, ſotto pena di falſo, & altre ad arbitrio di eſſa Camera.

6. Item che li Governatori, & altri Miniſtri di ragione, Communità, e Magiſtrati predetti, non poſſino in modo alcuno ingerirſi nella cognizione delle cauſe attinenti à detti danni dati, ò eſazzioni di pene, e fraudi, o altre coſe pertinenti alla totale eſecuzione, & amminiſtrazione di dett'Offizio, ma laſciarne il carico à pieno al detto Commiſſario, e ſuoi Miniſtri, ſe non tanto, quanto da loro ne foſſero ricercati, ma che in tutto ſiano favoriti, & ajutati da detti Governatori, & altri, e loro Corti, la qual Corte à requiſizione di d. Commiſſario debba per occaſione di dett'Offizio eſeguire quanto da lui, o ſui Miniſtri ſarà ordinato, ſecondo la forma delli preſenti Capitoli.

7. Item che detto Commiſſario, e ſuoi Miniſtri poſſino deputare, eleggere, rimovere à ſuo arbitrio i Giudici, ovvero Aſſeſſori, & Offiziali ſopra tale Offizio in ciaſcun luogo, quali debbano eſſer approvati dalli Governatori de' luoghi, o dalla Camera, quali abbino autorità, e piena facoltà di procedere, conoſcere, ſentenziare, & eſeguire in dette cauſe de' danni dati, ſervata però la forma delli Statuti, & ordinanze de' luoghi, & laudabili conſuetudini di eſſi luoghi, che oggi ſiano in uſo, e ſi come ſi è detto di ſopra, e tanto circa le pene, quanto circa il modo del procedere, & ogn'altra coſa concernente al dett'Offizio, li quali Statuti, reformanze, uſo, e laudabili conſuetudini di d. Commiſſario, o ſuoi Miniſtri non poſſino alterare, aggravare in modo alcuno, e queſto medeſimo ſi debba ſervare etiam nelle cauſe delle appellazioni, reclamazioni, recorſo, o reviſioni, e li Giudici di tali appellazioni, reclamazioni, e ricorſo ſiano quelli ſteſſi, che ſono oggi Giudici ordinarj delle appellazioni, alli quali non ſia pregiudicato circa tal loro giuriſdizzione, ma non poſſino però far grazia ſenza conſenſo del Commiſſario, o ſuoi Miniſtri, ma debbano giudicare ſecondo li Statuti, reformanze &c.

ONARA CAMBRALIA.

Damni dati Vectigal

8. Item che non poſſa il detto Commiſſario, o alcuno de' ſuoi Giudici deputati come di ſopra, ſervirſi d'altri Notari, che di quelli, che averanno compro i Notariati del danno dato dalla Reverenda Camera, o d'altre perſone, e quanto alla deputazione delli altri Notari de' danni dati, ſia tenuto ad oſſervare il ſolito de' luoghi, i quali all'incontro non poſſano turbare, & impedire l'eſercizio, e libero poſſeſſo di detto Commiſſario, ma obedirli, ſiccome ſi conviene, ricevendo la ſolita ſua mercede della ſua ſcrittura.

9. Item che occorrendo, che li ſottocommiſſarj, e loro Miniſtri, o con le perſone, o beſtiame loro di qualunque ſorte diano danno, oltre la pena de' Statuti, delli quali in queſto particolare eſſi non ſiano in alcun modo eſenti, s'intendano eſſer caſcati in pena di ſc. 10. per ciaſcuna volta, d' applicarſi al ſudetto Commiſſario generale, & in queſte cauſe no ſiano Giudici li Governatori, o quelli ordinarii de' luoghi, che ſaranno deputati da d. Commiſſario, intendendo però de' danni perſonali, ò ſtudioſi.

10. Item che volendo detto Commiſſario, ſuoi Compagni, o Miniſtri, ſottoappaltare il dett'Offizio in qualſivoglia de' luoghi predetti, poſſi farne patente, e concedere l'iſteſſa autorità, che hà lui dalla Reverenda Camera ſopra detti Offizj, ſervando quanto tocca al giudicare, e condannare, & eſeguire tutto, e per tutto quanto ſi diſpone di ſopra nel precedente ſettimo Capitolo, e con facoltà di mandare eſecutori contro quelli ſotto Commiſſarj, e loro ſicurtà, tanto con quali averà fatto inſtrumento, o contratto di ſotto appalto, o locazione dopò il generale Appalto, nell' iſteſſo modo che fà la Reverenda Camera, Teſoriero, & altri ſuoi Miniſtri per conſtringerli à render conto, & à pagare quello gli ſaranno debitori per cauſa di tale appalto.

11. Item che occorrendo alcuna differenzia, ò controverſia tra li Miniſtri di d. Commiſs., & forſe altri per cauſe dell'eſercizio dell'Offizio predetto, eccettuando però quan-

Onera Cameralia.

Damni dati Vectigal.

to ſi contiene nel ſettimo Capitolo, ſi ordina, che detto Commiſs. Generale ne ſia giudice, ovvero qualſivoglia altro delli Giudici ordinarij della Provincia, o luogo, che ſarà deputato da eſſo, ovvero ne ſia Giudice l'iſteſſa Cam. Apoſt., a'quali ſoli, e non ad altri ſpetti il giudicare dette cauſe; procedendo in eſſe ſommariamente, *& more Camerali*.

12. Item, che occorrendo vederſi cauſe tra detto Commiſs., ſuoi Miniſtri, danni dati, & altri, come di ſopra, ſopra l'intelligenze delli preſenti Capitoli, e Bando, o altro concernente il preſente Appalto, la Rev. Cam. ne ſia tenuta per virtù del preſente Capitolo concedere inibizioni contro qualſivoglia Giudice, etiam Legati de Latere, e ſenza farne propoſta in Camera, in maniera, che per occaſione di detto Appalto non ſia, o poſſi eſſer moleſtato civilmente, o criminalmente, *etiam per modum informativi proceſſus*, ſotto pena di nullità &c. ma il tutto dipenda da eſſa Camera, o Chierico Preſidente da deputarſi, la quale debba ſommariamente, e ſenza tela giudiziaria, come ſi uſa in detta Camera ſpedire dette cauſe per giuſtizia.

13. Item, che detto Commiſs., e ſuoi Miniſtri godano tutti li privilegj, eſenzioni, giuriſdizioni, favori, e grazie, che per l'adietro ſono ſtate conceſſe à ſimili Offiziali per li Statuti, o conſuetudini delli luoghi, e godano tutte le facoltà privilegj, & eſenzioni conceſſe all'Appaltatore delle Salare, e ſuoi Commiſſarj, o qualſivoglia altro Commiſs., o Miniſtro d'eſſa Camera, etiam di portare ogni ſorte d'armi ſolite à portarſi dall'Offiziali della Corte, dandone però nota di eſſi Offiziali, o Miniſtri à ſuperiori de'luoghi, non oſtante qualſivoglia Bando, ò Ordine fatto, o che ſi faceſſe in contrario.

14. Item, che li danni dati s'intendano tanto quelli, che ſaranno dati dalle perſone, quanto quelli, che ſaranno dati dall'animali, & in ogn'altro modo, purche ſiano compreſi nei Statuti, o Capitoli fatti ſopra detti danni dati, come ſopra, e non altrimente, dichiarando, che detto Commiſſario non poſſa eſeguire pene corporali, etiam contenute in detti Statuti, ma che in tal caſo la cognizione della cauſa ſpetti, & apparteng hi al Giudice ordinario de'luoghi, & in caſo di compoſizione, confiſcazione, o commutazione di pena, quella parte di eſſa, che aſcenderà alla ſomma della pena Statutaria, o riformanza, o ſolita da eſigerſi ſecondo l'oſſervanza del tempo preſente da i Giudici, o Offiziali ſpecialmente deputati ſopra i danni dati, e loro pene, s'intenda eſſer applicata al detto Commiſſario, come ſpettante a lui per vigore della ſua deputazione.

15. Item, che non s'intendano compreſi nella ſudetta applicazione fatta di detti danni dati, ne manco nel preſente Bando quelli luoghi, e perſone, che averanno detto dannodato titolo oneroſo, dichiarando, che quelli ſolamente s'intendano avere il danno dato titolo oneroſo, li quali averanno comprato eſpreſſamente, e ſpecificamente con danari contanti le pene de'dannidati dalla Reverenda Cam., e non da altri etiam, che ne aveſſero poi ottenuto conſermazione Apoſtolica, & in caſo, che foſſe conduttore, o dependente di di eſſa Camera, ſi oſſervi quanto ſi diſpone di ſopra nel Capitolo primo, dichiarando, che quelli ancora s'intendano avere il titolo oneroſo, che aveſſero compre le dette pene in danari contanti, come di ſopra, da altre perſone; etiam particolari, a chi prima la Camera aveſſe vendute le dette pene, come di ſopra.

16. Item, che pendente lite, e giudizio ſopra il titolo oneroſo, o vero pretendendo alcuna Communità, o perſona non eſſer compreſa nel preſente appalto, nè eſſer tenuta alle contravenzioni, o pene, come di ſopra, debba effettualmente depoſitare, o vero dar ſicurtà in forma depoſiti di reſtituire, e pagare quel tanto, che gli ſarà pervenuto in mano, o ſarà giudicato dover pagar ſubito finita la lite, e giudizio predetti omni appellatione remota, promettendo però in caſo di attual depoſito detto Commiſſario reſtituire *in eventum ſuccumbentiæ* quel, che li ſarà pervenuto in mano con l'Intereſſe à giudizio della Camera, nè poſſi da qualſivoglia altro tribunale concederſi inibizione, ò monitorio di ſorte alcuna in pregiudizio del detto Appalto, e ſuoi Capitoli, e concedendoſi, nè il Commiſſario, nè ſuoi Miniſtri, ſiano tenuti obedirli.

17. Item, che detto Commiſſario poſſa in virtù delli preſenti Capitoli pigliar di ſua propria autorità, *etiam nomine Cameræ* il poſſeſſo dell'Offizj delli danni dati, e pene di eſſi dette di ſopra, in tutti li luoghi, e Terre dello Stato Eccleſiaſtico *immediatè* ſoggetto alla S. Sede Apoſtolica, come di ſopra, & occorrendo, che detto Appaltatore, o ſuoi Miniſtri foſſero impediti, e che non poteſſero pigliare il poſſeſſo de' luoghi predetti, ò eſſercitare in eſſi dett'Offizio, poſſino detti Appaltatori, e ſuoi Miniſtri intimarlo in Camera, la quale fra 15. giorni doppo l'intimazione, ſia tenuta rimover detto diſturbo, & impedimento, dandoli il braccio, e facendoli le ſpedizioni, & ogni proviſione neceſſaria gratis, di che ſarà richieſta per dar al detto Commiſſario, e ſuoi Miniſtri il poſſeſſo libero, e ſpedito di detto Offizio, e facendoſi dal detto Commiſſario, o ſuoi Miniſtri le debite diligenze per l' eſecuzioni di dette proviſioni, come ſopra, e non ne ſeguendo effetto, ne dandoſeli detta poſſeſſione libera, ſia lecito à detto Commiſſario, e ſuoi compagni, ritenerſi quel tanto, che importerà l'impedimento, e diſturbo predetto, dal dì dell'intimazione predetta.

18. Item, che venendo caſo di guerra, peſte, fame, ò altro, per il quale il preſente Appalto veniſſe in alcun modo dannificato, detto Appaltatore non ſia obligato pagare la detta riſpoſta, ma ſolo quello, che dedotte le ſpeſe legitime ſopra di ciò fatte, le ſarà pervenuto in mano effettualmente, e per il tempo di detto impedimento, ò danno, la Cam. predetta ſia tenuta far buono à detto Appaltatore quella proviſione, che in tal caſo ſi conterrà darli à dichiarazione di eſſa Cam. da farſi di ſei meſi, in ſei meſi.

19. Item

19. Item, à fin che ſi poſſi eſercitare detto Officio, ne ſi commetta fraude alcuna, ordiniamo, & commandiamo, che le Communità di detto Stato Eccleſiaſtico, come ſopra, le quali erano ſolite à conceder guardie per li danni dati, ſiano tenute, & obligate ad oſſervare il ſolito, etiam quanto al ſalario conſueto, à ſpeſe però di detto Commiſſario ſotto pena di ſcud.500. per ciaſcuno, e ciaſcheduna volta, che contraverrà, come di ſopra.

D. Officialis per ſe, vel per alios poſſit officium exercere.

§.14. Item, quod dictus Commiſſarius, & Appaltator hujuſmodi officio uti, frui, potiri, & gaudere, ac de illo dicto decennio durante diſponere, & illud per perſonas idoneas, & ſibi beneviſas ad id eligendas, & prout ſibi videbitur amovendas, & alias loco amotarum hujuſmodi ſubrogandas exerceri facere liberè, & licitè valeat. Decernentes eumdem Appaltatorem durante ejus vita uſque ad decennium prædictum incluſivè, ipſo verò decedente ejus hæredes, & ſucceſſores dicto decennio durante per Nos, aut ſucceſſores noſtros Rom. Pontifices, aut Sedem, vel Cameram Apoſtolicam ab eodem officio amoveri non poſſe, aut debere, ac illud ex titulo merè oneroſo obtinere.

Et durante dict. decennio nec ipſe, nec ejus hæredes moleſtari, aut officio privari poſſint.

§.15. Necnon pro Commiſſarii, & Appaltatoris, ac ejus hæredum, & ſucceſſorum cautela, ſecuritate, & indemnitate, ac præmiſſorum omnium obſervatione, & executione omnia, & ſingula ejuſdem Cameræ bona mobilia, & immobilia, præſentia, & futura omninò obligata exiſtere &c. prout Nos harum ſerie in ampliſſima ejuſdem Cameræ forma cum omnibus, & ſingulis clauſulis, decretis, & cautelis in ſimilibus obligationibus apponi ſolitis, & neceſſariis, ità quod generalitas ſpecialitati non deroget, & è contra ex cauſa, & titulo oneroſo in noſtro Rom. Pontif. verbo efficacitèr obligamus, & hypothecamus.

Pro eorum ſecuritate obligat bona Cameræ.

§.16. Et ſi ullo unquam tempore contigerit, majus pretium dicta ſumma ab aliis pro conſequendo dicto officio reperiri, illud omne, & totum cujuſcumque ſummæ, & quantitatis fuerit, etiamſi dimidiam, vel majorem partem juſti pretii excedat eidem Appaltatori, & Commiſſario, ac ejus hæredibus, & ſucceſſoribus gratioſè, irrevocabilitèr, & perpetuò, etiam donatione inter vivos remittimus, & condonamus.

Eiſq; condonat totū quidquid ultrà locationē conventam reperiri contingeret.

§.17. Ac præſentes ad probationem præmiſſorum ubique, tàm in judicio, quam extrà illud ſufficere, nec alterius rei adminiculum requiri, aut ullo unquàm tempore, quovis prætextu, etiam ex eo, quod aliqui in præmiſſis intereſſe prætendentes vocati non fuerint, nec præmiſſis conſenſerint, aut in eis tractatus diligentiæ, & quæcumque aliæ ſolemnitates, & alia de jure, conſuetudine, vel privilegio, ſeu juxta decreta, ordinationes, aut ſtatuta ejuſdem Cameræ, ac licentias, & conceſſiones Apoſt. ſuper tractatibus, & formis in venditionibus rerum, & bonorum dictæ Cameræ edita; vel aliàs quomodolibet requiſita non intervenerint, aut etiàm enormis, & enormiſſimæ læſionis, ſeù quovis alio defectu notari, impugnari, invalidari, aut ad terminos juris reduci, ſeu in jus, ſeu controverſiam revocari poſſe, ac vim validi, & efficacis contractus inter Nos, & dictam Cameram ex una, & eumdem Commiſſarium, Appaltatorem, & ejus hæredes, & ſucceſſores partibus ex altera, ritè, & rectè initi, & ſtipulati habere, dictamque Cameram, & præfatum Commiſſarium, & Appaltatorem, & ejuſdem hæredes, & ſucceſſores in juribus, & aliis præmiſſis manutenere, & ab omni damno, læſione, liteque, & cauſa, immunes, indemnes, & exemptos conſervandos teneri, & obligatum exiſtere.

Clauſulæ præſervativæ.

ONERA CAMERALIA.

Danni dati Vectigal.

§.18. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam S.R.E.Card., & Cauſarum Palatii Apoſtol. Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quavis auctoritate, ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

§.19. Quocircà Dil. Fil. noſtro Henrico tit. S. Pudentianæ Presbyt. Cardin. Cajetano nuncup. S. R. E. Camerario, & Ven. Fr. Petro Epiſcopo Spoletan. Officiorum Romanæ Curiæ, & Status Eccl. Præſidenti, aliiſque, ad quos ſpectat, & in futurum quomodolibet ſpectabit, & eorum cuilibet per Apoſt. ſcripta Motu ſimili mandamus, quatenus eidem Commiſſario, & Appaltatori, ac ab eo pro tempore ad officii hujuſmodi exercitium deputandis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes per ſeipſum, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque debitæ executioni demandet, ac ab omnibus inviolabilitèr obſervari, eundemque Commiſſarium, & Appaltatorem præfatum omnibus, & ſingulis præmiſſis, ac præſentibus noſtris literis conceſſis perpetuò pacificè frui, & gaudere faciant, atque procurent.

Executorum deputatio, & facultates.

§.20. Necnon quibuſcunque Judicibus, & Notariis, etiam ſub ſententiis, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, ac etiam pecuniariis pœnis eorum arbitrio imponen., & applican. juxtà præſentium Literarum, & in eis contentorum formam inhibeant, & inhiberi faciant, literaſque patentes in forma concedant, non permittentes Commiſſarium præfatum, ac perſonas ad hujuſmodi officii exercitium, ut præfertur, per eum eligendas, & deputandas ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque contrà earumdem præſentium tenorem quomodolibet moleſtari, perturbari, vel impediri.

Iudices Officiales huic faveant.

§.21. Contradictores quoſlibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes per eaſdem ſententias, cenſuras, & pœnas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, omni, & quacunque appellatione penitùs, & omninò poſtpoſita compeſcen. ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Pœnæ in contravenientes.

§.22. Non obſtan. præmiſſis, ac Conſtit., & ordinat. Apoſt., ac regulis Cancellariæ *de non tollendo jure quæſito, & non concedendis gratiis ad inſtar* editis, vel edendis, necnon quibuivis

Clauſulæ derogatoriæ.

Digitized by Google

Onera Cameralia.

Damni dati Vectigal.

buſvis Statutis, Conſuetudinibus, Uſibus, Reformationibus, etiam Juramento, confirmatione Apoſt., vel quavis firmitate alia roboratis; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſt. eidem Cameræ, illiuſque Camerario, Præſidentibus, & Clericis, ac quibuſvis aliis perſonis, Civitatibus, Terris, & locis prædictis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis Clauſulis, & Decretis, etiam vim generalis legis, & Statuti perpetui, ac etiam initi, & ſtipulati contractus inducentibus, & aliàs in contrarium quomodolibet factis, conceſſis, confirmatis, & innovatis, & quantocunque etiamſi longiſſimo, & ab immemorabili tempore obſervatis, & quacunq; præſcriptione roboratis per quoſcunque Rom. Pontifie. Prædeceſs. noſtros, ac etiam Nos, & Sedem præfatam, etiam Motu, ſcientia, & poteſtate ſimilibus, & de Frattum Conſilio, & conſiſtorialiter, ac aliàs quomodolibet, etiam iteratis vieibus, ac pluriès conceſſis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, ac individua, ac de verbo ad verbum, non autem per Clauſulas Generales, idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eorum omnium, & ſingulorum tenores, acſi de verbo ad verbum exprimerentur, & infererentur præſeutibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac viee dumtaxat, harum ſerie ſpecialiter, & expreſsè motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine præfatis legitimè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque cum clauſulis opportunis, & conſuetis.

Tranſumptorum fides.

§.22. Volumus autem, quod earundem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, & Notarii publici manu, ſeu Perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſubſcriptis, illorumque ſigillo munitis, eadem prorſus in judicio, & extra adhibeatur fides, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Fiat Motu Proprio F.

Repetitio clauſularum &c.

ET Cum abſolutione à cenſuris ad effectum &c. Et quod conceſſionis, & diſpoſitionis quarumcunque de Officio antedicto, tam per Nos, quàm per quoſcunque alios Romanos Pontifices Prædeceſs. noſtros, & in favorem quarumcunque Univerſitatum, Communitatum, Terrarum, perſonarumque præfatarum quomodocunq; & ſub quavis forma expeditarum Literarum, etiam Apoſt., necnon quorumcunque Privilegiorum, Indultorum, facultatum, exemptionum, & immunitatum, aliarumque gratiarum Univerſitatibus, Communitatibus, Perſoniſque antedictis, ac earum ſingulis conceſſorum, & indè ſecutorum quorumcunque tenores, emolumentorumque fructuum &c. præmiſſorum per antedictos damnorum datorum officiales nuncupatorum percipi, recuperari, & haberi ſolitorum, ac eis debitorum qualitates, quantitates, denominationes, ac veri, & annui valores, cæteraque præmiſſa habeantur prò expreſſis, ſeu in toto, vel parte exprimi poſſint, & de revocatione, abolitione, caſſatione, annullatione, irritatione, amotione, ſubductione, privatione, ſublatione, ſuppreſſione, voluntate, mandato, decreto, declaratione, diſmembratione, diſjunctione, ſeparatione, applicatione, appropriatione, erectione, conſtitutione, creatione, deputatione, incorporatione, collatione, conceſſione, aſſignatione, arrendatione, locatione, affictione, conſtitutione, obligatione, & hypothecatione, donatione, remiſſione, condonatione, decretis, mandatis, inhibitionibus, derogationibus, aliiſque præmiſſis, quæ hic pro ſigillatim expreſſis, & repetitis ſpecialiter, & expreſsè habeantur ad partem, ut ſupra in forma gratioſa perpetuò latiſſimè exten., & eum opportuna Judicum deputatione, qui aſſiſtant, eum facultate citandi, & ſub cenſuris Eccleſiaſticis, & pœnis inhiben. Contradictores &c. compeſcen. &c. aggravan. &c. etiam invocato &c. quatenus opus ſit auxilio &c. ac dict., ſi opus fuerit, non tamen trium, ac omnium, & ſingular. Conſtitutionum, Regularum, Statutorum, Reformationum, Privilegiorum, Indultorum, Literarumque Apoſtolicarum, aliorumque contrariorum, quorum omnium tenores &c. pro expreſſis habemus derogatione: Et cum decreto, quod omnia, & ſingula in contrarium quomodolibet conceſſa, & quæ præſentium, & deſuper conficien. literarum vim, & effectum quomodolibet impedient, vel impedire poſſent, quæ pro expreſſis, etiam ſi de verbo ad verbum exprimenda forent pro ſublatis, revocatis, caſſis, annullatis, irritis, ac viribus, & effectu carentibus, ac prorſus vacuis habeantur, itaut præſentes, & deſuper conficiendæ literæ ſublatis omnibus præfatis, & quibuſvis aliis impedimentis ſuum realem, integrum, ac totalem effectum ſortiantur, & ſortiri debeant, nec prò eo, quod dict. Communitates, Univerſitates, Perſonæ &c. antedictæ, vel quibuſcumque alii intereſſe habentes, aut prætendentes ad id vocati non fuerint, nec præmiſſis conſenſerint, ac illa nulla legitima Cauſa ſubſiſtente, ſed de facto proceſſerint, ſeu etiam enormis, & enormiſſimæ, ac totalis læſionis prætextu revocari, infringi, impugnari &c. aut adverſus illas, quodcumq; juris, facti, vel gratiæ remedium impetrare, ſeu etiam, quod motu, ſcientia, & poteſtate prædictis concedi &c. non poſſint &c. latiſſimè exten.; necnon perpetui ſilentii deſuper, tàm Communitatibus &c. prædictis, quàm cæteris omnibus, & ſingulis quomodocunque, vel qualitercunque intereſſe, ut præfertur, haben. vel prætenden. impoſitione; Et quod præmiſſorum Omnium, & Singulorum, etiam nominum, cognominum, qualitatum, locorum, temporum, nuncupatorum, denominatorum annexorum, emolumentorum, cæterorumq; præmiſſorum circumſtan., aliorumque neceſſariorum major, & verior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit in literis deſuper expedientibus.

Dat. Romæ apud S. Petrum Non. Aprilis Pont. An. IV. Dat.

Equo-

Equorum Taxæ.

CXLVIII. CONSTITUT.

PAULI PP. IV.

Renovatio Taxæ Equorum aliàs indictæ per Paulum III.

§. 6. Noviſſimè verò ordinavit, ac præcepit, ut Officiales prædicti, decima tantùm hujuſmodi pœnarum, accuſator autem quarta partibus contenti forent: ſed illorum nemo aliàs, quàm de manu Depoſitariorum d. Cameræ ullo modo exigerent, prout in præfatis, & aliis forſan Prædec. noſtrorum deſuper editis Conſtitut. latiùs continetur.

Sed multi in ſpretū dictar. Conſt. d. mulctas ſibi applicabant.

§. 7. Sed quia poſtmodùm ſucceſſu temporis nonulli ex illis, qui in Statu temporali Eccleſiaſt. jus dicunt, varias artes, vel potiùs fraudes excogitarunt, quibus ſalubria hujuſmodi ſtatuta eluderent, & ſub diverſis prætextibus interdum per ſordes, pretio, aut gratia corrupti, criminoſos manifeſtos aut impunè dimitterent, aut mulctas Cameræ Apoſt. debitas interverterent; Interdum verò illos plus æquo opprimentes, non tamen pœnas ab eis exactas prædictæ Cam. reſervarunt, ſed turpi lucro inhiantes, ſibi contra fas retinuerunt: Nos huic malo mederi, & malitiis, quantùm cum Domino poſſumus, obviare cupientes, ac dd. Prædeceſſ. exempla imitati, auctoritate Apoſt. decernimus, & declaramus, omnes, & quaſcunque pœnas pecuniarias, mulctas, & confiſcationes omnium, ſeù cujuſvis partis bonorum inflictas, & infligendas occaſione cujuſvis criminis, exceſſus, maleficii, delicti, vel quaſi, per quoſcunque Præſides, Rectores, Gubernatores, quavis Dignitate etiam Epiſcopali, Archiepiſcopali, vel alia majori fulgentes, etiam S. R. E. Cardinales, & Sedis prædict. de Latere Legatos, eorumque Vicelegatos, Locatenen., Commiſſarios, Poteſtates, & Officiales, qui in quibuſvis Provinciis, Civitatibus, Terris, Oppidis, Caſtris, Villis, & locis noſtræ, & S. R. E. Ditioni temporali ſubjectis, quomodolibet juriſdictionem exercent, tum per ſententias, decreta, proceſſus, tum etiam per viam ſupplicationum, remiſſionum, abſolutionum, liberationum, condonationum, compoſitionum, gratiarum, abolitionum, ſeù caſſationum proceſſuum ab ipſis pro tempore conceſſarum, tam ex juris communis diſpoſitione, quàm juxtà tenorem quaruncunque Apoſt., aut etiam Ægidianarum Conſtit., & Ordinat., vel ſtatutorum, & conſuetudinum cujuſvis Provinciæ, Civitatis, aut loci particularium, aut in vim edictorum, decretorum, bannimentorum, ab iiſdem Officialibus, ſeu eorum Anteceſſ. promulgatorum Cam. Apoſt. realitèr, & cum effectu perpetuò applicatas eſſe, & fore, ipſique Cameræ, non autem quibuſvis Communitatibus, Univerſitatibus, aut perſonis integrè deberi (pœnis dumtaxàt ratione damnorum in agris, vineis, poſſeſſionibus, nemoribus, ſilvis, pratis, aut quibuſvis prædiis illatorum exceptis) quæ ſi cui Communitati, aut Univerſitati applicatæ ſunt, quicquam circa eas innovare, nequaquàm intendimus.

Ideò Pontif. hic omnes mulctas, & pœnas maleficiorum R. C. A. applicat.

(Pœnis damnorum dumtaxat exceptis.)

§. 8. Præmiſſa verò omnia locum habere volu-

Digitized by Google

ONERA CAMERALIA.

Maleficiorum Pœnæ

Etiam in locis immediatè ſubjectis.

volumus etiam in iis Terris, Oppidis, Burgis, Caſtris, Villis, & Locis, quæ alicujus alterius Civitatis, aut Terræ Communitati, vel Univerſitati, non autem immediatè Romano Pontifici ſubſunt.

Communit., & aliis dictas pœnas eis deberi prætenden. terminũ, ad id proban. præfigit.

§.9. Cæterum volumus, ut quæcunque Communitates, Univerſitates, Collegia, aut perſonæ, etiam Eccleſiaſticæ quavis dignitate fulgentes, aut eorum Magiſtratus, pœnas, compoſitiones, aut mulctas prædictas, ſeu illarum portionem aliquam quovis titulo, etiam oneroſo, occaſione, vel cauſa, etiam juſtiſſima, & pro reparatione, ac refectione, & fabrica, vel conſervatione murorum, Pontium, Viarum, Fontium, ac cujuſlibet publici boni, vel Pii Loci Eccleſiæ, aut hoſpitalis intuitu, aut aliàs quomodolibet, ſibi deberi, vel applicatas eſſe prætendentes, debeant omninò intra duos menſes à die publicationis præſentium literarum in Romana Curia faciendæ computandos, conceſſiones, & applicationes prædictas, ſuaque jura, & privilegia quæcunque habent, in Camera Apoſtolica exhibere, deducere, & allegare: Quæ quidem Camera, ſi ipſas conceſſiones validas ex oneroſo titulo, vel ex urgentiſſima cauſa factas eſſe cognoverit, & judicaverit, poſſit eas ad tempus, quod ipſi Cameræ neceſſarium videbitur, confirmare, ſeu de novo concedere, & ſucceſſivè Depoſitario ejuſdem Cameræ in Provincia, ſeu Civitate, in qua conceſſio hujuſmodi facta, & approbata fuerit reſidenti, ſpecialiter, & in ſcriptis committere, & mandare, ac ſpeciale mandatum deſuper opportunum relaxare, ut pœnæ ipſæ, mulctæ, & compoſitiones hujuſmodi, earumve pars ipſi Cam. beneviſa, dictis Communitatibus, & Univerſitatibus, ſeu Collegiis, & perſonis ſolvantur, quas nimirum de manibus Depoſitarii prædicti, & præcedente ſpeciali mandato, nec aliàs exigere poſſint, aut debeant.

Quo elapſo &c. omnes cõceſſiones pœnarum eis factas, annullat.

§.10. Revocantes, & annullantes omnes, & quaſcunque conceſſiones, applicationes, & aſſignationes dictarum mulctarum, pœnarum, & compoſitionum, quibuſvis Communitatib., Univerſitatibus, Collegiis, Perſonis, etiam Eccleſiaſticis ex titulis etiam oneroſis, aut cauſis prædictis, vel aliis etiam juſtiſſimis factas, quæ intra tempus ſupradictum, ut præfertur, in Cam. Apoſtol exhibitæ, & productæ, aut deinde ab eadem Camera approbatæ, & innovatæ non fuerint, etiamſi ſæpius per lit. Apoſt. à quibuſcunque Prædeceſs. noſtris approbatæ, & innovatæ ſint, ipſæque Communitates, Univerſitates, & Collegia in pacifica quaſi poſſeſſione illas exigendi ab immemorabili tempore exiſtant, & Cam. Apoſt. eas nunquam exegerit.

Officialib. etiã prohibet, ne pœnas in eorum ſententiis, &c. alteri, quàm Cam. Apoſt. applicent.

§.11. Districtè verò interdicimus, & prohibemus, ne impoſterum quicunque Præſes, Rector, aut Gubernator, quavis etiam Cardinalatus auctoritate, & dignitate præfulgens, aut Sedis prædictæ Legatus, Vice-Legatus, Locumtenens, aut Officiales ex ſupradictis quovis prætextu, occaſione, vel cauſa, etiam maximè rationabili, legitima, juſtiſſima, & urgentiſſima, tam in ſententiis, proceſſibus, decretis, bannis, proclamationibus, edictis, quàm in ſupplicationibus, gratiis, remiſſionibus, abſolutionibus, abolitionibus, aut caſſationibus proceſſuum ab ipſorum quolibet editis, vel edendis, pœnas, mulctas, aut compoſitiones, occaſione maleficiorum, vel quaſi, ab ipſis reis perſolvendas in pecunia numerata, vel in bonis mobilibus, immobilibus, aut ſe moventibus cujuſvis generis, qualitatis, quantitatis, etiam minimę exiſten. in totum, vel in parte, etiam minima, aliàs, quàm Cam. Apoſtolicæ prædictæ concedere, aut applicare, vel aſſignare quoquomodo audeant, vel præſumant: Quam ob cauſam univerſas, & ſingulas pœnas, mulctas, & compoſitiones prædictas non poſſint, nec debeant ullo modo ſolvi, exburſari, tradi, aut conſignari facere in manibus alterius perſonæ, quàm Theſaurarii, ſeu Depoſitarii Cam. prædictæ in qualibet Provincia reſidentis, ſeu ad majorem partium commoditatem, in manibus Vicedepoſitarii, ſeu Vicetheſaurarii in qualibet Civitate, & loco deputandi: Sed neque etiam valeant Gubernatores, & Officiales prædicti, etiam S. R. E. Cardinales, aut Fiſci Procuratores, vel accuſatores, propria auctoritate retinere, aut à partibus exigere portionem, aut ratam ex hujuſmodi mulctis ſibi debitam, verùm integrè, & ſine aliqua diminutione exburſari, tradi, ſolvi, & conſignari debeant in manibus Theſaurarii, Depoſitarii, aut ſubſtituti prædicti, ex quorum manibus, nec aliàs Gubernatores, Officiales, Fiſci Procuratores, & accuſatores eas recipiant.

Nec aliis perſonis, quam Depoſitariis ſolvi, neque aliquam earũ partem per Officiales retineri poſſe decernit.

§.12. Quòd ſi, vel pœnas ipſas aliàs, quàm Cameræ Apoſt. applicaverint, vel propria auctoritate, & non de manibus prædictis exegerint, tàm Gubernatores, Officiales, & alii prædicti, etiam S.R.E. Cardinales, quàm Procuratores Fiſci, & accuſatores, & ipſorum quilibet contravenientes Officiis per eos obtentis ipſo facto, abſque alia declaratione, aut miniſterio Judicis privati, & ad illa, & alia de cætero obtinenda perpetuò inhabiles, & incapaces exiſtant, & inſuper pœnam 300. ſcut. pro qualibet vice Cam. Apoſt. ſolvendorum eo ipſo incurrant.

Contravenientibus pœnas hic deſcriptas imponit.

§.13. Verùm hujuſmodi prohibitionem, & interdictum ita extendimus, ut neque etiam ipſi delinquentes, aut rei, vel alii quicunque, contra quos per viam Inquiſitionis, accuſationis, denunciationis, aut querelæ procedi cœptum fuerit, tam ſi condemnati, quàm ſi abſoluti extiterint, pœnas, aut mulctas pecuniarias, vel alias res, ad quas ſolvendas in quibuſvis condemnationibus, abſolutionibus, decretis, proceſſuum caſſationibus, ſeu abolitionibus, vel ſupplicationibus, ipſos, aut alios pro eis mulctari contigerit, in alterius, quàm Theſaurarii, ſeu Depoſitarii, aut ſubſtitutorum prædictorum manibus ſolvere, aut tradere poſſint, vel debeant, etiam ſi in ipſis ſententiis, abſolutionibus, abolitionibus, decretis, aut ſupplicationibus aliter reſcriptum exiſtat.

Delinquentib. &c. prohibet, ne aliis, quàm Theſaurariis &c. pęnas ſolvant, etiam ſi aliter in ſententiis eſſet reſcriptum.

§.14. Alioquin ſi in aliorum manibus eas ſolverint, prædictæ ſententiæ, & gratiæ, quo ad ea, quæ illorum favorem, & commodum concernunt, eo ipſo nullæ, inanes, & irritæ, nul-

Alioquin ſententiæ, & gratiæ nullæ eſſent, & pęnam ſcut. 25. incurrent.

nulliuſque roboris, vel momenti ſint, & tam ipſi rei, quàm qui pro eis ſolverit, qualibet vice pœnam 25. aur. incurrant. Contra verò (ſi maluerint) prædictis Theſaurariis, Depoſitariis, aut eorum ſubſtitutis ſolvere, quàm eis perſonis, quibus forſan ſolvere juſſi fuerint, benè, & rectè ſolviſſe, eorumque gratiæ, abſolutiones, & ſupplicationes integrum, & plenarium effectum ſortitæ cenſeantur, iiſque plenè ſuffragentur.

Officiales ſupplicationes ab eis ſignandas Theſaurariis conſignent, & ſupplicantes infr. dictas pœnas ſolvāt, alioquin gratiæ nullæ erunt.

§.15. Mandamus prætereà omnibus, & ſingulis Legatis, Gubernatoribus, & aliis Officialibus ſupradictis, ſub pœnis prædictis per inobedientes eo ipſo incurrendis, ut quilibet eorum eum primùm ſupplicationes ſignaverit, & taxaverit illas in manibus Theſaurarii, vel Depoſitarii, aut ſubſtituti hujuſmodi conſignet, à quibus ſupplicantes intra decem dies à die datæ ipſarum ſupplicationum numerandos, ſoluta integrè ſumma, & taxa in eis deſcripta, illas exigere omninò teneantur: Alioquin lapſis decem diebus prædictis gratiæ nullæ, irritæ ipſo facto exiſtant.

Officiales &c. ſupplicationes in acta referant, & proceſſus ante quam eis conſtet, pœnas Theſaurario ſolutas fuiſſe, non caſſent ſub pœna ſc.25. aur.

§.16. Legati verò, Gubernatores, & alii Officiales prædicti, eorumque Cancellarii, aut Notarii ſupplicationes ipſas regiſtrare, & in acta referre, proceſſuſve caſſare, vel abolere non præſumant, niſi prius in calce ſupplicationis fidem ſolutionis jam factæ manu dd. Theſaurarii, Depoſitarii, aut ſubſtituti, ſubſcriptam viderint: ſi ſecus fecerint, 25.aur., & aliis arbitrio ſuperiorum imponendis pœnis plectantur.

Officiales, & Barócelli bona, quæ carcerati tempore carcerationis deferebant, iiſdem Theſaurariis conſignent, ad effectū hic expreſſum.

§.17. Omnia autem, & ſingula bona mobilia, gemmas, pecunias, & alias res cujuſvis generis, qualitatis, quæ perſonæ ex quavis cauſa criminali in carcerem ductæ, tempore carcerationis penes ſe geſtaverint, ac item ea, quæ banniti, condemnati, homicidæ, & latrones tempore, quo apprehenduntur penes ſe ſimiliter habuerint (archibuſiis, & aliis offenſivis armis tantùm exceptis) ac denique ea, quæ contra prohibitiones, & banna in fraudem deprehenduntur, & capiuntur, ſtatim prædicti Gubernatores, & alii Officiales, eorumque Locatenentes, Barigelli, executores, cuſtodes carcerum, & Cancellarii in manibus eorundem Theſaurarii, Depoſitarii, aut ſubſtituti tradere, & conſignare debeant: aliàs ipſi Gubernatores, & Officiales 200., Barigelli verò, Executores, Cancellarii, & alii præd. 50. aur. pœnas qualibet vice incurrant. Quæ quidem bona, pecunias, & res dicti Theſaurarii, Depoſitarii, aut ſubſtituti, depoſiti nomine tamdiù apud ſe conſervent, donec ipſi carcerati abſolvantur, aut eorum Domini inveniantur.

§.18. Quod ſi carceratos condemnari, & veros Dominos intra unius menſis ſpatium à die condemnationis non reperiri contingat, ſint cuncta, & ſingula eo ipſo Cameræ prædictæ appropriata, & applicata, eaque ipſius Cameræ nomine Theſaurarii, Depoſitarii, aut ſubſtituti prædicti illa præſcribere, haſtæ ſubjicere, & plus offerenti vendere, & precium eidem Cameræ acceptum ferre teneantur.

Notarii &c. Librum Computorū ejus, quod exigitur, retinere debeant.

§.19. Mandantes notariis actuariis Indicum illorum locorum, in quibus Theſaurarii, aut alii miniſtri ad rationes ejuſdem Cameræ retinendas, pecuniaſque exigendas deputati fuerint, ad hoc, ut de his omnibus emolumentis certa ratio in Camera prædicta reddi, & haberi poſſit, ut librum rationum, & computorum ejuſdem Cameræ proventuum diſtinctum, & ſeparatum teneant, illumque in Camera annis ſingulis, quando eorundem computorum quietantia, & ſolidatio, ut moris eſt, fiet, præſentent ad hoc, ut certa de omnibus prædictis haberi ratio poſſit: Quòd ſi librum prædictum non tenuerint, vel non verum, & integrum, illum ad omnia Cameræ prædictæ damna, & intereſſe, quæ ex præmiſſis pati contigerit, teneri volumus, & mandamus.

Onera Cameralia.

Maleficiorum Pœnæ.

In cauſis criminalibus Officiales non poſſint reos abſolvere &c. niſi per ſententias &c. cum adnotatione ſummæ à reis ſolvendæ, cōdemnationeſque in pecunia tantùm fieri debeant.

§.20. In omnibus verò cauſis criminalibus, aut civilibus, in quibus criminaliter agitur gravibus, aut levibus, in quibus pœna ordinaria, aut extraordinaria, vel arbitraria, ſeu pecuniaria imponenda veniat, Legati, Gubernatores, Rectores, aut alius quicunque ex ſupradictis Officialibus reos abſolvere, rehabilitare, vel eis gratiam facere, aut pœnam, ejuſve partem aliquam remittere, aut condonare in quantum ipſius jus dicentis auctoritas ſe extendet, non alio modo poſſit, aut debeat, niſi per ſententiam abſolutoriam in cauſis gravioribus, aut per decretum vim abſolutoriæ ſententiæ habens in levioribus, aut per ſupplicationem ab ipſo jus dicente ſignatam. In quibus ſententiis, decretis, & ſupplicationibus teneantur iidem Gubernatores, & alii Officiales adnotare integrè totam ſummam pecuniæ, quam à reis ſolvi debere taxaverint, declaraverint, aut damnaverint: Eaque condemnatio, & taxa in pecunia numerata, ut præfertur in manibus Depoſitarii, Theſaurarii, aut ſubſtituti ſolvenda, nec aliàs, in alia re, vel ſpecie fieri debeat. Omnes autem abſolutiones, rehabilitationes, reſtitutiones, remiſſiones, gratiæ, quæ per ſimplicem proceſſus caſſationem, vel abolitionem, aut alio modo, ſine ſententia, decreto, aut ſupplicatione fient, eo ipſo nullæ, invalidæ, ac nullius roboris, vel momenti ſint, & cenſeantur, & quilibet Gubernator, aut Officialis contraveniens, qualibet vice 200. aur. pœnam incurrat.

Fiſcus, vel Theſaurarius loci citetur in dd. cauſis.

§.21. Quoad ipſas verò ſententias, & decreta, tàm merè abſolutorias, & gratioſas, quàm mixtas, ſemper antequàm ferantur, Procurator Fiſci, aut ejus ſubſtitutus, ſi in eo loco reſideat, aliàs ſaltem Theſaurarius, aut Depoſitarius, vel ſubſtitutus prædicti perſonalitèr citari debeant, quorum unuſquiſque, ſi eaſdem abſolutiones injuſtas putaverit, debeat in actis proteſtari: & abſque citatione prædicta, ſententiæ, & decreta hujuſmodi ipſo jure nulla, invalida, nulliuſque roboris exiſtant.

Conſuetudines, & ſtatuta quæcunque, quoad pœnas, & cauſas criminales à Pau'.IV., & ſucceſſ. ſimpliciter confirmata, vel cum clauſulis hic expreſſis, irrita ſint, & nulla.

§.22. Inſuper omnia, & quæcunque ſtatuta, decreta, conſuetudines, etiam inveterata, & à longiſſimo, atque immemorabili tempore obſervata, cujuſvis Provinciæ, Civitatis, Terræ, aut loci Status noſtri prædicti, de cauſis criminalibus, aut civilibus, in quibus criminalitèr agitur, deque pœnis ratione delictorum, aut maleficiorum quorumcunque (damnis in agris illatis tantùm exceptis) quomodolibet diſponentia, quæ à fel. rec. Paulo PP. IV., aliiſque poſt eum uſque ad noſtra tem-

ONERA CAMERALIA.

Maleficiorum Pœnæ

tempora, à noſtris Præd., aut à Nobiſmetipſis in ſpecie expreſsè, & nominatim, ac ſimpliciter, purè, abſolutè, & abſque aliqua conditione, reſervatione, aut reſtrictiva, confirmata non fuerint, ipſo jure, & in vim præſentis Conſtit. antiquata, abrogata, ac irrita, & nulla effecta ſint, & cenſeantur. Ac pariter ea, quæ ab ipſomet Paulo IV., & aliis uſque ad noſtri Pontificatus tempora Succeſſ. cum aliqua conditione, videlicet, dummodò juſta ſint, & rationabilia, vel juri communi, & rationi non repugnent, vel quatenus ſint in uſu, & Sac. Conciliis, & Canonibus non ſint contraria, vel cum aliis ſimilibus, vel diſſimilibus clauſulis, & limitationibus comprobata extiterint, ſimilitèr quoad dd. cauſas, & pœnas nulla, & irrita decernimus, & declaramus.

§.23. Ita ut neque Gubernatores, & cæteri Officiales ſupradicti ea obſervare, aut juxtà illa judicare, aut decernere debeant, ipſiſque Officialibus quæcunque juramenta, de illis obſervandis præſtita, vel forſan præſtanda, ex nunc eo ipſo relaxamus, eoſque impoſterum ad juramenta hujuſmodi præſtanda adſtringi nolumus.

Officiales in cauſis criminalibus, in primis ſervēt conſtit., & illis ceſſan., ſtatuta locorū, & deindè cōſtit. Marchiæ, & in reliquis banna, & edicta.

Conſtitut. Marchiæ confir. Paul. III. in Conſt. 39. fol. 435. bull. vet.

§.24. Declarantes quod in futurum in omnibus Provinciis, Civitatibus, Terris, & locis Status noſtri prædicti, quicunque Gubernatores, etiam Cardinales, & Legati prædicti, aut alii Officiales, teneantur in primis, & ante omnia, quoad cauſas criminales prædictas Conſt., Ord., & lit. Rom. Pontificum noſtrorum Præd., atque noſtris, & in caſibus, in quibus ipſæ nihil diſponunt, ſtatutis locorum, ſi, ut præfertur, validè, & efficacitèr confirmata fuerint, inviolabiliter inhærere, & parere: quod ſi ea valida non extiterint, debeant judicare, procedere, abſolvere, condemnare, & ſententias ferre juxtà tenorem Conſtitutionum Provinciæ Marchiæ à bo. me. Paulo Papa III. ſimiliter præd. noſtro per ejus ſub dat. die x. Septemb. Pontif. ſui an. X. expeditas lit. confirmatarum, quas Pauli III. præd. noſtri lit. per præſentes approbamus, & innovamus. In reliquis verò banna, & edicta in ipſis Provinciis, Civitatibus, & locis pro tempore publicata obſerventur.

Decemque pro centenario ex pœnis, & mulctis dūtaxat percipere valeant, nisi minor portio non ſit aſſignata.

§.25. Legati autem, Vicelegati, Gubernatores, Locatenen., & alii ſupradicti Officiales non ultrà 10. pro centenario ex compoſitionibus, condemnationibus, pœniſque, & mulctis prædictis occaſione maleficiorum, ſeu bannimentorum provenientibus exigere valeant; Revocantes, & annullantes quæcunque ſuper hoc in contrarium edicta, ordinationes, privilegia, indulta, niſi forſan in illis portio minor, quàm decem prædictorum aſſignaretur. Nam iis in hac parte nequaquàm derogare intendimus, ſed illa potiùs harum ſerie confirmamus, & innovamus. Ultra verò taxam eorundem decem pro centenario à partibus, vel aliis perſonis quicquam emolumenti, aut pecuniæ quovis prætextu, quæſito colore, vel ingenio directè, vel indirectè recipere, etiam ſponte oblatum, nullo modo præſumant.

Fiſcus etiam vigeſimam, & accuſator quartam partē ſimili modo percipere poſſint.

§.26. Sed, & Procurator Fiſci, ſi aderit, vigeſima, & Accuſator, ſi intervenerit, quarta parte prædicta, juxta Pii IV. Præd. Conſtit. ſuperiis expreſſas contenti eſſe debeant, & nihil præterea, vel minimum petant, exigant, aut accipiant, eæque omnes portiones judicis, procuratoris, & accuſatoris ſemper de manu Theſaurarii, aut Depoſitarii, vel ſubſtituti, ut præfertur, exburſeutur; ipſeque Theſaurarius, Depoſitarius, aut ſubſtitutus, portiones Procuratorem Fiſci, aut Accuſatorem tangentes, non alitèr ſolvant, niſi de expreſſo mandato Gubernatoris, aut Officialis in ſcriptis obtento, quod unà cum Chirographo recepti penes ſe retineant.

Theſaurarii, nec aliter portiones prædictas ſolvere, nec dd. pœnas in alios uſus exigere poſſint.

§.27. Poſtremò dicti Theſaurarii, Depoſitarii, aut ſubſtituti quamlibet, vel minimam pecuniarum ſummam ex dd. confiſcationibus, & maleficiis provenientem, etiam de mandato, & juſſione expreſſa dd. Legatorum, Gubernatorum, & Officialium, cuiquam perſonæ ſolvere, aut in quoſcunque uſus erogare ullo modo nequeant, præter ſupradictam portionem, & præter impenſas ſolitas ad exercitium, & uſum juſtitiæ neceſſarias, pro quibus ſolvendis qualibet vice mandatum ſpeciale ab ipſis Gubernatoribus, ſeu Officialibus ſubſcribendum expectent. Quinimò extra caſus prædictos nullam pecuniarum ſummam expendere queant, niſi de mandato expreſſo Congr. Conſultæ negotiorum d. Status, aut S. R. E. Camerarii, vel Generalis Theſaurarii, aut Commiſſarii præd. Cameræ: ſi ſecus ſolverint, de ſuo erogaſſe cenſeantur, & in reddendis rationibus id eis computari nequaquam debeat.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

§.28. Decernentes ſic in præmiſſis per quoſcunque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis alitèr judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & deffiniri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.29. Non obſtant. præmiſſis, ac quibuſvis aliis Conſtit., & Ordinat. Apoſt., ac etiam juramento, confirmatione Apoſt., vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, etiam antiquiſſimis, necnon privilegiis, indultis, & lit. Apoſt. quorumcunque tenorum exiſtant, & qualibet alia d. Sedis indulgentia, & conceſſione ſpeciali, vel generali, per quam earundem præſentium effectus impugnari, aut impediri quocunque modo valeat, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda eſſet in noſtris lit. mentio ſpecialis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Exemplis fides adhibeatur.

§.30. Ut autem præſens Conſtitutio perpetuis futuris temporibus obſervetur, neque aliquis ejus ignorantiam prætendere, ſeque excuſare poſſit, volumus, ut ejus exemplis etiam impreſſis notarii publici manu ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus adhibeatur fides in judicio, & extra, quæ adhiberetur ipſis originalibus literis, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Compendiū in qualibet Civitate publicetur, & affixū retineatur, & officiales in ingreſ-

§.31. Ipſumque tranſumptum in qualibet Civitate, Terra, Oppido, Caſtro, Villa, aut Burgo Status noſtri prædicti, & ut meliùs intelligatur, ejus compendium, ſeu ſummarium vulgari lingua conſcriptum affigatur, & publi-

cetur

ſu hanc Cōſt. ſervare jurēt, & in eorum ſyndicatu cōtra eos pro tranſgreſſionibus ejuſdem procedatur.

cetur, ac tam ipſius Conſtitutionis, quam ſummarii tranſumptum in Cancellariis criminalibus, & in locis reſidentiæ Gubernatorum, & Officialium affixa perpetuò conſerventur, & in ingreſſu novi Legati, Vice-Legati, Gubernatoris, aut cujuſlibet Officialis ejus loci Magiſtratus teneatur, ab eo intra biduum de ea obſervanda jusjurandum exigere; In diſceſſu autem, ſeu Syndicatu eorumdem Legati, Vice-Legati, Gubernatoris, & Officialium, non ſolùm debeant Procuratores Fiſci, & Theſaurarii, ſeu Depoſitarii, aut Subſtituti, nomine Cameræ querelam exhibere, & denunciare contraventiones, & tranſgreſſiones hujus Conſtitutionis, ab iiſdem Gubernatoribus, & Officialibus factas, ſed liceat cuilibet de Populo id efficere. Quod ſi ipſis ſyndicis ex rei inſpectione, aut alia legitima probatione conſtiterit, de ipſa contraventione, aut tranſgreſſione, teneantur ſub pœna 500. aureor. per quemlibet ſyndicum inobedientem eo ipſo incurrenda, ad executionem pœnarum in eadem noſtra Conſtit. contentarum, ſine ulla mora, aut dilatione procedere,

Sanctio pœnalis.

§.32. Nulli ergò &c. Si quis autem &c.

Dat.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, An. Dom. 1588., Id. Martii, Pont. An. IV.

CLXVI. CONSTITUT.

PAULI PP. V.

Confirmatio, & Declaratio præcedentis Conſtitutionis Sixti V. ſuper Pœnis, & Confiſcationibus Status Eccl., illarumque ſolutione Cameræ Apoſt. debita, & forma de cætero in illis perpetuò ſervanda.

Ed. an. Dom. 1615. die 18. Dec. in bull. nov. in ord. ſa 88.

PAULUS PP. V.

Motu proprio &c.

Exordium.

IN SUPREMA Beati Petri Sede (meritis licèt imparibus) à Domino conſtituti, muneris noſtri eſſe cernimus, ut inter Paſtorales curas Populorum noſtræ, & S. R. E. Ditioni in temporalibus ſubjectorum, recto regimini noſtram ſolicitudinem impendamus, ac etiam provideamus, & juribus Cam. noſtræ Apoſt. conſulatur, nec ex iis, qui irrepere ſolent abuſus, ipſa Cam. Apoſt. aliquod patiatur detrimentum, ut quæ propterea ſedula meditatione à Rom. Pontificibus Prædeceſſorib. noſtris ſalubriter conſtituta, & ordinata fuiſſe comperimus, quo inviolabiliùs obſerventur, confirmemus, & innovemus, noſtræque anctoritatis munimine roboremus, aliaque diſponamus, quæ in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.

Sixt. V. bullā edidit ſuper pœnis maleficiorū, quam hab. in præcedēt.

§.1. Alias ſiquidem accepto per fel. recor. Sixtum PP. V. Præd. noſtrum, quod &c.

Omittitur tenor hujus Bullæ, quia habes in præced.

Clem. VIII. illam confirmavit.

§.2. Quæ quidem Conſtit. poſtmodum per rec. mem. Clem. VIII. etiam Præd. noſtrum, per ſuam Motus proprii Cedulam ſub die 22. menſ. April. An. Dom. 1592. public., & affixam, confirmata fuit.

§.3. Cum autem, ſicut accepimus, ſucceſſu temporis, ut humana fert conditio, Conſtit., & Motus proprios hujuſmodi, culpa etiam eorum, qui in eodem Statu noſtro temporali juriſdictionem exercent, per eoſdem, ac forſan graviores abuſus eludantur, pœnæq; mulctæ, & confiſcationes dict. Cameræ debitę ſimiliter intervertantur, & alia incommoda, forſan etiam cum delictorum impunitate, enaſcantur.

ONERA CAMERALIA.

Maleficiorum Pęnæ.

Hic Pont. dd. Conſt. iterùm confirmat.

§.4. Nos his malis opportuna remedia adhibere, eaque de medio tollere, ac d. Cam. noſtræ indemnitati conſulere cupientes, Motu proprio, non ad alicujus Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia noſtram Conſtitutionem prædictam, omniaque, & ſingula in ea contenta, auctoritate Apoſt. tenore præſentium confirmamus, approbamus, & innovamus, eamque inviolabilis firmitatis robur obtinere, & inviolabiliter obſervari perpetuis temporibus debere, conſtituimus, & ordinamus.

Et illius obſervantiam diſtrictè præcipit.

§.5. Et nihilominus Dil. Fil. noſtris, & Apoſt. Sedis in Provinciis ejuſdem Status noſtri de Latere Legatis, tenore præſentium injungimus, eorumque Vice-Legatis, Præſidibus, Rectoribus, Gubernatoribus, Locatenentibus, Prætoribus, Vicariis, Notariis, Cancellariis, & Scribis, aliiſque Official. omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, præcipimus, & mandamus, ut eandem Conſtitutionem inviolabiliter, & ad unguem ſub pœnis in ea contentis, & aliis infraſcriptis obſervent, exequantur, & adimpleant.

Officialeſquè in ingreſſu jurare obſervātiam d. bul., & hujus Conſt., & abſq; conſenſu Theſaurariorum ſupplicationes, &c. non recipere.

§.6. Præterea Motu, ſcientia, deliberatione, & auctoritate paribus, decernimus, & ordinamus, quod Vice-Legati, Præſides, Rectores, Notarii, Cancellarii, cæterique Officiales prædicti nunc, & pro tempore exiſten., cum primùm ſe ad eorum Officia exercenda contulerint, teneantur expreſsè jurare, & in juramento deſuper præſtando declarare ſe Sixti Prædeceſſ., ac præſentem Conſtitution. noſtram in omnibus, & per omnia ſub pœnis in ea, & noſtra reſpectivè contentis, & expreſſis inviolabiliter, & ad unguem obſervaturos, nec illis ſub quovis prætextu, quæſito colore, cauſa, vel ingenio contraventuros: quodque nec ipſi, minuſque pro tempore exiſtentes noſtri, & dictæ Sedis Legati, nullo prætextu, titulo, jure, cauſa, & forma ſupplicationes hujuſmodi, ipſi, vel eorum alicui pro tempore porrigendas, dandas, vel dimittendas taxare, & ſubſcribere, compoſitioneſque facere, decretaque quovis modo gratiam, ſeu remiſſionem pœnæ, ſeu delicti directè, vel indirectè concernentia, interponere, eaſve, & illas regiſtrare, & in acta referre, proceſſuſque, tam per viam ſupplicationum decretorum hujuſmodi, quàm gratiæ, compoſitionis, ſeu tranſactionis, vel remiſſionis, & ſimilium, caſſare, & abolere non poſſint, neque valeant, niſi prius Theſaurarii, aut jurium, ac proventuum dict. Cameræ Conductores, vel pœnarum depoſitarii, ſeu eorum ſubſtituti juxta diſpoſitionem, tenorem, & formam inſtrumentorum Cameralium cum eis celebratorum, expreſsè ſupplicationibus, decretis, gratiis, compoſitionibus, tranſactionibus, & aliarum perſonarum remiſſionibus, abolitio-

Onera Cameralia.

Pro Munimine Urbis, & locor. Stat. Eccleſ. impoſitiones.

nibus, & ſimilibus decretis deſuper faciendis conſenſerint, illorumque conſenſum ante aliquam aliam ſubſcriptionem in calce dictarum ſupplicationum, ſeu decretorum, vel abolitionum, aut etiam ad partes, etiam propria eorum manu ſubſcript. præſtiterint.

Aliterque receptas, & ſignatas gratias, & ſupplicationes irritat.

§.7. Alioquin compoſitiones, decreta, abolitiones, regiſtrationes, caſſationes, & alia quæcunque, contra præſentium noſtrarum, dict. Inſtrumentorum Cameralium, & capitulorum in eis appoſitorum formam, continentiam, & tenorem, deſuper facienda, & demandanda, nulla, & irrita, nulliuſque roboris, & momenti ſint, & eſſe cenſeantur, prout ex nunc illa Motu, ſcientia, & poteſtate paribus caſſamus, revocamus, & annullamus, viribuſque, & effectu evacuamus, ac delinquentibus, & condemnatis, & aliis quibuſcunque, in proceſſibus, aliiſque actis, deſuper pro tempore faciendis, vocatis, & comprehenſis, ſeu aliàs intereſſe quomodolibet habentibus, nullatenus decernimus prodeſſe; quinimò contra eos pro pœnis incurſis, & ſeu in ſententiis contra ipſos latis, ac promulgatis, & in progreſſu temporis ferendis, & promulgandis contentis, procedi poſſit, & valeat, non ſecus ac ſi compoſitiones, abolitiones, decreta, ſupplicationes, & alia prædicta minimè emanaſſent, ſeu acta fuiſſent.

Officialibus contravenientibus pœnas infligit.

§.8. Et nihilominus Vice-Legati, Præſides, Rectores, Notarii, Cancellarii, cæterique Officiales omnes, qui ſecus fecerint, indignationis noſtræ, & pro tempore exiſtentis Rom. Pontificis, ac mille ducat. auri, ac alias etiam graviores, arbitrio noſtro, & ejuſdem Romani Pontific. pœnas incurriſſe, & incidiſſe intelligatur, & ad illorum ſolutionem cogi omninò poſſint, ac debeant.

Compendia harum Conſt. vulgari ſermone cõſcripta affigi jubet, & affixa retineri.

§.9. Cæterum, ut præſentes perpetuis futuris temporibus obſerventur, neque aliquis earum ignorantiam prætendere, allegare, aut ſe excuſare poſſit: Volumus, decernimus, & mandamus, quod earundem præſentium tranſumptis, & ut melius intelligantur ipſarum compendia, ſive ſummaria, vulgari ſermone conſcripta, & annotata in ſingulis Civitatibus, Terris, Oppidis, Caſtellis, Villis, & Burgis Status noſtri affigantur, & publicentur, ac tam præſentium, quàm ſummarii tranſumpta in Cancellariis Criminalibus, & in locis reſidentiæ Gubernatorum, & Officialium affixa perpetuò ſub pœna ſcut. 200. d. Cam. applicand. conſerventur.

In deputationibus Legatorum eandem Conſtitut. obſervantiam jungi jubet.

§.10. In novorum autem Legatorum prædictorum à Nobis, & Succeſſ. noſtris pro tempore eligendorum, & deputandorum, deputationibus, ac literis deſuper in quacunque forma quandocunque expediendis, apponi, & exprimi omninò debere volumus, & mandamus, quod Legati prædicti eandem Sixti Prædeceſſ., necnon præſentem noſtram hujuſmodi Conſtitutionem obſervare, adimplere, & exequutioni demandare omninò teneantur, & debeant, aliàs quæcunque per eos contra illius tenorem facienda, gerenda, & mandanda, nulla, & invalida ſint eo ipſo, prout ex nunc, nulla eſſe itidèm decernimus.

§.11. In diſceſſu verò, ſeu Syndicatu dd. Vicelegatorum, Gubernatorum, Prætorum, & aliorum Official., quomodolibet pro tempore pariter deputandorum, & eligendorum, cætera omnia per dict. Sixtum Prædeceſſorem, ut ſupra ordinata, à Fiſci procuratoribus, ſeu Depoſitariis, ac Subſtitutis, & locorum Syndicis ſub 500. aureor., ut præfertur, applicand., & aliis pœnis prædictis, obſervari, & exequutioni ſimiliter demandari debeant.

Officiales de contentis in dict. Bul. Sixti V. Syndicari mandat.

§.12. Et ita in præmiſſis omnibus, & ſingulis, & quolibet eorum per Legatos, Vice-Legatos, Præſides, Gubernatores, & Locatenentes, Prætores, Vicarios, & alios Officiales antedictos, omnes, & ſingulos, nunc, & pro tempore exiſtentes, & quemlibet eorum, nec non omnes alios Judices ordinarios, & delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam S.R.E. Card., ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate; judicari, & deffiniri debere, ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

§.13. Non obſtantibus omnibus illis, quæ dictus Sixtus Prædeceſſor in ſuis literis voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Contrariis derogat.

§.14. Volumus inſuper, quod earundem præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipſis præſent. adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Tranſumptis credi præcipit.

Datum Romæ apud S.Petrum die 18.Decemb. 1615. Pontific. An. XI.

Dat.

Pro Munimine Urbis, & Locorum Dition. Eccleſiaſt. Impoſitiones.

CLXVII. CONSTITUT. PII PP. IV.

Impoſitio duarum operarum, pro quolibet Foculari, ſive duorum Carolenorum pro ſingulis operis in terris in Provincia Campaniæ, & Maritimæ, ac circumcircà Urbem per 40. milliaria pro reſtauratione, & Munimine Urbis.

Exten. hujus impoſit. habes in ſeqq.

PIUS PP. IV.

Ed. an. Dom. 1563. die 20. April., in antiq. bull. an. 1579. la 91. pag. 604.

Dilect. Fil. Guidoni Aſcanio S. Mariæ in Vialata Diac. Card. S. Floræ, Noſtro, & S.R.E. Camer.

Dil. Fil. noſter Salutem &c.

Cum Pro Conservatione, & tutela Almę Urbis noſtræ admodùm neceſſarium ſit, diverſas ipſius Urbis munitiones reſtaurare, ac manutenere, novas extruere, aliaque ad id opportuna gerere, & comparare, ad quæ per-

Exordium.

peragenda multo labore opus eſt, magnoque operarum numero.

Impoſitio duar. operar., prout in rubrica.

§.1. Idcircò volumus, ac circumſpectioni tuæ per præſentes committimus, & mandamus, ut ea, quò celeriùs fieri poteſt, perfici queant, quod unam operam de præſenti menſe Aprilis, & aliam infra tres menſes proximè futuros pro quolibet Foculari, vel ſi maluerint, duos Carolenos pro ſingulis operis hujuſmodi quibuſcunque noſtris, & S.R.E. Subditis, etiam Baronibus, Domicellis, Feudatariis, earumque Terrarum, Oppidorum, Caſtrorum, & locorum hominibus, & incolis, Nobis, & eidem Rom. Eccl. mediatè, vel immediatè ſubjectis, in Provincia noſtra Campaniæ, & Maritimæ, & circumcircà ipſam Urbem per quadraginta milliaria conſiſtentibus, ad effectum præmiſſa agendi, auctoritate noſtra imponas, & impoſitas ab eis petas, & cum effectu exigas, vel à perſonis per te ad hoc deputandis, ſine ulla contradictione, aut tergiverſatione omninò exigi cures, & facias.

Executoris deputatio, & facultates.

§.2. Dantes tibi, & concedentes harum ſerie plenam, liberam, & omnimodam auctoritatem, facultatem, & poteſtatem, ſubditos, Barones, Domicellos, Feudatarios, homines, & incolas præfatos cujuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, nobilitatis, & præeminentiæ, etiamſi quantumcunq; à ſimilibus oneribus, & impoſitionibus exempti fuerint, ad operas, vel duos Carolenos pro qualibet opera hujuſmodi ratione cujuſlibet Focularis, realiter, & cum effectu, ut præfertur, præſtandum, aut ſolvendum per ſententias, & cenſuras Eccleſiaſt., ac pecuniarias arbitrio tuo infligendas, & moderandas, ac etiam graviores, amiſſionis, privationiſque omnium Feudorum, Jurium, ac Privilegiorum ſuorum quorumcunque, per contravenientes eo ipſo incurrendas, pœnas, aliaque omnia opportuna juris, & facti remedia cogendi, & compellendi, brachii quoque ſæcularis ad hoc, ſi opus fuerit, adhibendi, necnon eos, quos tibi expedire videbitur cum pari, vel limitata facultate ad præmiſſa exequen. ſubſtituendi, & deputandi, cæteraque faciendi, gerendi, mandandi, & ordinandi, & quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportuna.

Clauſ. derogatoriæ.

§.3. Non obſtant. Conſtit, & Ordination. Apoſt., necnon quibuſvis exemptionibus, & immunitatibus, ſtatutiſque, & Conſuetudin. Civitatum, Terrarum, & Locorum hujuſmodi, etiam juramento, cofirmatione Apoſtol., vel quavis firmitate alia roboratis, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis quibuſcunque qnomodolibet, in contrarium forſan, etiam per Nos, & Sedem Apoſtolicam conceſſis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorunque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſa, habenda foret, eorum omnium tenores præſeotibus pro ſufficientèr expreſſis, ac totaliter inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, ac plenariè derogatum eſſe decernimus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Onera Cameralia.

Pro Munimine Urbis, & locor. Stat. Eccleſ. impoſitiones.

Exactoris deputatio.

§.4. Volumus autem, quod operæ præſtandæ hujuſmodi Dil. Fil. Auguſto de Capitaneis Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Commiſſ., vel Capitaneo Papyrio Capiſuccho conſigneutur: ſi verò prædicti duos Carolenos pro qualibet opera ſolvere maluerint, illos Horatio Naro Civi Romano pecuniarum earundem fabricarum ipſius Urbis Depoſitario perſolvere teneantur.

Dat.

Dat. Rom. apud S. Petrum die 20. Aprilis 1563. Pontif. An. IV.

CLXVIII. CONSTITUT.

PII PP. IV.

Extenſio impoſitionis duarum operarum pro foculari, vel duorum carolenorum pro qualibet opera, ad Provincias Umbriæ, & Patrimonii, ac ad omnia loca 70. milliaria ab Urbe diſtantia, pro complendis munitionibus ejuſdem Urbis.

PIUS PAPA IV.

Ed. an. Dom. 1561. die 22. Octob. in ant. bul. an. 1579. in ord. la 95. pag. 612.

Dil. Fil. Guidoni Aſcanio S.M. in Vialata Diac. Card. de S. Flora noſtro, & S.R.E. Camerario.

Dil. Fil. noſter Salutem, &c.

Hic Pontifex mandavit exigi impoſitionem duar. operar. pro Munimine Urbis in Provincia Campaniæ, & Maritimæ.

NUPER, ut munitiones almæ Urbis noſtræ ad illius tutelam juſſu noſtro inchoatæ celeriùs perficerentur, tibi per alias noſtras in forma Brevis lit. mandavimus, ut duas operas pro quolibet foculari in terminis tunc expreſſis, vel ſi mallent duos Carolenos pro ſingulis operis hujuſmodi à quibuſcunque noſtris, & S. R. E. Subditis, etiam Barouibus, & Feudatariis, eorumque, Terrarum, & locorum hominibus Nobis, eidem Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubjectis, in Provincia noſtra Campaniæ, & Maritimæ, ac circumcircà ipſam Urbem per 40. milliaria conſiſtentibus, auctoritate noſtra exigeres, vel per alios à te deputandos exigi faceres, certis facultatibus deſuper per Nos tibi conceſſis, prout in dictis lit. pleniùs continetur.

§.1. Cupientes autem munitiones prædictas, quò citiùs fieri poteſt, ad optatum finem perduci, ad hocque validè neceſſarium ſit, ut major operarum numerus in eo conficiendo, adhibeatur.

Modò mandat exigi etiam in Provinciis Umbriæ, & Patrimonii.

§.2. Idcircò Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, lit. noſtras hujuſmodi, necnon facultates tibi per illas conceſſas, ad Provincias noſtras Umbriæ, ac Patrimonii, earumque Civitates, Terras, Caſtra, & loca, etiam ab ipſa Urbe per 70. milliaria diſtantia, ita quod ab illis, earumque Communitatibus, Univerſitatibus, hominibus, & perſonis, etiam Baronibus, & Feudatariis Nobis, & d. Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubjectis duas ſimiles operas pro foculari, ac Civitatum, Terrarum, Caſtrorum, & locorum ipſorum diſtantia, & terminis dd. 70. milliarium à te ſolummodò declarari poſſint, & debeant, aliàs juxtà dd. literarum formam, & tenorem exigere, & exigi facere, & debere, licitè valeas, auctoritate

Executorem ipſum Camerar. deputat &c.

Onera Cameralia.

Pro Munimine Urbis, & locor. Stat. Eccleſ. impoſitiones.

ctoritate Apoſt. tenore præſentium extendimus, & ampliamus; necnon eos omnes, & eorum quemlibet ad id realitèr, & cum effectu præſtandum efficacitèr teneri, ac ſub pœnis in eiſdem literis contentis cogi, & compelli poſſe, atque debere.

Clauſula ſublata, & Decretum irritans.

§.3. Sicque per quoſcunque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam Cam. Apoſt. Præſidentes, & Clericos, & cauſarum Palatii Apoſt. Auditores, ac ejuſdem Rom. Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis alitèr judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & deffiniri debere, irritum quoque, & inane quiquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr attentatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attentari, decernimus.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.4. Non obſtant. præmiſſis, ac Conſtitut., & Ordinat. Apoſt., necnon omnibus illis, quæ in lit. noſtris prædict. voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Dat.

Dat. Romæ apud S. Petrum die 22. Octobris, 1563. Pont. an. IV.

CLXIX. CONSTITUTIO

S. PII PP. V.

Impreſ. abſq. die, & an. in bull. veter. in ordin. la 166. pag. 1171., & in antiq. an. 1579. la 159. p. 209., & in bullariol. an. 1569. part. 2. pag. 16.

Declaratio, quod omnes Civitates, & loca teneantur ſolvere taxas impoſitionum, pro fortificatione, & munimine cujuſcunque loci S.R.E. ſubjecti, non obſtantibus exemptionibus, etiam ex cauſa onerosa conceſſis.

PIUS PAPA V.

Motu proprio &c.

Exordium.

Etsi ea, quæ ob communem populorum utilitatem, defenſionem, & ſecuritatem conficiuntur, ab omnibus deberent ſummo ſtudio confoveri, ſunt tamen aliqui quærentes tantùm, quæ ſua ſunt, qui non attendentes, etiam ipſorum cauſa hujuſmodi publicas defenſiones præparari, ab eis debita, & ſibi aſſignata contributione ſe ſubtrahere conantur.

Pius IV. impoſuit ſubſidium pro munimine Urbis, & Portus Anconæ, & Civitatis Vetulæ.

§.1. Sanè fel. rec. Pius PP. IV. Prædeceſ. noſter providere proſpiciens, quantum Provinciis, Marchiæ, & Patrimonii, Urbi, ac toti denique Statui Eccleſ. expediret Anconam, Civitatem vetulam, & illarum arces, & portus munitiſſimos ab omnibus infidelium incurſibus reddere, quo propugnaculis hujuſmodi, & antemuralibus omnia finitima loca in pace, & tranquillitate quieſcerent, certum ſubſidium pro opere hujuſmodi proſequendo, in ipſis Provinciis Marchiæ, & Patrimonii, ac forſan aliis circumvicinis Provinciis, & locis impoſuit: quod ſi alacriter, ut par erat, ab omnibus perſolutum fuiſſet, facilè jam forſan operi hujuſmodi ſatis neceſſariò ſuprema manus impoſita foret.

§.2. Cupientes igitur ad illius conſummationem deveniri, & ne his, qui majora à Sede Apoſtolica beneficia reportarunt, ſe à contributione ex tàm pia, & rationabili cauſa impoſita excuſare valeant; ad omne dubium tollendum.

Modò Pontifex declarat, quod impoſitiones pro fortificationibus locorũ S.R.E. ab omnibus ſolvi debeant

§.3. Declaramus uſque ab initio noſtri Pontific. intentionis noſtræ ſemper fuiſſe, ut omnes Civitates, Terræ, ac loca, tam pro contributione hujuſmodi, quàm omnia alia pro alicujus loci Nobis ſubjecti munimine taxata, & in futurum taxanda, intra ſitus dictarum Provinciarum, & aliàs ubilibet conſiſtentia nullo penitùs colore ſe ab illa excuſare valeant.

Executorum deputatio, & facult.

§.4. Quocirca dil. fil. Vitellotio S. R. E. Diac. Card. Camerario, ac Bartholomæo Buſſotto Theſaurario Apoſt. generali, & eorum cuilibet, in virtute S. Obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ pœna, tenore præſentium committimus, & mandamus, ut quoſcunque, tàm homines, quàm Civitates, Terras, & loca juxtà taxas ſibi tàm pro prædictis, quas enixè confovere cupimus, quàm aliis quibuſvis fortificationibus impoſitas, omni penitus tergiverſatione remota, etiam ſub prætextu cujuſvis exemptionis quantumlibet ex cauſa oneroſa conceſſæ, cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtant, etiam ſi Ducali Dignitate, vel Cardinalatus honore præfulgeant, & ad integram ſolutionem taxæ hujuſmodi pro tempore, tàm à die noſtræ aſſumptionis decurſæ, quàm in futurum uſque ad operis conſummationem decurrendam, juris, & facti remediis opportunis, etiam per cenſuras Eccleſiaſt. ac interdicti appoſitionem, omni mora poſtpoſita cogat, & compellat: Conſtit., & Ordinat. Apoſt., exemptionibus à quibuſcunque contributionibus ſub quibuſvis verborum formis, etiam in vim contractus, ac etiam alia ex quavis cauſa oneroſa conceſſis, cæteriſque contrariis, illorum tenores pro ſufficientèr expreſſis habentes, non obſtan. quibuſcunque.

Derogat quibuſvis exemptionib. etiam ex cauſa oneroſa.

Placet Motu proprio M.

CLXX. CONSTITUTIO

S. PII PP. V.

De ædificandis Turribus in oris maritimis Urbis, pro ſecuritate Navigantium, ac de ædificanda Turre in ore Tiberis pro ſecuritate ingreſſus, & egreſſus barcarum, & de emolumentis eidem Turri, ejuſque fabricæ applicatis.

Impoſitionem Taxæ exigen. in Civitate Vetula, vulgò nuncupat. Ancboraggio di Civita-Vecchia babes in protocol. inſtr. an. 1628. part. 1. fol. 1097. in act. Plebani, bodie Galloſi.

Ed. an. Dom. 1567. die 9. Maii in bull. veter. la 169. pag. 1173. to. 2.

PIUS PAPA V.

Motu proprio &c.

Exordium.

Cum Nostræ intentionis, & mentis ſemper fuerit, & ſit publicæ quieti, & ſecuritati, quantum cum Deo poſſumus, conſulere, & ea, quæ malè, & perperàm, reformare, quæ verò benè ordinata ſunt, conſervare, occaſionibus, quæ publicam quietem lædunt ſublatis, quo exinde Deus omnipotens purius colatur, & laudetur, ac commercia inter homines faciliorem ſortiantur ſucceſſum, præcipuè in Terris Nobis, & S.R.E. ſubjectis.

§.1. Ex-

Narrat mala provenientia Nautis in oris Maritimis Urbis.

§.1. Expoſito ſiquidem fel. re. Pio PP. IV. Prædec. noſtro, & nobis ab initio Pontificatus noſtri, non ſine magna animi noſtri diſplicentia, à nonnullis perſonis fide dignis, & præſertim dil. fil. Martino Ayala Conſule, & Protectore Nautarum, & mercium conductorum, abundè informati fuerimus Nautas, & contractantes, in plagis, ſive oris maritimis noſtræ Urbis Romæ, à Monte ſcilicet Argentario ad Montem Circellum uſque, & ultra ſæpiſſimè in perſonis, mercibus, & navibus ipſorum graviſſima damna, detrimenta, & oppreſſiones à Piratis Chriſtiani nominis hoſtibus pati, idque ex inhabitatorum locorum, diſcenſuum, aliorumque reductionibus, & occultationibus idoneorum locorum provenire.

§.2. Undè ipſi Piratæ ſtatim comparentes, infelices Nautas, & contractantes incautos, ex improviſo invadunt, eoſque libertate, mercibus, & navibus in maximum ipſorum contractantium, & Nautarum damnum, & non modicum Sedis Apoſt., ac Populi Rom. totiuſque ſtatus Eccleſiaſt. detrimentum, & præjudicium privant, ac viam abundantiæ, ſive ut vocant graſſiæ præcludunt: Quodque ſi in dictis inhabitatis, & ipſorum Piratarum reductionibus, & occultationibus ſubjectis locis, Turres cum nonnullis tormentis bellicis, quibus inimici illinc repelli, & vicini defendi, & magis longinquis, quo ſeſe ad loca tutiora recipiant per ignem, & fumum ipſorum Piratarum appulſus, & conatus innoteſcat conſtruerentur, multò fore conſultiùs, & non parum circa expenſarum onera, quæ jugiter ſubimus, ſublevamen Nos ſenſuros cognoverimus.

Pius IV. (cujus Conſt. iſtam hic non hab.) juſſit ædificari in oris maritimis Urbis Turres pro ſecuritate Navigantium.

§.3. Et propterea cupientes his tam evidentibus damnis, expenſarumque ſublevamini providere, ac conſiderantes ex hujuſmodi Turrium conſtructione, noniſi maxima commoda, & beneficia huic noſtræ Urbi, ac toto Populo Romano proventura, maximè cum non ſolùm Nautis, & contractantibus navigatio brevior, & ſecurior redderetur, ac eiſdem à Piratis inſequutis ad proximiorem Turrim confugiendi, ac ſub ejuſdem Turris protectione ſuas perſonas, merces, & naves ſalvandi commoditas daretur, verum etiam piſcatores, agricultores, & paſtores, aliique circumvicini tantorum commodorum, & beneficiorum participes efficerentur, & iſtis de cauſis dictus Prædeceſs. motus, nonnullas Turres in certis locis pro Nautarum, & contractantium ſecuritate fabricari, muniri, & cuſtodiri mandavit.

Hic Pontifex idē fieri præcipit, expenſis dominorum locorum, ac cōvicinorum.

§.4. Nos autem ejus veſtigiis inhærendo ex certis rationabilibus cauſis animum noſtrum moventibus, volentes in hujuſmodi tam communi, & neceſſario negocio intentionem proſequi, Motu ſimili, & ex certa noſtra ſcientia de novo volumus, & mandamus in omnibus locis præfatis, & aliis, in quibus hujuſmodi Turres confectæ non fuerint, per Dil. Fil. Epiſcopum Narnien. Cameræ Apoſt. Clericum, & Bartholomæum Buſſottum Generalem Theſaurarium noſtrum declarandis, Turres omni ſollicitudine, & diligentia fabricari, muniri, & per perſonas per nos, & Succeſſor. noſtros, ſeu Cameram Apoſtolicam deputan. cuſtodiri, ac ipſorum locorum patronorum, & convicinorum expenſis dictas Turres ædificari debere, & jam factas, ac præ nimia vetuſtate, ſeu aliàs præſenti reparatione, ac reſtauratione indigentes reparari, & reſtaurari eorundem locorum patronorum expenſis pariter debere decernimus.

Onera Cameralia.

Pro Munimine Urbis, & locor. Stat. Eccleſ. impoſitiones.

Et aliam Turrim fabricari mandat in ore Tiberis pro ſecuritate ingreſſus, & egreſſus barcarum.

§.5. Et quia præfatus Martinus Protector Nautarum, & mercium conductorum, nomine ipſorum in ore Tiberis, per quod aqua in mare prolabitur, Turrim fortem, & munitam, quæ introitum, & exitum dicti fluminis à periculis propter defectum alicujus defenſionis imminentibus, vel ex hoc, quod ipſi Nautæ ratione incapacitatis fluminis anchoras jacere pro allevatione, & exoneratione mercium in ipſo ore, ſive foce fluminis coguntur, defendat, & ibidem mediante hujuſmodi Turri, quę non ſolum navigantibus, ſed & locis circumvicinis ſecuritatem promittit, ſtare, & introire tutè liceat, ac ut noctu eiſdem navigantibus ſigno luminis prævio facilior appulſus concedatur, neceſſariò requiri, & dicto Prædeceſs., & Nobis etiam expoſuit, & Nos, & dict. Prædeceſs. illa non ſolum rationi, & æquitati convenire, verum neceſſarium eſſe, & univerſale commodum tangere invenimus: per præſentes committimus, & mandamus præfatis Epiſcopo, & Theſaurario, quatenus ſtatim omni cura, opera, & ſolicitudine unam Turrim in dextero, vel ſiniſtro latere, vel ubi commodiùs videbitur, cum ipſius Martini interventu fabricari, muniri, & cuſtodiri faciant, & procurent.

Nautæ in ingreſſu oris d. Arci anchoragium, & ſalanchagium ſolvere conſueverunt.

§.6. Et quia præfati Nautæ ipſi Rocchæ, ſeu Arci antiquæ Hoſtiæ Anchoragium, videlicet unum bologninum pro quolibet vaſe, ſive vegete deportata ad rationem barilium novem pro vegete, & aliis mercibus, (prout in nova tabula deſuper per Nos ordinanda latius apparebit) præterea omnes, & ſingulæ naves, ſive barchæ vino onuſtæ pro foglietta bol. viginti quinque, ut vel hoc pacto vaſa vini remanerent intacta, & integra, ſolvere conſueverunt, ac modo ſtante hujuſmodi ruptura, & nova via jam per Tiberim procul à d. Roccha Hoſtiæ intentata, Arcem hujuſmodi omninò inutilem reddi, nec in aliquo Nautis ſervire.

Modò Pontifex d. emolumenta applicat novæ Rubricæ.

§.7. Ac propterea unum, & alterum emolumentum hujuſmodi novæ huic Turri, ſive Rocchæ pro ipſius fabricæ munitione, & præſidio merito, & de jure attribui debere, prout ipſe Prædeceſs. etiam compererat, comperimus, & ſimili Motu, ac ex certa ſcientia, ac de Apoſt. poteſtatis plenitudine, ac præfatis, ac aliis legitimis, & urgentiſſimis cauſis animum noſtrum ad id moventibus, modernum, & pro tempore exiſtentem Caſtellanum Arcis Hoſtiæ deſtituimus, & privamus ſingulis præfatis juribus ſibi per Nautas, & Naves, ut ſupra, ſolvi conſuetis, ac volumus, & declaramus, eundem à die præſentationis præſentium non poſſe, neque debere à dictis Nautis, & Navibus Anchoragium, neque fogliettam exigere, aut exigi facere; Mandantes eidem Caſtellano, & aliis quibuſcunque, etiam Cardinalatus honore refulgentibus ſub infraſcriptis pœnis

Onera Cameralia.

Pro Munimine Urbis, & locor. Stat. Eccleſ. impoſitiones.

pœnis, ne dict. Nautas, & mercium conductores in exactionibus hujuſmodi hinc in poſterum moleſtent, perturbent, ſeu impediant, ſed modeſtè, abſque ſtrepitu, & violentia quantum pro dictæ Rocchæ uſu ſufficere videbitur pro pretio, quo in dict. noſtra Urbe deducta gabella, à qua eundem Caſtellanum liberum, & immunem eſſe volumus, & declaramus, habere, & petere liberè poſſint, & valeant; Dicta verò Ancoragium, & fogliettam, & jura per Nautas, & mercium Conductores, ut ſupra ſolvi ſolita, damus, cedimus, concedimus, transferimus, & appropriamus dictæ novæ Turri, cujus pro tempore Caſtellani deputationem Nobis, & Rom. Pont. pro tempore exiſtenti reſervamus.

Et dd. Emolumenta taxat, & determinat.

§.8. Et cum æqnum, & honeſtum ſit, ut quando beneficium univerſale ſit, omnes ſub una, & eadem lege conſiſtant, volumus, & declaramus omnes, & ſingulæ Naves, ſive Barchæ cujuſcunque Nationis, & tam aliis mercibus, quàm vino onuſtæ, quæ capiant, ſeu habeant bottas, ſeu vegetes quindecim in ultra Ancoragium expen. patroni Navis, & noliti, foglietta verò expenſis mercium cujuſcunque perſonæ in quocunque, gradu, ſtatu, conditione, & dignitate cunſtitutæ cujus illæ fuerint, & quod fregatæ, ſeu leviores Naves, ſeu Barchæ, quæ quindecim vegetes, & infra habeant, unum julium pro Ancoragio, & alium julium expenſis mercium pro foglietta ſolvant etiamſi vinum portent, nec debeant ſeu teneantur aliud quidpiam ſolvere, neque in bonis, neque in pecuniis.

§.9. Et quia ſicut accepimus bo: me: Cardinalis Tranen. Epiſcopus dum viveret Hoſtien. tractum Navium Via Bubalorum ab Hoſtia uſque ad Urbem indebitè, ac violenter ſibi uſurpabat, & appropriabat in non modicam dict. Sedis offenſam, ac grave damnum ipſorum contractantium, & præjudicium libertatis publicæ, maximè cum primò liber, & communis eſſet hujuſmodi tractus, nec poſſit, aut debeat quiſpiam in ſui privati commodi, & particularis intereſſe convertere liberum transitum fluminis, præſertim illis ad Urbem abundantiam conducentibus præcludere.

Tractum Navium R. Cam. applicat.

§.10. Idcirco Nos hujuſmodi incommoditatibus opportuno remedio obviare volentes, modernum, & pro tempore exiſten. Epiſc. Hoſtien. tractu ſive tirata navium, ſive Barcharum modo, & forma, ut præmittitur, uſurpato, in perpetuum privamus, ſpoliamus, & deſtituimus, ac privatum, ſpoliatum, & deſtitutum fore, & eſſe decernimus, & pronnnciamus, ac illum, vel illam Nobis, & Cam. Apoſt. reſervamus, & applicamus.

Et Emolumenta d. tractæ, ſive Tiratæ Navium, & Barcarum eidem Turri applicat.

§.11. Et quia in maximum ipſorum navigantium, & contractantium, ac totius Curiæ, necnon Populi Romani beneficium, & utilitatem tendit ex hujuſmodi, & aliis juſtiſſimis cauſis animum noſtrum moventibus fructus ex dict. tracta quomodolibet pruvenientes d. novæ Turri ad os Tiberis conſtructioni, & ædificationi, ac jam conſtructæ, & ædificatæ præſidio, & cuſtodiæ appropr., & attribuimus.

Et per Theſaurar. &c. exigi mandat in Urbe.

§.12. Volentes, ac expreſsè declarantes, quod tam Ancoragium, & fogliettam, quàm fructus ex dict. tirata provenientes, Romæ in Dohana Ripæ per Cameram Apoſt. deputan., ſive Theſaurarium Generalem, & non aliis pro conſervatione publicæ quietis, & ad evitandum ſcandala, rixas, & differentias, quæ inter Caſtellanum novæ Rocchæ, ſive Turris, ac inter ipſos navigantes occaſione exactionum hujuſmodi veriſimiliter exoriri poſſint, exigi debeant, ex quibus dicta Turris conſtrui, & muniri, ac præſidium in eadem ſuſtentari, ac debita ſtipendia perſolvi debeant.

§.13. Decernentes tamen, quod de dd. fructibus moderno, & pro tempore exiſtenti Epiſcopo Hoſtien. præfato, id quod juſtum, & honeſtum foret ſingulis annis pro herbaticis, & paſcuis bubalorum per Nos, & Cameram præfatam ad effectum tiratæ navium, ſive barcarum deputanda, dari debeat, & conſignari, ita tamen, quod d., & pro tempore exiſtens Epiſc. teneatur, & obligatus ſit propterea dare herbatica, & paſcua ſufficientia bubalis pro dicta tirata, ut præmittitur deputandis.

§.14. Et ne bonum publicum, maximè circa negociationes, & contractationes hujuſmodi in aliqua parte lædatur, deputatus, ſeu deputandus per Cam. præfatam teneatur, & obligatus ſit, prout teneri, & obligari, ac obligatum fore, & eſſe per præſentes decernimus, & declaramus, habere tot bubalos, ut quamprimùm naves appulerint, illæ ſtatim ex ordine attrahantur, & bubalis deficientibus, & infra 24. horarum ſpatium, ex quò jam flumen intrarint non traheutibus, liberum ſit, & licitum dd. navigantibus expenſis ipſius deputati, ſeu deputandi aliundè bubalos, ſive equos, vel homines, qui naves, ſive barchas hujuſmodi ad Urbem omni mora, & dilatione ceſſantibus trahant, conducere, ita quod uſque ad Ripam dictæ Urbis in loco, ac modo, & forma quibus naves ſale, & lignis onuſtæ trahuntur trahi debeant, nec poſſit, aut debeat dictus deputatus, aut deputandus eas in via relinquere ſub pœna damni, & intereſſe propterea quomodolibet paſſorum per ipſum deputatum, ſeu deputan. incurren.

Ponteſque à dominis locorum Tiberi vicinorum fieri, & viam accommodari mandat.

§.15. Et ne aliquod obſtaculum, ſive impedimentum, vel periculum foret in trahendis navibus, ſive barchis, mandamus omnibus, & ſingulis patronis locorum Tiberi circumvicinorum, per quæ dd. naves debent, & veniunt trahendæ, quatenus pontes neceſſarios faciant, & viam accommodent, & impedimentis evacuent etiam uſq; ad arborum viam impedientium ſectionem, ſeu amputationem, ut commodiùs, & ſecuriùs merces, & abundautiæ ad Ripam dictæ Urbis conducautur.

§.16. Mandantes omnibus, & ſingulis Caſtellanis præſentibus, & futuris tam Hoſtiæ, Portus, Civitatis Vetulæ, Aſturæ, & aliorum circumvicinorum, quàm Turris novæ, & quibuſcunque aliis Officialibus, & privatis perſonis, ne dictis Nautis, & contractantibus dent moleſtiam, ſive impedimentum, neve illos ad ulteriorem ſolutionem quovis prætextu, & colore cogant, ſeu conſtringant, immo illis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtant, quo ex hoc ſuas merces, ad Almam Urbem conducendas, reddantur promptiores, & ſecuriores.

§.17. Et

§.17. Et quia ipſe Conſul, & Protector navigantium in conſtruendarum Turrium in plagis Rom. introducendo modo cum magna ſatisfactione noſtra, ac non ſolùm in contractantium, & navigantium, ac in locis vicinis maris habitantium, ac agricolarum, paſtorum, & piſcatorum beneficium, & ſecuritatem, ſed univerſorum, & ſingulorum maritimorum utilitatem primus inventor extitit, propterea volentes d. Conſulem in hac parte, de tàm bona, ac laudabili opera, quam præſtitit, & adhuc præſtare intendit navigantibus, & contractantibus valdè gratam recognoſcere, damus, & concedimus curam ſollicitandi, & ſupraſtandi fabricæ d. novæ Turris ad os Tiberis, ac facimus, & conſtituimus ipſum Cuſtodem Turris donec, & quouſque ad bonum, & laudabilem ordinem reducta fuerit, ſperantes, quod ea, quæ ſibi committenda duxerimus, diligentèr exequetur in beneficium maximum nautarum, & navigantium, quibus promptiori animo, quàm quiſpiam alius in ipſis contractationibus, & rebus aſſiſtet, & talem ordinem in uſu ponet, quo ſervato, nunquàm cuiquam erit cauſa juſta lamentandi.

Martinum Conſulem deputat etiam Cuſtodem ejuſdè Turris.

§.18. Aſſignantes eidem Martino Conſuli pro præmio ſuorum laborum, id quod per dictos Theſaurarium generalem, & Epiſcopum declarabitur.

Eidemque præmium aſſignat.

§.19. Concedentes etiam poteſtatem, & facultatem in Territoriis, & diſtrictibus Hoſtiæ, & Portus, ac in aliis locis circumvicinis lapides cujuſcunque generis effodiendi, ſive cavandi, & quæcunque lignamina ficiendi, prout d. novæ Turris conſtructioni, & manutentioni neceſſarium fuerit abſque aliqua moleſtia, impedimento, ſive contradictione.

Cum facultate effodiendi lapides, & faciendi lignamina in locis convicinis pro conſtructione, & manutent. ejuſdem Turris.

§.20. Et nihilominus dil. fil. Vitellotio Vitellio S.R.E. Camerario, ac d. Cam. Præſident., & Clericis, necnon Almæ Urbis Gubernatori, & quibuſcunque aliis Commiſſariis, Judicibus, Officialibus, & quibuſcunque aliis perſonis in quacunque dignitate conſtitutis, etiam Card. honore fungen., & quibuſcunque aliis, ad quos ſpectat, in virtute S. Obedientiæ, & ſub indignationis, aliiſque etiam excommunicationis in ſubſidium juris, 10. mil. duc. auri de Cam. ipſo facto Cam. noſtræ applican. pœnis, diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus in præmiſſis favorabilitèr aſſiſtentes faciant, & quilibet eorum faciat præſentem hunc noſtrum Motum proprium, ac in eo contenta quæcunque ſuum plenum effectum ſortiri, ac inviolabilitèr obſervari, nec permittant, aut aliquis eorum permittat dicto noſtro Motu proprio, & in eo contentis, & deſuper conficiendis lit. per quaſcunque perſonas quacunque dignitate, & præeminentia, ac honore fungentes in toto, vel in parte vigore quarumcunque lit. Apoſt. contraveniri, quò minus debitæ executioni demandetur, contradictores, &c. compeſcendo.

Executorum deputatio.

§.21. Non obſtant. Conſtit., & Ordinat. Apoſt., & quibuſcunque privilegiis, indultis, & lit. Apoſtol. præfatæ Rocchæ, & illius pro tempore Caſtellano, necnon Epiſc. Hoſtien., & quibuſcunque aliis quomodolibet conceſſis, &c. necnon Regula *De non tollendo jure quæſito*, quibus omnibus, &c. illorum tenores, &c. pro expreſſis habentes, hac vice tantùm derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque, quodq; ſola præſentis noſtri Motus proprii ſignatura ſufficiat, & ubiq; fidem faciat in Judicio, & extra, regula contraria non obſtan., ſeù ſi videbitur literæ deſuper per Breve noſtrum, aut aliàs expediri poſſint.

Clauſulæ derogatoriæ.

Placet Motu proprio M.

Regiſtrata in libris Cam. Apoſt. die 9. Maii 1567.

Andreas Martini Not.

ONERA CAMERALIA.

Pro Munimine Urbis, & locor. Stat. Eccleſ. impoſitiones.

CLXXI. CONSTITUTIO

PII PP. IV.

Impoſitio Subſidii in Provinciis Campaniæ, Maritimæ, Latii, & Sabinæ, ac locis Baronalibus pro Munimine Civitatis Anagninæ.

PIUS PAPA IV.

Dil. Fil. Guidoni Aſcanio S. M. in Via lata Diacono Cardinali de S. Flora vocato, noſtro, & S.R.E. Camerar.

Dil. Fil. noſt. ſalutem, &c.

Ed. an. Dom. 1564. die 1. Maji in antiq. Bul. an. 1579. in 115. pag. 647.

CUM Nos ad communem Subditorum noſtrorum, qui Provincias noſtras Campaniæ, & Maritimæ, & circum adjacentia loca incolunt, Statuſque noſtri Eccleſ., qui ad eam partem vergit, tutelam, conſtituerimus Civitatem noſtram Anagniæ, quæ earum nunc regionum caput exiſtit, ipſaque in munitiorem formam redacta, firmiſſimum quoque propugnaculum erit, concedente Domino, foſſis, mœnibus, aggeribus, & aliis munitionibus validam efficere, firmareque: ac propterea ad id præſentaneum aliquod ſubſidium, ut opus tàm laudabile, populiſque noſtris, tàm ſalutare promoveri, & perfici celeritèr poſſit, neceſſarium eſſe videantur.

Exordium.

§.1. Idcircò ad Subditos noſtros, cum Ærarii noſtri facultates, ſicut omnibus notum eſt, adeò exhauſtæ ſint, ut hoc per Nos ipſos præſtare nequeamus, recurrendum eſſe cenſuimus, ſperantes illos, quorum potiſſimùm utilitati, & ſecuritati hac ratione maximè conſulitur, aliquam opportunam ſubventionem ad hoc negotium maturè conficiendum promptè, atque libentèr collaturos.

§.2. Itaque Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, circumſpectioni tuæ, de cujus eximia integritate, prudentia, dexteritate, & & in agendis rebus experientia, in his, ac multò majoribus ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, Apoſt. auctoritate per præſentes committimus, & mandamus Provinciis noſtris Campaniæ, Maritimæ, Latii, ac Sabinæ, earumque omnibus, & ſingulis Civitatibus, Terris, Oppidis, Caſtris, & locis Nobis, & Apoſt. Sedi mediatè, & immediatè ſubjectis, unum ſubſidium pro d. Civitatis Anagniæ, ut præmittitur munienda, ab omnibus, & ſingulis earum Communitatibus, Univerſitatibus, Baronibus, Domicellis, Feudatariis, Civibus, hominibus, & incolis ſingulis menſibus ad beneplacitum

Impoſitio ſubſidii in Provinciis Cãpaniæ &c. pro munimine Civit. Anagniæ.

nepla-

Onera Cameralia. Pontis Felicis Taxæ. neplacitum noſtrum, incipiendo à Kal. Martii proximè præteriti, prout per te diviſum, diſtributum, taxatum, compartitum, & ordinatum fuerit, realiter, & cum effectu, abſque ulla prorſus contradictione perſolvendum, auctoritate noſtra indicas, & imponas.

Depoſitarii deputatio, & obligatio. §.3. Ipſumque ſic impoſitum omninò exigas, ac per idoneas perſonas à te ad hoc deputandas, quamprimùm exigi facias, pecuniaſque inde pro tempore provenientes, & exactas ad manus dil. fil. Lelii de Cicadis dictæ Provinciæ Campaniæ Theſaurarii, & pecuniarum ejuſdem munitionis Depoſitarii, ſpecialitèr deputati, ſeu alteriùs forſan ad id poſteà deputandi; ita tamen, quod prius de reddendo fidelitèr computum de pecuniis hujuſmodi receptis, cum à te, ſeu præfectis ejuſdem fabricæ requiſiti fuerint, ac de illis, quæ penès eos remanſerint, cui tu mandaveris, ſine excuſatione, aut dilatione reſtituendis, & conſignandis in manibus tui idoneam, & ſufficientem cautionem præſtent, pervenire, ac perſolvi facere cures, & efficias.

Exēptos quoſcunq; teneri ad hujuſmodi ſubſidium decernit. §.4. Nos enim tibi quoſcunque Subditos, Barones, Domicellos, Feudatarios, Cives, homines, & incolas præfatos, etiam ſi quantumcunq; à ſimilibus ſubſidiis, oneribus, & impoſitionibus exempti fuerint, ad ſubſidium prædictum realitèr, & cum effectu perſolvendum, præſtandum, ac numerandum per quaslibet arbitrio tuo declarandas, & infligendas, ac etiam pecuniarias, & graviores, amiſſioniſque, & privationis omnium, & quorumcunq; Feudorum,
Pœnæ in contradictores. jurium, ac privilegiorum ſuorum per contravenientes, & parere recuſantes, ſeu differentes, eo ipſo abſque alia declaratione incurrendas pœnas, cæteraque opportuna juris, & facti remedia cogendi, & compellendi, brachii
Exequtoris facultates. quoque Sæcularis auxilium ad hoc, ſi opus fuerit, invocandi, & adhibendi; necnon eos, qui tibi videbuntur, cum pari, vel limitata facultate ad præmiſſa exequenda ſubſtituendi, & ſubdeputandi, cunctaque alia faciendi, gerendi, mandandi, & ordinandi, quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint, ſeù quomodolibet opportuna, plenam, liberam, & omnimodam per eaſdem præſentes facultatem concedimus, & poteſtatem.

Clauſulæ derogatoriæ. §.5. Non obſtan. Conſtit., & Ordination. Apoſt., necnon quibuſvis exemptionibus, & immunitatibus, ſtatutiſque, & conſuetudinibus dictarum Provinciarum, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Caſtrorum, & Locorum, etiàm juramento, confirmatione, vel quavis firmitate alia roboràtis, privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtol., illis, & Baronibus, Domicellis, ac Feudatariis præfatis quomodolibet forsàn in contrarium, etiam per Nos, & Sedem Apoſtol. conceſſis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eorum tenores præſentibus pro ſufficientèr expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ad effectum præſentium ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, & nemini adversùs præmiſſa ſuffragari poſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S.Petrum die 1.Maii 1564. Pontif. ann.IV. Dat.

Pontis Felicis Taxæ.

CLXXII. CONSTITUTIO

Ven. Servi Dei INNOCENTII PP. XI.

CHIROGRAFO

Per la Suppreſſione delle due Taſſe del Ponte Felice. *Ed. an. Dom. 1679. die 14. Iunii ex actis Galluppi lib. Sign. fol. 103.*

Reverendiſs. Card. Cybo Prefetto della noſtra Congr. de' Sgravj, e Buon Governo.

Per Parte delle Communità del noſtro Stato Eccleſiaſtico ci è ſtato rappreſentato, ch'eſſendo dell'anno 1627. dalla ſa. mem. di Urbano VIII. noſtro Predeceſs. ſtati eſtinti li Monti Cancellarie, & Archivio vacabili, eretti già dalla ſa. me. di Siſto V., i luoghi de' quali erano all'ora ridotti à 1506. ⅔ cioè 885. dell'Archivio, e 621. ⅔ delle Cancellarie, fù fatta una aggiuuta di Luoghi 1885. in circa al Monte Communità 2. Erezzione, per reſtituire il prezzo alli Montiſti, e nel medeſimo tempo occorſe farſi un'altra aggiunta al medeſimo Monte Communità di Luoghi 30. per le ſpeſe della Palificata al Borghetto, per dote delle quali aggiunte, fù applicata una parte delli medeſimi aſſegnamenti, che le Communità delle noſtre Provincie della Marca, Romagna, Umbria, Patrimonio, Campagna, e Marittima, Lazio, e Sabina pagavano alli detti Monti Archivio, e Cancellarie, come appariſce dal Chirografo ſegnato dal medeſimo Urbano ſotto li 5. Ottobre 1627. Narrativa.

§.1. E perche delli detti Monti eſtinti ſi pagavano i frutti à raggione di ſcu. 10. l'anno per Luogo, e del Monte Communità 4. ⅔ ſi fece un'avanzo di ſcu. 6490., e baj. 75. l'anno, de'quali ne furono conceſſi ſcudi 3000. annui alle medeſime Communità, in ricompenſa delle vacāze delli dd. Monti eſtinti, le quali dalla ſa. me. di Clem. VIII. erano ſtate applicate alle medeſime Communità, come dalla Bolla *Super extinctione recentiorum Vectigalium* li 10. Maggio 1592., e calcolate di ordine del medeſimo Urbano le vacanze, che à beneſizio di dd. Communità erano ſino all'ora ſucceſſe, ſù trovato, che ragguagliatamente un'anno per l'altro erano importate ſimil ſomma, per lo sborſo delli quali 3000. ſc: annui furono aſſegnate le ſeguenti partite, ch'erano delli medeſimi aſſegnamenti delli detti Monti eſtinti, cioè ſcudi 2074., e baj. 46. dalle Communità della Provincia della Marca, ſcudi 646., e baj. 94 da quelle dell'Umbria, e ſcudi 288. da Camerino, con ordine eſpreſſo del medeſimo Urbano, che con queſti ſcudi trè mila ſi pagaſſero le ſolite proviſioni dei Miniſtri, & Agenti in Roma, & altro, come ſi faceva prima del fruttato di dette vacanze, e quello foſſe ſopravanzato ſi erogaſſe in eſtinzione dei debiti delle medeſime Communità in Monti, ò altro, Hæc Conſt. eſt ſupr. la 114.

tro, conforme aveſſe ſtabilito il Rmo Cardin. Franceſco Barberini all' ora Prefetto della Congregazione del Buon Governo, come dal Chirografo del medeſimo Urbano li 29. Gennaro 1628., e gl'altri ſcu. 3490. compimento delli predetti ſcu. 6490. avanzati nelle ſudette eſtinzioni, & aggiunte reſpettivamente furono applicati per dote di un'altra aggiunta di Luoghi 775., e due terzi, che per biſogni della Camera fu fatta al Monte Communità 2. Erezzione, e per lo sborſo di detta ſomma furono applicate le ſeguenti partite, cioè ſcudi 2127., e baj. 75. da pagarſi dalle Communità della Provincia di Romagna, e ſcu. 1336. da quelle dell'Umbria, ch'erano parimente degl'aſſegnamenti delli detti Monti eſtinti, come dal Chirografo del prenominato Urbano, ſegnato li 16. Febraro 1628., al quale, come anche agl'altri Chirografi del medeſimo, & alla detta bolla di Clemente VIII., avendo il tenore di eſſi qui per inſerto, & à ſufficienza eſpreſſo, ſi abbia relazione.

§.2. In oltre ci è ſtato rappreſentato, che di detti ſcudi 3000. annui, detrattine li pagamenti fatti per li Miniſtri, & altro, che è occorſo per i biſogni di dette Communità, e li ſcu. 227., e baj. 25. annui aſſegnati per dote di un'altra aggiunta di Luoghi 50., e mezzo, fatta al detto Monte Communità d'ordine della ſan. mem. d'Innocenzo X. l'anno 1639. per le ſpeſe occorſe nel Porto di Ancona, ſi è fatto un'avanzo di ſcu. 17000. in circa, eſiſtente nelle mani di Gio: Antontio, e Filippo Paravicini al preſente Depoſitarj delle Communità.

§.3. Siamo ſtati perciò ſupplicati per parte delle dette noſtre Communità ad ordinare, che con queſto denaro, come ſopra avanzato ſi eſtinguano Luoghi 170. del Monte Communità, nel quale furono ammeſſe le medeſime in due aggiunte, che furono fatte, una cioè di Luoghi 120. al Monte Communità 2. Erezzione fatta del Meſe di Decemb. 1649., mà con ordine, che la Taſſa per ciò ripartita doveſſe principiare ad eſiggerſi dal 1. Gennaro 1630., per le ſpeſe occorſe nell'opera del Ponte Felice al Borghetto, e l'altra di Luoghi 50. al Monte Communità 3. Erezzione per ſimil opera del 1. Novembre 1649., e che ſi ſupprimano le Taſſe ripartite per dette aggiunte alle ſteſſe Communità delle ſudette Provincie, che pagano li detti aſſegnamenti deſtinati già alli detti Monti Cancellarie, & Archivio, e poi diſtribuiti come ſopra, e però devono godere del detto avanzo fatto con li detti ſcudi 3000. annui ſurrogati in luogo delle dette vacanze conceſſe già à beneficio delle medeſime.

§.4. Et accertati Noi della verità dell'eſpoſto dalle relazioni fattecene dalli Monſig. noſtro Teſoriere Generale, Segretario della noſtra Congregazione de'Sgravj, e del Buon Governo, e Commiſſario Generale della noſtra Camera, quali dopo aver maturamente eſaminato queſto affare, anche nella Congreg. Camerale, ſono ſtati di parere, che da Noi ſi poſſa accudire all'iſteſſa, ſiamo condeſceſi, per la propenſione d'animo, ch' abbiamo ben grande di ſollevare quanto poſſiamo i noſtri Sudditi, à concedergli la grazia richieſtaci.

ONERA CAMERALIA.

§.5. Onde di noſtro Moto proprio, certa ſcienza, e pienezza di Poteſtà Apoſtolica, commettiamo à Voi, che in virtù del preſente Chirografo noſtro facciate Decreti, ſpediate Lettere, e diate quegl'ordini, che ſtimarete neceſſarj, & opportuni, perche con li detti ſcudi 17000., come ſopra avanzati, ò altra più certa ſomma, che ſarà neceſſaria, s'eſtinguano Luoghi 170. del Monte Communità 3. Erezzione, e che ſeguita detta eſtinzione ſi ſupprimano le Taſſe ripartite alle dette Communità per il pagamento delli frutti delle dette due aggiunte fatte per il Ponte Felice, in modo, che ne reſtino le Communità già taſſate, del tutto libere, & eſenti, e ſe alcune di dette Communità taſſate non aveſſero intieramente pagato, ovvero non aveſſero in pronto il denaro per depoſitare l'intiero delli frutti decorſi di detti Luoghi de' Monti da eſtinguerſi, farete in ogni modo ſeguire l'Eſtrazzione, con ordinare però, che le dette Communità paghino ſollecitamente in mano del Depoſitario, ò Depoſitarj de' Monti, alli quali ſono ſtate dette Taſſe date in aſſegnamento li frutti, che ſaranno decorſi, e non pagati ſino al tempo dell'Eſtrazzione, acciò li Montiſti ne reſtino ſodisfatti quanto prima.

Pontis Felicis Taxæ.

Il Papa ſupprime le Taſſe ripartite per il Ponte Felice, e ne preſcrive il modo.

§.6. Così dunque farete ſeguire, dandovi Noi perciò ogni facoltà neceſſaria, & opportuna.

§.7. Volendo, e decretando, che il preſente noſtro Chirografo vaglia, & abbia il ſuo intiero effetto, eſecuzione, e vigore con la ſemplice noſtra ſottoſcrizzione, ne poſſa mai opporſi di obrezzione, ſubrezzione, ò difetto della noſtra volontà, ò di nullità per qualſivoglia capo, ancorche non ſiano ſtate udite, ne intimate le Communità, ò perſone, che aveſſero, ò pretendeſſero avere ſopra ciò intereſſe, e così, e non altrimenti debba giudicarſi da Voi, e da qualſivoglia Giudice tanto ordinario, quanto delegato, e dalli noſtri Tribunali della Rota, Camera, e dalli Cardinali Camerleugo, e Legati etiam de Latere, togliendo loro ogni facoltà di giudicare, & interpetrare altrimenti, decretando irrito, e nullo tutto quello, che ſi faceſſe in contrario.

Clauſole preſervative.

§.8. Non oſtante la prenominata Bolla di Clemente VIII., e Chirografi di Urbano VIII. in quello foſſero contrarj, ne qualſivoglia altre Coſtituzioni, & Ordinazioni Apoſtoliche, Uſi, Stili, e Conſuetudini, & ogn'altra coſa, che in qualſivoglia modo faceſſe in contrario, alle quali tutte, e ſingole avendo il loro tenore qui per eſpreſſo à ſufficienza per queſta volta ſola deroghiamo, eccetto, che alla Bolla di Pio IV. *De regiſtrandis*, quale vogliamo, che ſi oſſervi.

Clauſole derogatorie.

Dato dal noſtro Palazzo Apoſtolico queſto dì 14. Giugno 1679.

Data.

Innocentius PP. XI.

Sequitur regiſtratio die 3. Julii ejuſdem anni.

ONERA CAMERALIA.

Portus Anconæ Taxa

Portus Anconæ Taxa.

CLXXIII. CONSTITUT. PII PP. IV.

Impoſitio annui Subſidii octo mil. ſcut. pro reparatione Portus Civitatis Anconæ.

Ed. an. Dom. 1561. die 9. Junii in bull. veter. to. 41. pag. 709., & in antiq. an. 1579. to 57. pag. 554.

Idem Pont. indixit etiam ſubſidium pro munimine Portus Civitatis Vetulæ, ut enunciatur ſup. Conſtit. 169. §. 1. pag. 286. Sed lit. hujus impoſitionis non reperiuntur impr.

PIUS PP. IV.

Ad fut. rei mem.

Exordium.

CIRCA PASTORALIS Officii curam Nobis deſuper, meritis licèt imparibus, commiſſam, quantum Nobis ex alto conceditur intendentes, ad ea mentis noſtræ oculos vigilanter reflectimus, per quæ Portus Civitatum, & locorum Nobis, & S.R.E. immediatè ſubjectorum, non ſolùm ad tutelam, & commoditatem earumdem Civitatum, ac etiam Provinciarum totius Status noſtri Eccleſiaſt. liberè conſerventur, ſed etiam adversùs infidelium, & aliorum hoſtium invaſiones, ac deprædationes diligentèr muniantur, & quæ propterea tempore aliorum Rom. Pontificum Prædec. noſtrorum, provida ſunt conſideratione ordinata, ut votivos ſortiantur effectus, libentèr innovamus, & aliàs deſuper providemus, prout temporum rerum, & locorum qualitatibus accuratè penſatis, id in Domino conſpicimus ſalubritèr expedire.

Paul. IV. indixit Subſid. 8. mil. ſc. pro reparatione Portus Anconæ.

§. 1. Cum itaque, ſicut accepimus, aliàs Conſilium fel. rec. Pauli PP. IV. Prædec. noſtri, in vim decreti, ſub die 10. Maii 1559. per eos facti ordinaverit, & mandaverit, ut pro reparatione Portus Civitatis noſtræ Anconæ, quo nullum univerſæ Rom. Eccleſiæ ditio, ad Mare Adriaticum, nec commodiorem habet, neque tutiorem: quolibet anno 8. mil. ſcuta ſolverentur: quæ ſic annuatim exigerentur, videlicet à Romandiolæ duo mil., à Marchiæ Anconitanæ duo item mil. ab Umbriæ Provinciis noſtris mille, à Communitate verò d. Civitatis Anconæ tria mil., & ſumma hujuſmodi variis de cauſis, & impedimentis, abinde citra integrè exacta non fuerit, quapropter Portus ipſe, ut oportuit, debitè reparari, & communiri non potuerit.

§. 2. Nos conſiderantes, ſi unquàm aliàs nunc certè maximè, eundem Portum, ad quem naves ſine ſummo periculo jam adire non poſſunt, quique ob vicinitatem Turcarum ſæviſſimorum, acerrimorumque Chriſtiani nominis hoſtium octoginta, aut paulò ampliùs milliaria ab eo diſtantium graviſſimo in diſcrimine aſſiduè verſatur, neceſſaria, celerique inſtauratione, ac munitione magnoperè indigere, volenteſque propterea ſuper his diligentiæ, ac ſolicitudinis noſtræ remedio mature providere.

Hic Pontifex mandat d. ſc. 8. mil. ſolvi tàm à die impoſitionis, quà in futurum.

§. 3. Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtris, quod Provinciæ, & Civitas præfatæ ſum. 8. mil. ſcut. auri in auro, ſecundum ratam, ut præfertur, ſpecificatam, tàm pro præterito, incipiendo à d. die decima Maji anni 1559. uſque ad præſentem diem, quàm deinde ſucceſſivè in futurum pro ejuſdem Portus reparatione continuanda, & concedente Domino feliciter abſolvenda, donec Nos aliud deſuper ordinaverimus, ſolvere omninò teneantur.

Ac ſolutum beneficati.

§. 4. Ita tamen quod his, qui aliud jam hoc nomine ſolverint, id totum, quod eos ſolviſſe compertum fuerit, bonum fiat, & in ſolutionibus per ipſos faciendis deducatur, auctoritate Apoſt. tenore præſentium de maturo conſilio, & deliberatione noſtris, ſtatuimus, ordinamus, atque decernimus.

Executorum, ac depoſitarii deputatio.

§. 5. Mandantes in virtute S. obedientiæ, & ſub noſtri arbitrii pœnis Provinciarum ipſarum Vicelegatis, necnon Locumtenenti Civitatis Anconæ, nunc, & pro tempore exiſten., ut ſum. 8. mil. ſcut. hujuſmodi quolibet anno juxta taxam, & diſtributionem prædictam à quibuſvis Communitatibus, Univerſitatibus, & perſonis illam ſolvere debentibus, omni adhibita diligentia, à perſonis per eos nominandis, & deputandis exigi, & ſic exactam in manibus dil. fil. Hieronymi Ferretti Anconitani, quem depoſitarium pecuniarum ejuſdem reparationis deputamus, quemque in manibus locumtenentis ejuſdem Civitatis Anconæ de diligenter pecunias hujuſmodi adminiſtrando, & reddendo fidele computum de adminiſtratis, antequàm Officium hujuſmodi exercere incipiat, idoneam cautionem præſtare volumus, deponi, & ſolvi omni dilatione ceſſante curent, & faciant.

Contravenientium pœnæ.

§. 6. Nos enim eiſdem Vice-legatis, & Locumtenenti quoſcunque renitentes, & ſolvere recuſantes, vel differentes, ac contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſt., ac etiam pecuniarias, arbitrio cujuslibet eorum infligendas, & applicandas, cæteraque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendi, & ad ſolutionem prædictam cogendi, ac compellendi, necnon ſui brachii militaris ſubſidium, ad hoc, ſi opus fuerit, adhibendi, aliaque faciendi, geren., & exequen., quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportuna, plenam, liberam, & omnimodam per eaſdem præſentes concedimus, & impartimur facultatem, auctoritatem, & poteſtatem.

Clauſulæ derogatoriæ.

§. 7. Non obſtan. Conſtitut., & Ordinat. Apoſt., ac Provinciarum, Civitatis, ac Communitatum, Univerſitatum, & particularium perſonarum prædict., etiam juramento confirmatione Apoſt., vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, exemptionibus, immunitatibus, privilegiis indultis, & lit. Apoſt., illis, & eorum cuilibet in genere, vel in ſpecie per Sedem Apoſt., ac etiam per Nos quomodolibet conceſſis, confirmatis, & ſæpiùs innovatis, quibus omnibus, etiam ſi de illis ſpecialis, expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio habenda foret, eorum tenores præſentibus, pro ſufficientèr expreſſis, habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ad effectum præſentium ſpecialitèr,

litèr, & expreſsè derogamus, ac ſufficientèr, & latiſſimè derogatum eſſe, neminique adversùs præmiſſa ſuffragari poſſe, aut debere volumus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Fides Tranſumptorum.

§.8. Et quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæque loca, ubi opus foret, deferri, volumus, & d. auctoritate Apoſt. decernimus, quod earundem præſentium literarum tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo dil. fil. Theſaurarii noſtri generalis, ſeù alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſt. conſtitutæ munitis plena, indubitata, & eadem prorſus fides ubique locorum, tàm in judicio, quàm extra adhibeatur, quæ originalibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat.

Datum Romæ apud S. Petrum die 9. Junii 1561. Pont. an. II.

Quatrenorum Taxa.

CLXXIV. CONSTITUT.

CLEMENTIS PP. VIII.

Additio locorum octoginta Monti Quatrenorum, aliàs Erecto.

Idem Pontifex ſub die 1. Septembr. anni 1600. indixit Taxam Scutor. 6000. Communitatibus Statut Eccleſ., ac Artificibus, & Mercatoribus Urbis pro dote Montis vacabilis Quatrenor., ſed hujus impoſitionis literæ nullibi reperiuntur impreſſæ.

Ed. an. Dom. 1603. die 10. Iulii ex act. Franciſchini lib. Sign. diſt. an. fol. 122.

Repartitionem verò hujus Taxæ, factam per Card. Camerar., enunciatam in præſenti Chirogr., in alio volumine referre curabo.

Reverendiſs. Card. Camerlengo.

AVENDO Voi per ſupplire alle ſpeſe, quali ſi fanno per battere li quatrini. Luoghi cento, e quelli venduti à Vincenzo Mazzenghi Amminiſtratore della Zeccha di Roma per prezzo di ſcu. 106. per Luogo, e non baſtando il prezzo di detti Monti aggiunti à ſupplire dette ſpeſe, abbiamo deliberato ſi aggiunghino al detto Monte altri 80. Luoghi; Laonde per la preſente di Noſtro Moto proprio &c. eriggiamo, & accreſciamo al detto Moute de' quatrini, altri luoghi 80. con li medeſimi frutti, e rendita di ſcu. 6., e mezzo per luogo ſopra la Taſſa ultimamente fatta da Voi, e ripartita tra le Communità del noſtro Stato coll'Artiſti di Roma, e colle medeſime eſenzioni, facoltà, privilegj, e grazie conceſſe al detto Monte nella ſua prima erezzione, quali vogliamo s'abbino qui per eſpreſſi.

Il Papa narra la taſſa impoſta alle Communità dello Stato Eccl., & Artiſti di Roma per dote del Monte de quatrini.

E fà al detto Monte un aggiunta di luoghi 80. con i medeſimi privilegi &c.

§.1. Quali Luoghi 80. del Monte ſudetto per la preſente li diamo, e concediamo à Silveſtro Aldobrandini noſtro Pronip. per prezzo di ſcudi 100. di moneta per ciaſcun luogo, facendoli libera, e gratuita donazione *inter vivos* di tutta quella ſomma, che detti Monti valeſſero di più, ſecondo il corſo della Piazza di Roma.

§.2. E vi ordiniamo, ch'il prezzo di detti Monti lo facciate pagare à detto Mazzenghi per darne credito alla noſtra Camera ne'conti dell'Amminiſtrazione di detta Zeccha, e ne ſpedirete le Patenti à favore di detto Silveſtro nella forma ſolita con farli quietanza del d. prezzo, che Noi per la poteſtà, che abbiamo le confermiamo, & approviamo, come anco confermiamo, & approviamo le ſudette due aggiunte fatte al d. Monte di Luoghi 100., e la vendita di eſſa fatta al d. Mazzenghi per prezzo di ſcudi 106. di moneta per ciaſcun luogo.

Onere Cameralia.

Salis Vectigal.

§.3. Non oſtante la Cedola del noſtro moto proprio ſopra l'Eſtinzione dei quattrini, i bandi in eſecuzione di quello da Voi publicati, la Coſtituzione di Pio IV. noſtro Predeceſſore *De Regiſtrandis*, e qualunque altra coſa faceſſe in contrario, avendo il loro tenore quì per eſpreſſo, per queſta volta ſolamente deroghiamo.

Clauſole derogatorie.

Dato nel noſtro Palazzo di Monte Cavallo queſto dì primo Luglio 1603.

Data.

Clemens PP. VIII.

Pro majori corroboratione hujus Chirogr. aliud expeditum fuit die 29. Auguſti ejuſdem anni regiſ. in eodem lib. ſign. d. pag. 112. à tergo.

Salis Vectigal.

CLXXV. CONSTITUT.

JULII PP. III.

Sal exterum in Civitatibus, & locis S. Romanæ Eccleſiæ mercari prohibetur.

Hæc prohibitio primò prodiit à Caliſto III., ſed ejus lit. nullibi reperiuntur impreſſæ.

Præſens autem Conſt. confirmata fuit, & dein declarata à Greg. XIII., ut in ſeq., & demùm innovata, & extenſa à Clem. VIII. in Conſt. Frumenti, quam hab. ſup. Conſtitut. 30. pag. 51.

De Impoſit. augumentor. Salis hab. ſup. Conſt. 125. cum ſeqq. pag. 221.

Ed. an. Dom. 1553. die 17. Iunii in bull. vet. la 35. pagin. 536. tom. 1., in antiq. ann. 1579. la 31. pag. 369., & in alio an. 1559. pag. 121.

JULIUS PAPA III.

Ad fut. rei mem.

Exordium.

EX INCUMBENTI Nobis Apoſtol. ſervitutis Officio ad ea libentèr intendimus, per quæ Subditorum noſtrorum commoditatibus, & Cam. Apoſt. indemnitati opportunè conſulatur.

Cauſa hujus Conſtit.

§.1. Cum itaque, ſicut accepimus, quantitas ſalis, quod in ſalinis Civitatis noſtræ Cerviæ ob neceſſariam dilect. filiorum illius Civium, & incolarum ſubſtentationem, quotannis conficitur, & à Camera Apoſt. certo convento pretio emi conſuevit, adeo aucta ſit, ut nonniſi longævi temporis ſpatio diſtrahi poſſit, & ex hoc niſi remedium opportunum adhibeatur, vel ipſos Cives, & incolas ab ulteriori ejuſdem ſalis fabrica, non ſine gravi eorum diſpendio ceſſare, vel ipſam Cameram pecuniarum recuperatione, quas pro d. pretio erogat, fruſtrari oporteat.

§.2. Nos cupientes (ut par eſt) non ſolùm commoditati eorundem Civium, & incolarum, quos paterna benevolentia proſequimur, verùm etiam indemnitati ejuſdem Cameræ opportunè proſpicere.

§.3. Mo-

ONERA CAMERALIA.

Pro Triremium manutentione Taxa.

Prohibitio mercandi ſal exterum in locis S.R.Ec.

§.3. Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, quod de cætero in Civitatibus, terris, & locis S. Sedi Apoſt. immediatè ſubjectis nulli prorsùs locorum univerſitati, Collegio, Communitati, vel privatis perſonis, quavis dignitate, etiam Archiepiſcopali, Cardinalatus, vel majori Eccleſiaſt., vel laicali dignitate fulgentibus, ſal exterum, & illud præſertim quod ab oris Dalmatiæ, ſeu orientalibus, vel meridionalibus, ac aliis mundi regionibus advehitur, in publicos, vel privatos uſus mercari liceat, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & quoad Communitates, aut Univerſitates mille, & quoad reliquas privatas perſonas, & collegia perſonarum Eccleſiaſticarum centum duc. auri de Cam., Cameræ prædictæ applicand., ipſo facto per quemlibet contravenientem, & pro qualibet contraventione incurrendis pœnis, auctoritate Apoſt. tenore præſentium ſtatuimus, & decernimus.

Executores iſtius conſtit.

§.4. Mandantes dil. fil. Legatis Provinciarum, & illorum Locatenentibus, ac locorum Gubernatoribus, & aliis Officialibus, ad quos pertinebit, in virtute S. Obedientiæ, ut ſtatutum, & decretum noſtra hujuſmodi inviolabilitèr obſervari faciant, contemptores, & inobedientes per opportuna facti, & juris remedia compeſcendo.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.5. Non obſtant. præmiſſis, & fel. recor. Bonifacii Papæ VIII. Præd. noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, aliiſque Conſtit., & Ordinat. Apoſt. tàm generalibus, quàm provincialibus, necnon etiam juramento, confirmatione Apoſt., vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Lit. Apoſt. ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis quomodolibet conceſſis, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Tranſumptorum fides.

§.6. Volumus autem, atque decernimus, quod præſentium tranſumptis, manu alicujus Cam. Apoſt. Notarii ſubſcriptis, & ſigillo dil. fil. Guidonis Aſcanii S. Mariæ in Vialata Diaconi Cardinalis de S. Flora nuncup. Camerarii noſtri munitis, ea prorsùs fides adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat.

Datum Viterbii die 11. Jun. 1553. Pontif. An. IV.

CLXXVI. CONSTITUT.

GREGORII PP. XIII.

Declaratio, quod conſtitutio edita contra ementes Sal exterum in locis S.R.E., comprehendat non ſolùm immeditè, ſed etiam mediatè ſubjectos Sedi Apoſtolicæ.

Ed. an. Dom. 1582. die 3. Dec. in bull. nov. poſt la 49. to. 2., & in vet. la 93. pag. 1314. tom. 2.

GREGORIUS PP. XIII.

Ad fut. rei mem.

ALIAS emanarunt à Nobis lit. tenoris ſubſequentis, videlicet. *Ex incumbenti &c. Omittitur tenor, quia eſt de verbo ad verb. idem cum præcedenti Conſt. Julii III.*

Declaratio iſtius conſt.

§.1. Cum autem mentis, ac voluntatis noſtræ fuerit, non modò immediatè, ſed etiam mediatè nobis, & Apoſt. Sedis ſubjectos in præinſertis literis comprehendi, idcirco Motu proprio, & certa noſtra ſcientia ſimilibus, tenore præſentium decernimus, & declaramus, etiam mediatè Nobis, & d. Sedi ſubjectos, in dd. literis fuiſſe comprehenſos, eaſque etiam ad hoc validas, & efficaces fuiſſe, eſſe, & fore, ac illos, qui poſt earum datam hactenus quomodolibet eis contravenerunt, & ex nunc in futurum contravenient, pœnas prædictas incurriſſe, & incurrere in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi in eiſdem literis de mediatè, & immediatè ſubjectis ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio facta fuiſſet.

Decretum irritans.

§.2. Sicque ab omnibus cenſeri, & judicari debere, necnon irritum, & inanè quicquid ſecus à quoquam quavis auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.3. Non obſtantibus omnibus, quæ in dictis literis voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus etiam, quod præſentium tranſumptis manu Notarii Cam. Apoſt. ſubſcriptis, & ſigillo noſtri, & S.R.E. Camerarii munitis, plena ubique fides adhibeatur, ac ſi originales literæ exhiberentur.

Dat.

Dat. Romæ apud S. Petrum, die 3. Decemb. 1582. Pontif. An. XI.

Pro Triremium Manutentione Subſidium.

CLXXVII. CONSTITUT.

SIXTI PP. V.

Impoſitio annui ſubſidii centum duorum millium, & quingentorum ſcut. mon. pro Manutentione Claſſis decem Triremium, ad Status Eccl. defenſionem paratæ.

Congregationem S.R.E. Card. pro Claſſe paranda, & ſervanda inſtituit idem Pontif. in Conſtit. Immenſa in bul. no. la 74.

Exemptionem ab hujuſmodi taxa S. R. E. Card. conceſſit Ven. Ser. DEI Innoc. PP. XI., ut in ſeq. Conſtit.

Ed. an. Dom. 1588. die 22. Ian. in bull. hujus Pontif. la 34. pagin. 179. par. 2.

SIXT. Epiſc. Ser. Ser. DEI, Ad perp. rei mem.

Exordium.

IN QUANTAS rerum perturbationes Reſpublica Chriſtiana ſit hoc tempore adducta, quàm gravia ei immineant pericula, adeò apertè res ipſa demonſtrat, ut nihil neceſſe ſit luctuoſa commemoratione dolorem noſtrum augere. Nemo enim ferè Chriſtianorum Principum eſt, cui non aut de propriis damnis, aut de vicinorum calamitatibus ſit dolendum.

§.1. Itaque cum ad hanc communem, quam de Univerſalis Eccleſiæ Nobis à Domino commiſſæ regimine, & tuitione ſuſcipimus curam, accedat noſter paternus affectus, quem erga populos nobis, ac huic S. Sedi, etiam in temporalibus ſubjectos, tanquam erga peculiares filios gerimus, jamque Dei benignitate, noſtraque ſolicitudine perditorum hominum audacia frænata cunctis publica quies, pax, & tran-

tranquillitas ſit, præſertim in locis mediterraneis reſtituta: nunc etiam ſummo ſtudio enitendum eſt, ut littora quoque, & oræ maritimæ temporalis noſtræ Ditionis Terra, Mariq; à Piratis, & prædonibus, quantum fieri poteſt, tutæ reddantur, non ſolùm ad noſtrorum ſubditorum ſecuritatem, ſed ut exteræ etiam nationes ad hanc communem matrem tutò accedant, neve à Piratis in miſeram ſervitutem abducantur.

Hic Pontifex Claſſem decem triremiũ inſtruxit.

§.2. Ideoque claſſem decem Triremium ad Piratas coercendos, & repellendos paravimus, ornavimus, omnique nautico, & militari apparatu inſtruximus; Verum cum hæc omnia non ſine magno ſumptu confici potuerint, & in poſterum ad hæc ipſa, quæ Chriſtianæ Reipubl. univerſæ impendent mala propulſanda, ingentes impenſæ in dies faciendæ ſint, claſſem prædictam perpetuis futuris temporibus, ex noſtris, & Cam. Apoſt. redditibus conſervari vix poſſe cernimus, niſi ad extraordinarium aliquod ſubſidium confugiamus.

§.3. Quare, & ſi ſtatueramus nullis populum, aut Clerum novis exactionibus, impoſitionibuſve gravare, idque in hoc uſque tempus præſtiterimus, tamen multitudo impenſarum, & onerum, aliis ſuper alia creſcentibus, ab hujuſmodi propoſito, & inſtituto aliquantulum recedere nos coegit: Quod ut Nos inuiti faciamus, ita ſperamus eam æquitatem animorum fore, ut quod in publicam utilitatem neceſſariò impendendum vident, haud gravatè etiam conferant.

Et nunc annuum ſubſidium 78. mil. ſc. Populis ſui Status Eccl. pro manutentione d. Claſſis imponit, & modo hic deſignato diſtribui mandat.

§.4. Habita igitur ſuper his omnibus cum Ven. Fratr. noſtris S.R.E. Cardinalibus deliberatione matura, de eorum conſilio, & aſſenſu, auctoritate Apoſt. tenore præſentium perpetuò indicimus, & imponimus perpetuum annuum ſubſidium, ſeu redditum, aut reſponſionem ſeptuaginta octo mil., ſcut. monet. per omnes populos Status noſtri temporalis Eccleſiaſt., pro manutentione claſſis præfat. decem triremium ſingulis annis perſolvendum: hac tamen diſtributione ſervata, ut Provincia Marchiæ duodecim mil., ac totidem Provincia Romandiolæ, totidem etiam Provincia Umbriæ, necnon totidem Bononia, totidemque dil. fil. Senatus Popul. Rom., Provincia verò Patrimonii B. Petri in Tuſcia 5874., Provincia Campaniæ 6126., Ancona 1800., ac totidem Firmum; Aſculum verò 1200.; ac totidem Fanum ſcuta mon., quæ inſimul prædictam ſummam 78000. ſcutor. conficiunt, Cameræ Apoſtol. ex prædicta cauſa annuatim perſolvere.

Magiſtratus locorum teneantur repartire taxam etiam per impoſitionem talearum.

§.5. Magiſtratus verò cujuſcunque Civitatis, Provinciæ, Terræ, & loci, etiamſi opus erit aſſiſtentibus in hoc Gubernatoribus, Præſidentibus, & Officialibus eorundem, & modum, & formam exigendi, colligendi, & dividendi taxam eis impoſitam, etiam per impoſitionem talearum, collectarum, vel alias, prout eis commodius videbitur, reperire teneantur.

Aliud ſubſidiũ ſc. 12. mil. ſuper redditibus Beneficiorum conſiſten. in

§.6. Cumque ne hæ quidem impoſitiones ſufficiant, de conſilio, auctoritate, & tenore prædictis, imponimus pariter, atque indicimus aliud ſubſidium aliorum duodecim mil. ſcut. mon. ſuper omnibus, & quibuſcunque fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, diſtributionibus quotidianis, & emolumentis ordinariis, & extraordinariis omnium, & quarumcunque Eccleſiarum Metropolitanarum, Cathedralium, Collegiatarum, & Parochialium, necnon Monaſteriorum, & Conventuum, ac etiam menſarum Archiepiſcopalium, Epiſcopalium, Abbatialium, Capitularium, & Conventualiũ, Prioratuum, quoque Præpoſiturarum, Præceptoriarum, Canonicatuum, præbendarum, dignitatum, perſonatuum, adminiſtrationum, & Officiorum, cæterorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura, & ſine cura, ſæcularium, ac S.Benedicti, S.Auguſtini Cluniacenſis, Ciſtercienſis, Premonſtratenſis, S.Baſilii, Sylveſtrinorum, & qui proprietates, redditusq; certos ex privilegio, vel aliàs poſſident, Mendicantium, ac quorumcunque aliorum Ord. utriuſque ſexus, necnon Congregationum Regularium, (exceptis tamen duodecim illis Congregationibus, quæ cum Cam. Apoſtolic. tempore felic. rec. Pii PP. V. Prædeceſſ. noſtri de ſubſidio ordinario concordarunt). Et prætereà Hoſpitalium etiam pauperum, hoſpitalitatem non exercentium, ſeu bona, & redditus ultra infirmorum neceſſitates, & alia, pro quibus inſtituta ſunt pia Officia exercenda poſſidentium, necnon B. Mariæ Theutonicorum, S. Lazari de Alto paſſu, Templi Dominici, & aliarum Militiarum (Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani, quæ pro ſui tutela contra Turcas, & alios Infideles alienis auxiliis continuò eget dumtaxat excepta,) nedum in univerſo Statu S. R. E. ſive mediatè, ſive immediatè conſiſtentium, nempè ut Parmæ, Placentiæ, Ferrariæ, Urbini, Piſauri, Civitatibus, Ducatibus, & Dominiis, verum etiam Mutinæ, & Regii Civitatibus, & earum territoriis, quibus, eorumque populis ex hac noſtræ Claſſis conſervatione utilitatem, etiam profuturam ſperamus comprehenſis, itaut quæcunque perſonæ quavis dignitate, & præeminentia præfulgentes, etiam S.R.E. Card. ad ſolvendum ratam ſibi tangentem ſubſidii, ſeu impoſitionis hujuſmodi teneantur.

Onera Cameralia.

Pro Triremium manutentione Taxa.

locis mediatè, & immediatè S.R.E. ſubjectis impoſit.

Excipit Congreg. quæ cum S. Pio V. concordarunt.

Ac Hoſpitale S. Io. Hieroſolymit.

Subſidium prædictũ modo, & tempore deſignato ſolvi præcipit

§.7. Quod quidem ſubſidium, & impoſitionem ſecundùm verum annuum valorem fructuum, redditum, proventuum, & alior. prædictor., & juxta taxam cuique diœc. ab infraſcripto Camerario noſtro, cum interventu Cam. noſtræ Commiſſ. Gen. imponendam: inter perſonas autem Eccleſ. ejus diœc. per Epiſcopum, una cum duobus, uno videlicet à Capitulo, altero à Clero deputandis, pro modo redditum Eccleſiaſt., quos unuſquiſque percipiet diſpertiendum, etiam ratione omnium, & quarumcunque penſionum annuarum ſuper fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, emolumentis, & diſtributionibus ſupradictis aſſignatarum, & aſſignandar., percipi, exigi, & levari debeat ab omnibus, & quibuſcunque Epiſc., Archiep., Primatibus, Patriarchis, & aliis Eccleſiar. Prælat., ac etiam Card. prædict., ac cæteris cujuſcunque ſtatus, dignitatis, & conditionis perſonis prædicta quocunque jure, & titulo obtinentibus, & obtenturis,

Digitized by Google

ONERA CAMERALIA.

Pro Triremium manutentione Taxa.

tenturis, necnon œconomis, & adminiſtratoribus perpetuis, & temporalibus, uſufructuariis, ac fructus, penſiones, res, & alia hujuſmodi jura ex quacunque cauſa ſibi Apoſtol. auctor. in toto, vel in parte reſervata habentibus, & habituris ſæcularibus, & regularibus Ordinum, Congr., Militiarum, & Hoſpitalium prædictorum, necnon ab ipſis Eccl., Capitul., Conventibus, Ordinibus, Congr., Collegiis, Hoſpitalibus, Militibus, Menſis, Maſſis, & locis quocunque privilegio, & exemptione reali, perſonali, & mixta, antiqua, & immemorabili, pacifica, & continua ſuffultis: quos omnes ad hoc efficaciter obligatos die feſto Dedicat. S. Michaelis Archangeli in Menſe Septembris ratam ſibi tangentem Cam. prædictæ, & illius Procurat. ad id conſtituendis, omnino volumus perſolviſſe.

§.5. Non oſtanti li Privilegj, & Eſenzioni, benche ampliſſimi, & ampliſſime, Indulti, che competono, o poteſſero competere, o competeſſero per qualunque cauſa, titolo, anche oneroſo, & occaſione a tutti, e ſingoli ſudetti nominati, & eſpreſſi, & ad altri, che doveſſero nominarſi, e ſpecificarſi, la Coſtit. di Pio IV. noſtro Predeceſs. *De regiſtrandis*, le facoltà, e giuriſdizioni concedute, e competenti alli ſudetti, & altri Giudici, o Tribunali, e Superiori, e la Regola della noſtra Cancellaria *De jure quæſito non tollendo*, o qualſiſiano altre Coſtit., & Ordinaz. Apoſtoliche noſtre, e de'noſtri Predeceſs. Concilj Gener., e Provinc., Leggi Civili, e Canoniche, Statuti, Riforme, Uſi, Stili, e Conſuetudini, & ogn'altra coſa, che faceſſe, o poteſſe fare in contrario, al preſente noſtro Chirografo: alli quali Privilegj, Indulti, e Conceſſioni, Coſt., & altre coſe ſudette, che foſſero contrarie, e che richiedeſſero ſpeciale, & individua menzione, & eſpreſſione per queſta volta, & all'effetto ſudetto eſpreſſamente deroghiamo, non ſolo in queſto, ma in ogn'altro miglior modo.

Dat.

Dato dal noſtro Palazzo Apoſt. Vaticano queſto dì 30. Maggio 1710.

Clemens PP. XI.

Vini Minutatim vendendi Vectigal.

CLXXXIII. CONSTIT. SIXTI PP. V.

Indictio Vectigalis Vini minutatim vendendi in Statu Eccleſiaſtico, Roma, & Bononia exceptis.

Extinctionem verò hujuſmodi Vectigalis factam per eundem Pontificem habes in ſeq. Conſt. Bannimenta ſuper hujuſmodi Vectigali publicata, referam in alio volumine.

Ed. an. Dom. 1586. die 8. Martii impr. Typis R. Cam. Apoſt.

SIXT. Ep. Ser. Ser. DEI, Ad perp. rei mem.

Exordium.

GRavioribus Subditorum noſtrorum incommodis conſulere, quantum in Domino poſſumus, cupientes, non ad præſentia tantùm, & proxima, ſed ad futura, & longè remota debemus vigilantiæ noſtræ aciē intendere; & quæ Reipubl. Chriſtianæ mala impendent, ita prævidere, ut illa, aut omnino devitare, aut aliqua ex parte, Deo conatus noſtros adjuvante, declinare valeamus.

§.1. Quod in animo noſtro antea proponentes, frugi ſæpe patrumfamilias rationem in tam ampla procuratione infirmitati noſtræ ab eo, qui debiles roborat, commiſſa, ſumus contemplati, eorumdemque in magnis rebus, quæ Nobis in ſublimi Apoſtolatus ſolio conſtitutis gerendæ ſunt uti induſtria, non inutile fore, aut indecorum putavimus. Illi enim parva quæque hinc, atque hinc colligentes, totique familiæ, quin etiam propriis filiis in præſentia nonnulla ſubtrahentes, formicæ inſtar de hyeme æſtivo tempore cogitantis, ea ipſi condunt, quæ in futuris neceſſitatibus, pro eorundem filiorum defenſione, ac tutela largitèr depromant.

§.2. Cum igitur in varia diſcrimina ſervitutis noſtræ tempus inciderit, majoraque in dies pericula immineant, eos ipſos patres familias in magnis difficultatibus, quæ Chriſtianam Rempublicam, & Eccleſiaſt. ditionem undique circumſtant propulſandis imitari volentes, ſeponendum duximus, quod nobis, ſi quid eorum, quæ timentur, quæque, ut benigniſſimus Pater noſter Deus avertat, aſſiduè precamur evenerit, ſubſidium præſtet. ne dum aliunde auxilia fruſtrà quærimus, repentinis cum commiſſo Nobis grege, de quo rationem ſumus reddituri, caſibus opprimamur. Immò verò ſuppletum paulatim, ac ſine magnis Subditorum noſtrorum incommodis, atque exactionibus, quinimo ipſis à plurimis oneribus liberatis ærarium habeamus, ex quo certum ſubſidium contra infidelium, Hæreticorum, & facinoroſorum hominum omnia concutientium, ac ſubvertentium impetus ſuppeditetur: & licet nihil unquam magis in animo habuerimus, quàm populos nobis Subditos, quos in charitatis viſceribus gerimus, nullo novo onere prægravare; Cum tamen iſta præſidia ſint nobis comparanda, & ad tot propulſanda pericula, & ad res maximas, quas cogitamus gerendas; inde cogimur ſubſidia quærere: unde eiſdem Subditis Præd. noſtrorum exemplo, & rei ipſius experientia minora dentur incommoda.

Impoſitio ſubſidii ſuper vino minutatim venden. in Statu Eccleſiaſt., Roma, & Bononia exceptis

§.3. Quare hujuſmodi curis unde maximè cruciamur, cum Ven: Fr. noſtris S.R.E. Cardinalibus, hodie in Conſiſtorio noſtro ſecreto communicatis, de eorundem conſilio paritèr, & aſſenſu, ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſt. poteſtatis plenitudine, prædictorum noſtrorum quoque Præd. veſtigiis inhærendo, qui his non abſimilia, in minori fortaſſe neceſſitate conſtituti, excogitaverunt, atque etiam in Alma Urbe noſtra, & Civitate Bononien., necnon in aliis fortè locis ſunt exequuti, ad univerſum Statum Eccleſiaſticum Nobis mediatè, vel immediatè ſubjectum vectigal, ſuper ea vini quantitate, quæ minutatim venditur, extendentes, omnibus cujuſque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & dignitatis exiſtant, qui ubique locorum totius

ſtatus

ſtatus Eccleſiaſtici Nobis, & Sedi Apoſt. mediatè, vel immediatè ſubjecti, (Alma Urbe, & Civitate Bononien. dumtaxàt exceptis) vinum minutatim, ſive in Tabernis, ſive in Domibus ſuis vendent, ut Cameræ noſtræ, vel deputatis ab ea unum quatrenum pro qualibet, ut vocatur Foglietta, à Kal. proximi Menſis Maii incipiendo pendant, imponimus, atque decernimus.

Exactores deputat Cameratiũ, & Theſaurarium.

§.4. Mandantes, atque injungentes, dilectis filiis ejuſdem S.R.E. Camerario, ac Theſaurario noſtro generali, Præſidentibuſque, & Clericis Cam. Apoſt., ut in univerſo ſtatu Eccleſiæ hujuſmodi noſtram hanc indictionem, & impoſitionem, ſeu potius extenſionem ſub gravibus, etiam pecuniariis pœnis, eorum arbitrio irrogandis, aliiſque opportunis juris, & facti remediis ab omnibus, ad quos ſpectat, ſeu quomodolibet ſpectabit in futurum, inviolabilitèr exigi faciant.

Derogatio contrariorum

§.5. Non obſtant. quibuſvis Conſtit., & Ordinat. Apoſt., cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptorum Fides.

§.6. Volumus autem exemplis harum lit., etiam impreſſis manu Notarii publ. ſubſcriptis, ac ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſ. conſtitutæ obſignatis, eandem prorſus fidem ubique adhiberi, quæ eiſdem noſtris literis adhiberetur, dum illæ producerentur.

Publicati mãdat.

§.7. Quodque à die, quo hujus ſubſidii Indictio, in Valvis Baſilicæ Principis Apoſtolorum, ac Cancellariæ noſtræ Apoſtol., atque acie Campi Floræ per Curſores, de more publicata fuerit omnes afficiat, ad hoc, ut dicta die Kal. Menſis Maii proximè venturi, idem ſubſidium, prout ſtatutum eſt, perſolvatur, ac ſi unicuique dicti ſubſidii indictio, perſonaliter intimata fuiſſet, cum non ſit veriſimile, quemquam latere, quod tam patenter fuerit promulgatum.

Sanctio pœnalis.

§.8. Nulli ergo &c. Si quis autem &c.

Dat.

Datum Romæ apud S. Petrum, An. Dom. 1586. V. Id. Martii, Pontif. An. IV.

✠ Ego Sixtus Cath. Eccleſ. Epiſc.

Sequitur ſubſcriptio S.R.E. Cardinalium.

CLXXXIV. CONSTIT.

SIXTI PP. V.

Extinctio Vectigalis impoſiti (ut in præced.) ſuper Vino minutatim in Statu Eccleſiaſt. vendendo, ac ſubrogatio Communitatum in Exactione ſcut. 34. mil. annuor. in loc. dicti Vectigalis ſubrogator.

Ed. an. Dom. 1588. die 25. Julii in ejus bullar. la 17. part. 2. p. 106.

SIXT. Ep. Ser. Ser. DEI, Ad perp. rei mem.

Exordium.

HUMANARUM rerum ea eſt incerta conditio, ut nihil tam prudenter animadverti, ac ſapienter conſtitui poſſit. quod interdum novis rationibus, & cauſis exigentibus immutandum, atque in aliam formam omninò redigendum eſſe non appareat: idque multis in rebus expertum, nunc verò præcipuè accidit, dum ſedulò invigilamus, ut Subditi noſtri, quos intimo complectimur charitatis affectu, ab exactionum difficultatibus, & oneribus, ob quamplures tamen publici boni rationes impoſitis, quantum præſentium temporum incommoda ferunt, noſtra opera, & ſtudio omnino ſubleventur.

Onera Cameralia.

Vini minutatim vendendi Vectigal.

§.1. Poſt ſuſceptum igitur Apoſtol. Sedis regimen, paſtoralem noſtram vigiliam in ſummas perturbationes incidiſſe videntes, hæreticis atrociſſimis fidelium hoſtibus extrema omnia tentantibus, ac minitantibus, facinoroſis, & perditis hominibus impunè undique volitantibus, juraque omnia nefariè violantibus, gravioraque in dies diſcrimina impendere animadvertentes, non ſolùm præſentibus malis mederi, verum etiam imminentia pericula declinare, quantum virium noſtrarum imbecillitas poteſt, Deo adjuvante, decrevimus.

Hic Pont. vectigal unius quatreni ſuper vino minutatim vendendo impoſuit, ut in præced.

§.2. Verum ad pias noſtras cogitationes exequendas, & ad ea gerenda, quæ meditabamur, atque adhuc animo, & cogitatione noſtra complectimur, ad Cathol. fidei augmentum, & exaltationem, præter cætera remedia, non exiguam pecuniæ ſummam congerere neceſſarium eſſe intelligentes, idque ſine aliqua exactione fieri nequaquam poſſe, aliquod ſanè opportunum, & neceſſarium præſidium, vel inviti, quàm minimo Subditorum noſtror. incommodo comparare coacti fuimus, ac ſolutionem unius quatreni ſuper ea quantitate Vini, quæ minutatim venditur, ab aliquibus Prædeceſſ. noſtris in Urbe noſtra, ac Civitate Bononiæ, & nonnullis aliis Ditionis Eccleſiæ conſtitutis, & deſignatis locis ſuperioribus temporibus indictam, ad univerſum Statum Eccleſiaſticum, Urbe, & Bononia exceptis, de Ven. Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium conſilio extendimus, & per Cam. Apoſt. Miniſtros, à Kalen. Menſis Maii, anni 1587., Pontificatus verò noſtri tertio, exigi mandavimus.

Illudq; locatũ fuit pro ann. ſc. 70100.

§.3. Ac deinceps, ut ejuſdem Cameræ indemnitati ea in re quamprimum provideretur, Jus exigendi eandem ſummam per Tribunal ejuſdem Cameræ, quod his negotiis eſt præpoſitum, publica licitatione de more præcedente, candela accenſa, & mox extincta, locari mandavimus, prout re ipſa ad quinquennium locatum fuit ſub die 24. menſis Aprilis ejuſdem anni Dilecto Fil. Philippo Antinorio Mercatori Florentino, & ſociis, qui tunc ab eo nominati eſſent, tamquam plus offerentibus, pro annua ſolutione 70100. ſcut. mon., juliis decem pro quolibet ſcuto computatis, eidem Cam. perſolvendorum.

Super quibus pecuniis idem Pont. Montem Sixtum vacabilem 50. mil. ſc. cum emolumentis ſcut. decem pro cẽtenario erexit ut in ejus bul. conſt. 61. fol. 226. par. 1.

§.4. Ut autem exinde magna aliqua pecuniæ vis, prout rei utilitas, ac neceſſitas ſuadebat, quamprimum confici poſſet, ſuper emolumentis ex d. exactione in unum redigendis, Montem vacabilem Sixtum appellatum locorum, ſeu portionum numero quinque millium pro his qui ibidem pecunias collocaſſent in Urbe inſtituimus, illique ex ſum. 70100. ſcut. aſſignavimus 50000. ſcut., itaut ad rationem 10. ſcutor. pro ſingulo loco his, qui pecunias in dict. Monte collocaviſſent, annis ſingulis pen-

ONERA CAMERALIA.

Vini minutatim vendendi Vectigal.

penderetur, ac eadem 5000. mil. loca, ſeu portiones una ſimul per eandem Cam. Apoſt., ſimili licitatione præcedente, Dil. Fil. Marco Antonio Ubaldino, & ſociis mercatoribus Florentinis, tamquam plus offerentibus, pretio 526. mil. ſcutor. ſimilium alienari curavimus, quæ integra ſumma per eoſdem mercatores perſoluta, in ſanctiori ærario Caſtri noſtri S. Angeli jam ſepoſita, collocataque fuit, prout in literis Apoſtolicis, atque inſtrumentis, & cedulis manu noſtra ſubſcriptis latiſſimè ea omnia, atque diſtinctè explicantur.

Sed cum in exactione dicti Vectigalis, pauperes maximè gravarentur.

§.5. Verum cum in ipſa exactione variæ exortæ ſint difficultates, onuſquæ illud ſatis quidem per ſe leve, grave admodum reddiderint exactorum injuriæ, & quæſtorum extorſiones ob immodicam lucri quamprimum conſequendi cupiditatem, nonnullique etiam pretium Vini non modicè auxerint: Unde præcipuè pauperes hac exactione lædi compertum habentes, idque piæ noſtræ intentioni, atque erga Subditos, præſertim paupertate oppreſſos, animi propenſioni repugnare animadvertentes, dum hiſce dè rebus ad Nos quotidie Subditorum opem noſtram implorantium querimoniæ deferrentur.

§.6. Nos, qui huic S. Sedi Subditos, tamquam peculiares filios paterna charitate proſequimur, tantumque abeſt, ut inſuetis oneribus prægravare velimus, ut eoſdem à veteribus potius, quantum fieri poteſt, eximere cupiamus, ſtatim in his opportunum aliquod remedium adhibere conſtituimus.

Idem Pontif. Congr. ſuper gravaminibus mandavit, ut deſuper provideret, in qua Congreg. proviſum fuit, ut d. Vectigal tolleretur, ut infra.

§.7. Et primum quidem, negocio hoc cum ejuſdem Cameræ Miniſtris maturè diſcuſſo, demum Congregationi nuper à Nobis pro gravaminibus ſublevandis institutæ mandavimus, ut hanc rem totam Subditorum indemnitati conſulendo accuratè perpenderet, à quo omnibus maturè examinatis, tandem accepimus, ſuſceptum per Nos conſilium de tollenda, & abolenda penitus dict. Vectigalis exactione, & Subditis à tam gravi onere, quod tot, tantaque incommoda conſequuntur liberandis, & de fructibus Monti Sixto cum ipſorum Subditor. minori damno providendis, mirum in modum probatum fuiſſe.

§.8. Quare toto negocio hujuſmodi cum reliquis omnibus Fr. Noſtris S.R.E. Card. in Conſiſtorio noſtro ſecreto maturè d. Vectigalis exactionem omnino tollere, & abolere, ac Subditos noſtros ab illius ſolutione immunes, & liberos reddere decrevimus.

Et modo idem Pont. d. proviſionem exequendo, Vectigal extinguit, & illius exactionem interdicit.

§.9. Dictis igitur literis, inſtrumentis, ac ſcripturis ſuper his confectis, aliiſque omnibus, quæ neceſſariò ad integram facti veritatem pertinentibus exprimenda eſſent, pro inſertis habitis, Motu proprio, ex certa noſtra ſcientia, maturaque deliberatione, ac de Apoſtol. poteſtatis plenitudine, eorundenque Fratrum noſtrorum Cardinalium conſilio, & aſſenſu in Kal. proximi menſis Septembris Vectigal dicti quatreni, quod ad Statum Eccleſiaſticum univerſum ex nonnullis locis nuper extenſum fuerat, tollimus, & extinguimus: Necnon quæcunque inſtrumenta locationum, ſublocatiunum, & conventiones, capitula, & pacta occaſione exactionis dictæ impoſitionis cum quibuſcunque inita, & facta abolemus, annullamus, & irritamus, eiſdemque conductoribus, & ſubconductoribus, aliiſque dictæ Cameræ Miniſtris à die Kalen. Septembris in futurum, exactionem prædictam omnino interdicimus, Subditoſque noſtros à dict. die ab eadem ſolutione prorſus liberos, & immunes eſſe volumus.

Montemque prædictum ad loca 3000. reducit, & alia 2000. extingui mandat ex reſiduo Montis Provinciar. erecti per Gregor. XIII., ut ſup. Conſt. 101. p. 178.

§.10. Verum quia dict. Mons Sixtus pro ſumma 5000. locorum, ſeu portione cum dote 50. mil. ſcutor. annuor. ex ſumma ſuper dicto Vectigali exigenda, ut præfertur, erectus fuerat: Volentes, ut etiam ipſe Mons facilius extinguatur, 5. mil. loca, ſeu portiones hujuſmodi ad numerum 3. mil. tantùm reducimus, ac reliqua 2. mil. loca, ſeu portiones extinguenda eſſe decernimus, pro quorum 2. mil. locor., ſeu portionum extinctione, illorumque pretii reſtitutione, ſuper reſiduo ſcu. 30., mil. quæ Provinciæ Status Eccleſiaſt., eidem Cam. Apoſt., ex conventione pro extinctione Vectigalis carnis ſuinæ annuatim perſolvunt, & quod reſiduum in extinctione Montis non vacabilis Provinciarum nuncupati per felic. rec. Gregorium PP. XIII. Prædeceſs. noſtrum ad rationem ſex cum dimidio pro quolibet loco, & anno erecti, & per Nos iterum aucti, hactenus ceſſerat, & in futurum cedere debebat, tot loca, ſeu portiones ejuſdem Montis Provinciarum ad rationem 6. ſcutor. cum dimidio, & anno pro quolibet loco, ſeu portione, auctoritate, & tenore prædictis erigimus, & inſtituimus, ipſaque nova loca, ſeu portiones cum antiquis locis dict. Montis Provinciarum etiam conjungimus, ac provincialium Nobis Subditorum obligationem ad hujuſmodi nova loca extendimus, eundemque Montem Provinciarum in reliquis, quæ his noſtris literis non adverſantur aliàs primævæ erectionis literis, earumque forma ſervatis adaugemus, ac modernum, & pro tempore exiſtentem dicti Montis Provinciarum Depoſitarium erga eos, qui pecunias in emptionem novorum locorum ejus Montis per Nos nunc primum adaucti collocaverint, juxta obligationes per eum præſtitas obligatum eſſe, & ſe obligari debere declaramus: Ita quod eiſdem hypothecis, & obligationibus Cameræ Apoſtolicæ, & illius beneficiorum in genere, & in ſpecie auctoritatibus, privilegiis, exemptionibus, atque immunitatibus prorſus omnino gaudeant in poſterum deſcribendi auctoritate literarum noſtrarum ejuſdem Montis Provinciarum novi creditores, ſicuti per d. Gregorii Præd., ac noſtras liter. jam deſcriptos creditores cautum eſt, gaudere, & potiri, omniaque, & ſingula ad favorem, & ſecuritatem jam deſcriptorum d. Montis creditorum per Sedem, & Cameram Apoſtolicam conceſſa, & indulta novorum creditorum commodo cedere ſtatuimus.

Providet venditioni, & extinctioni.

§.11. Declarantes ad hoc, ut faciliùs, & utiliùs dicta nova loca vendantur, creditores nuperrimè deſcribendos, extrahendos non eſſe, niſi prius aliis antiquioribus extractis: pecuniæ verò omnes ex dict. augmento locorum Montis Provinciarum non vacabilis percipiendæ in extinctionem locorum 2. mil. ex 5. millibus

Montis

Montis Sixti pretio eorundem 2. mil. locor. poſſeſſoribus reſtituto ad eam rationem, ad quam per Cameram divendita, atque alienata fuerunt, convertantur.

§.12. Et quia id ex pretio dictor. novorum locorum Montis Provinciarum perfici nequibit, mandamus, ut pecuniæ, quæ in manibus Dil. Fil. Bernardi Olgiati moderni dicti Montis Provinciarum Depoſitarii reperientur, & quæ in extinctionem dicti Montis Provinciarum converti debebantur, in extinctionem dictorum locorum 2. millium perſolvantur; & quatenus non ſufficient, ex reſiduo exactionis illius, quæ à Philippo Antinorio, & ſociis pro appaltu nuper aboliti Vectigalis quatreni debetur, uſque ad integram quantitatem ſuppleri mandamus.

Creditoribus d. Montis Sixti pro aliis locis 5000., à Provinciis St. Eccleſ. ſc. 34. mil. ſingulis annis ſolvi jubet modo, & forma hìc deſignatis.

§.13. Reliquis autem d. Montis Sixti in 3. mil. locis creditoribus, ac quibus ad rationem 10. ſcutor. pro ſingulo loco annis ſingulis reſpondendum erit ſummam 34. mil. ſcutor. à Provinciis Status Eccleſiaſtici, hac forma ſervata, exigendam loco d. Vectigalis quatreni aſſignamus, ac ſolutionem faciendam in hunc modum præſcribimus, ut Provincia Campaniæ, Maritimæ, Latii, Sabinæ ſolvat 2100. ſcut. Provincia Patrimonii cum Civitate, & diſtrictu Urbis veteris 5200. Provincia Umbriæ 7500., Ducatus Camerini 1000., Provincia Marchiæ cum Civitate, & Territorio Anconit., & Lauret. 10000., Provincia Romandiolæ 7500., quam ſolutionem loco Vectigalis quatreni ſublati ſubrogatam eſſe decernimus.

Et d. ſolutionem ſubrogat loco Vectigalis.

Taxamque, & partitionē inter loca Provinciarum faciendi curam d. Cardinaliū Congr. concedit.

§.14. Itaut ad hoc omnes Civitates, Terræ, Caſtra, Oppida, Villæ, & loca tam mediatè, quàm immediatè ſubjecta ad ſolvendum dict. ſum. 34000. ſcut. pro rata concurrant; illa videlicet loca, in quibus exactio, & ſolutio d. Vectigalis juxta noſtras dict. Vectig. indictionis literas, & contractus, & Capitula locationum per dictam Cameram deſuper facta fieri poterat, & debebat; Et inter loca Provinciarum, & Provinciales ipſos ejuſdem oneris partiendi, ac dividendi curam, & facultatem, quam ampliſſimam eidem Cardinalium Congregationi cum interventu Theſaurarii noſtri Generalis, ac ejuſdem Cameræ Apoſtolicæ Clerici, Decani, & Commiſſarii demandamus, atque eorum decretis ſtandum eſſe, nec ab aliquibus ſub læſionis, aut alio prætextu reclamari poſſe ſtatuimus, ac ratione Taxæ, ſic factæ quamlibet ex præfatis Provinciis, Civitatibus, Terris, & locis ad ſolutionem faciendam in manibus Theſaurarii, ſive exactoris Subſidii Triennalis in qualibet Provincia, ab eadem Camera deputati, eodem modo, atque his temporibus, quibus fit ſolutio ratione impoſitionis carnis ſuinæ teneri, & obligari omnino intendimus. Itaut dictor. 34000. ſc. exactio eodem die Kal. proximi menſis Septembris inchoari debeat.

Temporque ſolutionis, & modum præſcribit.

Cætera tutè in litteris erectionis Montis Sixti ad favorem ejus creditorum contenta, illæſa reſervat.

§.15. Ex his verò triginta quatuor millibus ſc. annuis ſic in poſterum ex cauſa aboliti vectigalis quatreni exigendis, deductis ſumptibus ratione exactionis, reliquum omne depoſitario Montis Sixti, qui pro tempore erit, integrè perſolvi mandamus, qui ad rationem decem pro quolibet centenario, prout in illius erectione decretum eſt, annuatim d. Montis creditoribus reſpondebit, eademque ſumma triginta quatuor mil. ſc. ſubſtituta, & ſubrogata pro fructibus dd. locorum trium mil. plenè cenſeatur loco ſcut. quinquaginta mil. ex vectigali d. quatreni pro locis quinque mil. ejuſdem Montis Sixti creditoribus aſſignatorum; Reliqua autem in literis noſtris inſtitutionis d. Montis Sixti contenta vim obtinere, atque nihil ex his, quæ ad favorem creditorum Montis Sixti ſtatuta ſunt, planè decedere ſtatuimus.

ONERA CAMERALIA.

Vini minutatim vendendi Vectigal.

Reſiduū, quod ultra expenſas ex d. ann. ſc. 34. mil. ſupererit, in redemptionem locorum Mōtis Provinciarum convert jubet.

§.16. Ne autem Subditi noſtri occaſione duplicis ſolutionis ex cauſis allatis in perpetuum graventur, dum magis expedita ratione illis proſpicere ob neceſſitates, quæ Nos undique circumſtant, Nobis non eſt permiſſum, reſiduum annuæ ſummæ dd. ſcut. triginta quatuor mil. ſumptibus ratione exactionis, ac fructibus Montis Sixti, ut ſupra detractis, in extractionem, ſeù redemptionem locorum Montis Provinciarum ſingulis annis, forma in hæc uſque tempora ſervata per dd. Montium Depoſitarium, quem ideo unum eſſe volumus, convertendum eſſe mandamus.

Loca Montis Sixti vacantia iterum vendi vetat.

§.17. Et ut hæc redemptio, ſeu extinctio facilius fiat, loca Montis Sixti, quæ ex propria illorum inſtitutione vacare poſſunt, quandocumque, & cum primùm per obitum illa poſſidentium vacare contigerit, ex nunc extinguimus, eademque loca ſic vacantia, & extincta aliis concedi prohibemus, atque fructus dd. locorum Montium Sixti extinctorum, una cum fructibus locorum d. Montis Provinciarum, quæ pro tempore redimentur ſingulis annis, etiam in extinctionem dd. locorum Montis Provinciarum ponendos eſſe edicimus, donec, Deo adjuvante, uterque Mons redemptus, ac planè extinctus fuerit, quibus per redemptionem extinctis, populi Eccleſiaſt. Ditionis, ſingulareſque perſonæ, & alii quicunque prædictis ſolutionibus obnoxii, ſint ab illis penitus immunes, atque in contrarium decreta nemini ſuffragentur.

Civitatibus &c. eandem taxam cum ſumptibus à Cauponibus exigendi auctoritatem cōcedit.

§.18. Quo verò iidem Subditi onus injunctum taxæ triginta quatuor mil. ſcut. facilius ſubire poſſint, Civitatibus, & locis prædictis, cæteriſque, ad quos ſpectat, ut à Cauponibus, & Tabernariis, qui iter agentes hoſpitari, & Cauponas exercere ſolent, non autem ab iis qui vinum etiam minutatim in propriis domibus vendunt, eandem taxam una cum ſumptibus in exactione faciendis, exigen. amplam, abſolutamque poteſtatem impartimur.

Executores deputat.

§.19. Mandantes dil. fil. noſtro Henrico tit. S. Pudentianæ Presb. Card. Caetano nuncupato S.R.E. Camerario, ac Cam. Apoſtol. Præſidentibus, & Clericis, quatenùs has literas admittant, ac in libris eiſdem Cameræ deſcribi, omniaque, & ſingula in illis contenta exactè obſervan., & exequen. curent, Decernentes Montis Provinciarum locorum nunc ſuperadditorum emptores ad probandum cauſas, in quas pecuniæ ex dd. locis redigendæ, convertendæ erunt, nequaquam teneri, ac fructus ſex cum dimidio pro quolibet centenario aſſignatos, in ſortem computari illis non poſſe, omneſque, & ſingulos, etiam ſolemni-

Clauſulæ præſervativæ.

Onera Cameralia.

Pro Utenſilibus Birruariorum Taxa.

Clauſula ſublata, & Decretum irritans.

tatum quantumvis ſubſtantialium quomodolibet circa eadem omiſſarum defectus ſupplemus, ac præmiſſa vim validi, initique, & ſtipulati contractus habere ſtatuimus.

§.20. Sicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, ac cauſarum Palatii Apoſt. Auditores, necnon d. Cameræ Præſidentes, & Clericos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis alitèr judicandi, & interpretandi facultate judicari, & diffiniri debere; irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari, decernimus.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.21. Non obſtant. præmiſſis, ac omnibus his quæ in ſingulis noſtris lit. ſuper hujuſmodi negociis editis decrevimus non obſtare, necnon Cancellariæ Apoſtol. regula *De non tollendo jure quæſito*, aliiſque Conſtit., & Ordinat. Apoſt. ad favorem Provinciarum, & locorum Status Eccleſiaſt. initis, promiſſionibus, & obligationibus, etiam juramento, aut aliis efficacioribus clauſulis, & cautelis vallatis, ac omnibus his, quæ in ſingulis lit. ſuper dicto Subſidio per d. Gregor., & alios ante eum Prædec. noſtros, ac Nos ipſos ſæpius forſan, non obſtare decretum fuit. Quibus omnibus etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, non autem per clauſulas generales mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda eſſet, eorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxàt ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, contrariis quibuſcumque.

Fides Tranſumptorum.

§.22. Volumus autem præſentium exemplis, etiam impreſſis Notarii publ. manu ſubſcriptis, ac ſigillo Collegii Montis hujuſmodi, ſive perſonæ in dignitate Eccleſiaſt. conſtitutæ munitis, eandem prorſus fidem adhiberi, quæ his originalibus literis haberetur exhibitis, vel oſtenſis.

Sanctio pœnalis.

§.23. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis infringere, vel ei auſu temerario contraire, Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat.

Datum Romæ apud S. Marcum An. Dom. 1588. VI. Kal. Augusti, Pontif. An. IV.

✠ Ego Sixtus Catholic. Eccleſiæ Epiſcop. ſubſcripſi.

Sequitur ſubſcriptio S.R.E. Cardinalium.

Pro Utenſilibus Birruariorum Taxa.

CLXXXV. CONSTITUT.

Sanctissimi D. Nostri Domini
CLEMENTIS PP. XII.
CHIROGRAFO

D'Impoſizione d'una Taſſa di ſcudi 2000. annui per gl'Utenſilj de'Birri.

Reverendiſſimo Cardinal Imperiali Prefetto della noſtra Congr. de'Sgravj, e Buon Governo.

Ed. an. Dom. 1730. die 27. Decemb.

A Fine di eſimere le Communità de'Luoghi eſiſtenti dentro il Diſtretto di queſta noſtra Città di Roma dalli frequenti aggravj, che ricevono nel pagamento degl'Utenſilj, che dagl'Oſti dentro detti luoghi, quanto fuori di eſſi in Campagna, ſi ſomminiſtravano alli Birri del Governo di Roma, che per ſervizio della Giuſtizia ſi ſpedivano in detti luoghi, avendo voi, e la detta Congregazione doppo ben conſiderato, & eſaminato l'affare, ſtimato proprio, & eſpediente alle medeſime Communità, in ſequela della reſoluzione ſopra ciò preſa in detta Congregazione, tenuta nel dì 5. Giugno 1728. come ci hà riferito Monſignor Naro Segretario della medeſima, di formare un ripartimento di ſc. due mila annui, a'quali ſi è calcolato poter aſcendere in tutto la ſpeſa de'ſudetti Utenſilj, regolandolo à proporzione del numero dell'Anime eſiſtenti ne'luoghi del detto Diſtretto, & avendone Voi ſucceſſivamente, e nel dì 12. Ottobre del d. anno 1728. fatto publicare gl'Ordini da oſſervarſi ſopra di ciò, tanto dalli Priori delle dette Communità, loro Governatori, e Cancellieri, quanto dagl'Oſti ſud., principiando dal primo Gennaro 1729. per doverſi così in appreſſo continuare, ſiaſi riconoſciuto nel breve tempo fin' ora decorſo, che li detti Utenſilj, & il ripartimento, come ſopra fattone, quando ſia ben'amminiſtrato, com'è ſeguito fin' ora, per averne aſſunta in ſe l'amminiſtrazione la medema Congregazione, non ſenza ſuo particolar'incommodo, rieſca non di mediocre beneficio, ed utile di dette Communità, non arrivando li detti Utenſilj alla ſudetta annua ſomma di ſc. duemila, e deſiderandoſi ora per la perpetua oſſervanza del ripartimento ſudetto, e di quanto è ſtato ſopra di ciò riſoluto, & ordinato da Voi, e dalla detta Congregazione, che v'intervenga la noſtra autorità, ed approvazione.

La Congr. del B.G. per ſupplire agl'utenſilj de' Birri impoſe una taſſa di ſcudi 2000.

E ſopra di ciò ne publicò Editti, che ſi porteranno nell'altro volume.

§.1. Noi per tanto, che abbiamo ſommamente à Cuore ogni poſſibile ſollievo de'noſtri Sudditi, col preſente noſtro Chirografo, in cui abbiamo per eſpreſſo, e di parola in parola inſerto il tenore della riſoluzione, come ſopra, preſa da Voi, e dalla detta Congregazione, circa il modo di regolare i detti Utenſilj, ed il ripartimento de'medeſimi, e degl'ordini, come ſopra, dati per l'oſſervanza, ed eſſecuzione del medeſimo, ed ogn'altra coſa quantoſivoglia neceſſaria d'eſprimerſi, di noſtro Moto proprio, certa ſcienza, e pienezza

Il Papa ora approva la d. impoſizione, e i detti ordini pubblicati, e ne comanda l'oſſervanza.

della

della noſtra ſuprema Apoſtolica Poteſtà approviamo, e pienamente confermiamo la ſopraccennata riſoluzione della detta Congregazione, ed il ripartimento delli ſudetti Utenſilj, come ſopra regolato, formato, e ſtabilito, gl'ordini da Voi dati per l'oſſervanza, ed eſſecuzione del medeſimo ripartimento, e del modo da ſomminiſtrarſi, e pagarſi, e tutto, e quanto è ſtato da voi intorn'à ciò ordinato, e preſcritto, il che vogliamo, che ſia da ogn'uno, à eui ſpetti, puntualmente, & inviolabilmente oſſervato, e perpetuamente eſeguito appunto come ſe foſſero il detto ripartimento, e gl'ordini, come ſopra dati, fatti, e ſtabiliti con noſtro precedente Chirografo.

E dà facoltà al Sig. Card. Prefetto di poter diminuire, ed accreſcere la d. taſſa.

§.2. Dandovi in oltre ampla, piena, e libera facoltà di poter diminuire il detto annuo ripartimento di ſc.2000., nel caſo, in eui le ſpeſe da farſi in avvenire per li detti Utenſilj non aſcendeſſero alla predetta ſomma, ed all'incontro riaccreſcerlo, in caſo ehe le dette ſpeſe foſſero maggiori, ſino però alla detta ſomma di ſc. 2000. di ſopra detti, eſſendo così mente, e volontà noſtra eſpreſſa.

Clauſole preſervative.

§.3. Volendo, e decretando, ehe il preſente noſtro Chirografo, benehe non ammeſſo, ne regiſtrato in Camera à tenore della Bolla di Pio IV. noſtro Predec. *De regiſtrandis* vaglia, e debba aver ſempre il ſuo pieno effetto, e vigore con la noſtra ſemplice ſottoſcrizzione, e che non ſi poſſa mai opporre di ſurrezzione, orrezzione, ne di alcun'altro vizio, e difetto della noſtra volontà, & intenzione.

Clauſola ſublata, e decreto irritante.

§.4. E che così, e non altrimenti debba ſempre giudicarſi, difinirſi, ed interpetrarſi da voi, e da'voſtri Succeſſori nella Prefettura di detta Congregazione, dalla medeſima Congregazione, e da ogn'altro Giudiee, e Tribunale, anche Colleggiativo, e da qualſiſia Congregazione, benchè compoſta di Rm̃i Cardinali, togliendo loro, ed à eiaſcheduno di eſſi ogni facoltà ed auttorità di giudicare, difinire, & interpetrare diverſamente: Diehiarando d'adeſſo preventivamente nullo, & invalido tutto ciò, che ſi faceſſe, ò ſi tentaſſe di fare in contrario, ancorche non vi ſiano ſtate ehiamate, citate, ne ſentite le Communità de'luoghi eſiſtenti in detto Diſtretto, loro Offieiali, e Publici rappreſentanti, e qualſiſiano altre perſone, ehe vi aveſſero, ò pretendeſſero d'avervi intereſſe.

Deroga alle coſe contrarie.

§.5. Non oſtante la d. Bolla *De regiſtrandis*, qualſiſiano altre Conſtit., & Ordin. Apoſtol. noſtre, e de'noſtri Pred., Leggi, Statuti, Riforme, Uſi, Stili, Conſuetudini, ed ogn'altra coſa, che faceſſe, ò poteſſe fare in contrario, alle quali tutte, e ſingole, avendone il tenore quì per eſpreſſo, e di parola in parola inſerto, e ſupplendo Noi con la pienezza della noſtra Poteſtà ſuprema ad ogni vizio, e difetto sì ſoſtanziale, che formale, che poteſſero intervenirvi, queſta volta ſola, e per l'effetto ſudetto pienamente deroghiamo.

Datę.

Dato nel noſtro Palazzo Apoſtol Quirinale queſto dì 27. Decembre 1730.

Clemens PP. XII.

Pro Utenſilibus Militum novæ levę Taxa.

Onerà Cameralia.

Utenſilium Militum novæ levæ Taxa.

CLXXXVI. CONSTIT.

Ven. Servi Dei

INNOCENTII PP. XI.

CHIROGRAFO

Sopra l'Eſtinzione, e Soppreſſione della metà reſiduale della Taſſa della Soldateſca di Nuova Leva impoſta d'Aleſs. VII. nella ſomma di ſcudi 70. mila.

Alex. VII. indixit ad tempus hanc Taxam annuorum ſcut. 70. mil. à Communitatibus Stat. Eccl. perſolvend., quam Taxam An. 1688. Clem. IX. prorogavit, ac perpetuam reddidit, & cum hoc aſſignamento extinxit unum ex duobus Juliis frumenti macinandi, ac duos Julios ſuper minutis, indictis, & ſubrogatis in locum augumentorum Salis ab eodem Alexandro VII. die 4. Febr. 1662. Ex Chirographo ejuſdem Alex., quod habes ſup. Conſtit. 169. pag. 274. cujus prorogationis, & reſpectivè extinctionis Chirographum regiſtratum, licèt non invenerim, tamèn id colligitur ex Chirographo novi Appaltus Macinatus fact. per dict. Clem. IX. inſerto in Inſtr. rog. per acta hodie Franciſchini Segr. Cam. in protoc. Inſtr. die 3. Octobr. d. an. 1668. pag. 244. part. 2.

An. 1670. die 18. Junii medietatem hujus Taxæ extinxit Clem. X. per Chirogr., quod hic non habes, & denique referendo ſeriem hujus Vectigalis, alteram quoque medietatem extinxit hic Pont., ut in præſenti Chirogr.

Ed. an. Dom. 1682. die 16. Dec. ex act. Franciſchini Sign. d. ann. pag. 66.

Monſignor Gio: Franceſco Negroni Noſtro Teſoriere Generale.

Proemio.

Avendo Noi ſino da principio del noſtro Pontificato ſommamente deſiderato ſollevare, e ſgravare quanto foſſe poſſibile i Popoli à Noi ſoggetti del noſtro Stato Eccleſiaſtico, e le loro Communità da quei peſi, da'quali per le paſſate calamità, & aeeidenti ſi ritrovano con noſtro diſpiacere troppo gravate, non abbiamo potuto ſin'ora ſodisfare à queſto noſtro deſiderio per il mal ſtato, nel quale abbiamo ritrovato la noſtra Camera, per la medema cauſa de'tempi calamitoſi, in modo, che con tutta l'applicazione ſopra ciò avuta, e con ogni maggior diligenza, e parſimonia con difficoltà per lo ſpazio di più anni ci è riuſcito ridurla à ſtato migliore con ſodisfare à Montiſti, & altri Creditori colla dovuta puntualità ſenza impoſizione di altre gravezze: finalmente eſſendoci riuſcito con alcuni avanzi ſupprimere, & eſtinguere il Monte Sale à oro eretto dalla fel. me. d'Urbano VIII. in ſorte principale di ſcu. 465320. moneta, e di annuo frutto di ſcu. 18612. pur di moneta, e ſucceſſivamente di ſgravare la noſtra Cam. di qualche maggior intereſſe coll'eſtinzione dell'altro Monte à oro eretto dalla fel. mem. d'In-

Narrativa.

Il Papa narra aver eſtinto il Monte Sale à oro.

Et il Monte à oro.

ONERA CAMERALIA.

Utenſiliū Militum novæ levæ Ferrariæ Taxa.

d'Innocenzo X., e di quello del Monte Sale ż. Erezzione mediante una nuova aggiunta fatta al Monte riſtorato di Minore intereſſe, abbiamo applicato l'animo ad'eſtinguere con queſti avanzi qualche peſo proporzionato à detti avanzi per il ſudetto ſollievo con ſperanza, & intenzione (à Dio piacendo) d'eſtinguerne degl'altri; Et eſſendoci ſtato rappreſentato, che tra i peſi più gravoſi, a' quali ſoggiacciono così i Popoli Secolari, come gl'Eccleſiaſtici, & i Luoghi Pii, ſia la Taſſa degl'Utenſili della Soldateſca di Leva impoſta dalla fel. mem. d'Aleſs. VII. per la ſomma di annui ſcudi 70000. à certo tempo, e reſa perpetua dalla fel. mem. di Clemente IX. in luogo di una parte d'un giulio ſopra le Macine eſtinto, qual Taſſa fù poi ſoppreſſa, & eſtinta per la metà dalla fel. mem. di Clem. X. tutti noſtri Predeceſs. in modo, che dalle Communità di preſente ſi pagano annui ſcu. 35000., oltre la proviſione de' Teſorieri per la riſcoſſione, abbiamo perciò riſoluto d'eſtinguere, & abolire queſt'altra metà di peſo molto gravoſo, & anco proporzionato all'avanzo ſudetto, e quello ſurrogare in luogo della detta Taſſa per ſodisfare à que'debiti, che con eſſa ſi ſodisfacevano.

Ch'Aleſ. VII. impoſe la Taſſa degl'utenſilj della Soldateſca di nove Leva à tempo per ſc. 70. mil. che queſta fù reſa perpetua da Clem. IX. in luogo d'un giulio del Macinato eſtinto, e che d. taſſa fù per la metà eſtinta da Clemen. X.

Ora il Papa con il preſente eſtingue l'altra metà.

§. 1. Perciò di noſtro Moto proprio, certa ſcienza, e pienezza della noſtra poteſtà aſſoluta con il preſente noſtro Chirografo eſtinguiamo, ſopprimiamo, & affatto abolimo la detta metà rimanente di eſſa Taſſa conſiſtente in detti ſcudi 35000. moneta annui, in maniera, che dal primo di Gennaro proſſimo avvenire 1683. non debba eſſer più eſatta, ne pagata, come ſe non foſſe ſtata impoſta, ò prorogata.

Volendo, che più non s'eſiga dal primo di Gen. proſ.

§. 2. Volendo, che in luogo di quella reſti ſurrogato proporzionabilmente il detto avanzo, e commandiamo à Voi, che ordiniate alli Teſorieri delle Provincie, Miniſtri, Eſattori, & ogn'altra perſona, che dal detto giorno primo di Gennaro proſſimo avvenire non riſcuotino più la detta Taſſa, e facciate publichi Editti per notificar à tutti la d. Eſtinzione, e per l'eſecuzione di tutto ciò, darete tutti quegl'ordini, che ſtimarete, che tale è mente, e volontà noſtra eſpreſſa.

Clauſole preſervative, e derogatorie.

§. 3. Vogliamo, e decretiamo, che il preſente noſtro Chirografo ammeſſo, e regiſtrato in Camera ſecondo la forma delle Coſtituzioni Apoſtoliche, e tutto ciò, che in eſecuzione d'eſſo farete, vaglia, & abbia il ſuo pieno effetto, eſecuzione, e vigore, e che mai poſſa opporſeli di orrezzione, ſurrezzione, ò difetto della noſtra intenzione, o di nullità per qualſivoglia capo, etiam della non verificazione delle coſe ſopra eſpreſſe, e benche non ſiano ſtati ſentiti, ne chiamati Monſignor Commiſſario della noſtra Camera, e qualſivoglia Perſona, che vi aveſſe intereſſe, e così, e non altrimenti debba giudicarſi da qualſivoglia Giudice, neſſuno eſcluſo, e con la Clauſola Sublata, e Decreto irritante, non oſtanti le Coſtituzioni di Simmaco, Pio II., Pio IV., & altri Romani Pontefici *De Rebus Eccleſiæ non alienandis*, e qualunque altre Coſtituzioni Apoſtoliche, l'impoſizione di detta Taſſa, e proroga, la Regola *De jure quæſito non tollendo*, & ogn'altra coſa, che in qualunque modo faceſſe in contrario, alle quali tutte, e ſingole avendo il loro tenore qui per eſpreſſo à ſufficienza, per queſta volta ſola, & à queſt'effetto deroghiamo.

Clauſola ſublata, e decreto irritante.

Dato dal noſtro Palazzo Apoſt. in Vaticano queſto dì 16. Dec. 1682.

Data.

Innocentius PP. XI.

Pro Utenſilibus Militum novæ levæ Ferrariæ Taxa.

CLXXXVII. CONSTIT. CLEMENTIS PP. XI.

CHIROGRAFO

Per il ripartimento di ſcu. 61. mil. da farſi per il rimborſo della Città di Ferrara per gli Utenſilj delle Soldateſche di nuova Leva.

Similes Taxas pro Utenſilibus militum novæ levæ Ferrariæ indixerunt etiam Alexand. VII. anno 1653., necnon Innoc. XII. an. 1694., quorum Chirog., utpote non neceſſaria, omiſi.

De Taxa militum novæ levæ hab. in præc.

Reverendiſs. Card. Imperiali Pref. della Sag. Congr. de' Sgravj, e Buon Gover.

Ed. an. Dom. 1706. die 20. Octobris.

PER LI rumori di Guerra, che fin dall'anno 1701. ſi fecero ſentire, e tuttavia ſi ſentono, non ſolo nelle remote parti d'Italia, ma ancora nelli confini del noſtro Stato Eccleſiaſtico, foſſimo aſtretti à far leva di molti Soldati à piedi, & à Cavallo, parte nella noſtra Città di Roma, e parte in altri luoghi del medeſimo noſtro Stato, e quelli acquartierare nella noſtra Città di Ferrara, e ſuoi confini ad effetto di mantenere in pace, e quieto il detto noſtro Stato, e provedere alla ſicurezza, & indennità de' noſtri Sudditi.

Il Papa l'an. 1701. fù neceſſitato far leva di Soldati in Ferrara.

§. 1. Non molto tempo doppo, che furono acquartierati detti Soldati, avendoci la detta noſtra Città di Ferrara rappreſentato, per ſe ſola non eſſere in Stato di ſoſtenere tutto il peſo degl'Utenſilj da ſomminiſtrarſi alli predetti Soldati, e che trattandoſi di cauſa commune à tutti doverſi il peſo, e la ſpeſa ſentirſi da tutti, & in oltre avendoci ſupplicato à fargli grazia di provederla di qualche ſomma di danaro, trovandoſene la Caſſa di quel Publico per gl'Utenſilj ſomminiſtrati, eſauſta.

La d. Città preteſe, ch'anche l' altre Città &c. concorreſſero alla ſpeſa.

§. 2. Noi rimetteſſimo l'iſtanza alla noſtra Congregazione militare, la quale avendole bene eſaminate, e conſiderate giudicò in primo luogo eſſer giuſto, che della ſpeſa di detti Utenſilj, ſe ne doveſſero ſentir tutti, & in ſecondo luogo per provedere in tempo al biſogno, ſi doveſſe dalla noſtra Camera con noſtra participazione farſeli impreſtanza di qualche ſomma di denaro con l'obligo di erogarli in eſſi Utenſilj, e di rimborſarne la detta noſtra Camera con il danaro da ritraerſi,

E ciò fù approvata dalla Congr. deputata.

Temperamento preſo dalla medeſima.

ſecon-

ſecondo, che da Noi foſſe ſtato giudicato, & ordinato.

La Cam. in ſequela del medeſimo preſtò alla d. Città ſc. 34. mil.

§.3. Eſſendoſi poi ſecondo la reſoluzione di detta noſtra Congregaz. con noſtra participazione ſin'ora in più volte preſtati dalla noſtra Camera alla detta Città di Ferrara la ſomma di ſcudi 34000. moneta con l'obligo ſudetto, e dovendoſi continuare detti Utenſilj ſino, che da Noi ſaranno rimoſſi, e richiamati detti Soldati, & avendoſi anco da rimborſare le altre Commun. del medemo noſtro Stato, che ſoſtennero gli alloggi di eſſi nel paſſaggio fatto verſo la Città di Ferrara.

Aleſ. VII., & Inn. XII. impoſero alcune taſſe in ſimili contingenze.

§.4. Noi ſeguendo lo ſtile tenuto, e pratticato altre volte dalle fel. me. di Papa Aleſſandro VII., & Innocenzo XII. noſtri Predeceſſori in ſimili congiunture, e leve da loro fatte, la prima del 1653., e l'altra del 1694. abbiamo riſoluto ſi faccia per hora un ripartimento di ſcudi 61500. moneta da eſigerſi ſopra tutte le Città, Terre, e Caſtelli, & altri luoghi tanto immediatamente, quanto mediatamente ſoggetti alla Sede Apoſtolica delle Provincie della Marca, Romagna, Umbria, Patrimonio, Campagna &c., e Stato di Urbino, nel modo, e forma, che ſi è ſtilato, e pratticato altre volte nel tempo di detti noſtri Predeceſſori nel ſuſſidio *degl'Utenſilj per la Soldateſcha di Ferrara*.

Et ora il Papa ordina una taſſa di ſcudi 61500. da ripartirſi ſopra tutto lo Stat. Eccleſ.

E ne ordinà il ripartimento al Sig. Cardin. Imperiali Prefetto del B. G.

§.5. Onde di noſtro Moto proprio, certa ſcieuza, e pienezza di Poteſtà Apoſtol., avendo qui per eſpreſſa la vera qualità, e quantità degl'Utenſilj, e delle ſpeſe fatte, e da farſi reſpettivamente de' Soldati alloggiati, e forſi d'alloggiarſi in detta Città, e ſuoi confini, & altri luoghi, & ogn'altra coſa, che foſſe neceſſaria d'eſprimerſi, vi ordiniamo, che facciate ripartire li detti ſcudi 61500. moneta ſopra le ſudette Città proporzionatamente nel modo, e forma ſudetti, e che facciate pagare à ciaſcheduno la ſua rata in mano de' Teſorieri, & Eſattori delle Provincie ſudette nel tempo, e per il tempo, che vi parerà di preſcriverli, ad effetto poi, che detti Teſorieri faccino entrare in mano del Depoſitario Generale della noſtra Camera le ſomme eſatte, meno però la loro proviſione à ragione di due, e mezzo per cento, per doverne di quella primieramente rimborſare la detta noſtra Camera delli ſcudi 34000. moneta, come ſopra impreſtati alla Communità di Ferrara, e ſecondariamente l'iſteſſa Communità di quel di più ſi troverà aver ſpeſo in detti Utenſilj, e l'altre Communità del detto noſtro Stato, che ſoſtennero il peſo degl'alloggi nel paſſaggio de' medeſimi Soldati verſo la detta Città, ſecondo le giuſtificazioni, che preſenteranno, e ſaranno giudicate ſufficienti.

Dandogli tutte le facoltà &c.

§.6. Dandovi Noi ogni facoltà neceſſaria di permettere alle dette Communità d'imporre Collette, ò altre gravezze per ritrahere il denaro, che à ciaſcheduna di loro toccarà di pagare nel modo, che da voi ſarà giudicato di minor aggravio de' Popoli.

Ordina, che tutti, ancorche privilegiati contribuiſchino alla medeſima, & à quello, che potrà occorrere.

§.7. Comprendendo in dette Collette, ò altra impoſizione, tutte, e ſingole perſone, e Beni Eccleſiaſtici Secolari, e Regolari, Mendicanti, e delle Congregazioni non mendicanti, niuno eccettuato, beneche ſi richiedeſſe di loro far eſpreſſa, & individua menzione, trattandoſi di cauſa publica, e beneſizio commune, come laici, in qualſivoglia modo privilegiati, & eſenti per queſta volta ſola, atteſo la Cuſtodia, e difeſa di detto noſtro Stato, e di dare ſopra le coſe ſudette tutti gl'ordini, che ſtimarete neceſſarj, & opportuni, li quali da voi fatti, & eſeguiti, ora per allora approviamo, e ratifichiamo tanto per la ſomma ſudetta, quanto per l'altra, che poſſa occorrere per altre ſpeſe, & Utenſilj ſomminiſtrati, e da ſomminiſtrarſi dalla detta Communità di Ferrara, & altre Communità per il tempo, che detti Soldati dimoreranno, e ſi riterranno in eſſa Città, & altri luoghi, e che ritorneranno in queſta noſtra Città di Roma.

ONERA CAMERALIA. Quoad Exactionē.

Clauſole preſervative.

§.8. Volendo, che al preſente noſtro Chirografo da regiſtrarſi in Camera ſecondo la diſpoſizione della Bolla di Pio IV. noſtro Pred. *De regiſtrandis*, & à tutto quello, e quanto in eſecuzione di eſſo ſi farà non poſſa mai opporſi di ſurrezzione, e difetto della noſtra intenzione, nè di nullità per qualſivoglia capo, ancorche per mancanza di qualunque ſolennità, benche non ſiano ſtate intimate, ne inteſe le ſudette Communità, e qualſivoglia altri, che aveſſero, ò pretendeſſero avervi intereſſe.

Clauſola ſublata, e decreto irritante.

§.9. E che così, e non altrimenti debba giudicarſi da qualſivoglia Giudice, tauto ordinario, quanto delegato dalle noſtre Camera, e Ruota, da Cardinali, anco de Latere Legati, ò loro Congregazioni, togliendo Noi à tutti le facoltà di giudicare, ò interpetrare altrimenti, decretando, che nullo, & invalido ſarà quello, che diverſamente ſi faceſſe.

Deroga alle coſe contrarie.

§.10. Non oſtanti qualſivoglia Coſtituzioni, & Ordinazioni Apoſt., la noſtra regola *De jure quæſito*, li Privilegj, & eſenzioni degl' Eccleſiaſtici Secolari, e Regolari, Mendicanti, e Congregazioni non Mendicanti, Ordini, e di qualſivoglia inſtituto, benche ſi richiedeſſe deroga ſpecifica, con l'inſerzione del tenore di tali Privilegj, eſſendo noſtra mente, & intenzione non eſcludere alcuna perſona, Uſi, Stili, Conſuetudini, e qualſivoglia altra coſa, che faceſſe in contrario, alle quali tutte, avendo il tenore qui per eſpreſſo à ſufficienza, per queſta volta ſola deroghiamo.

Data.

Dato nel noſtro Palazzo di Monte Cavallo queſto dì 20. Ottobre 1706.

Clemens PP. XI.

Onera Cameralia quoad exactionem.

CLXXXVIII. CONSTIT. URBANI PP. VIII.

CHIROGRAFO

Sopra il modo, e tempi da oſſervarſi nella riſcoſſione de' peſi Camerali.

Ed. an. Dom. 1626. die 7. Mar. & impr. in Coll. Cherl.

Monſig. Durazzi noſtro Teſoriero Generale.

Cauſa del preſente Chirografo.

LE COMMUNITA' della noſtra Provincia del Patrimonio ci han fatto eſporre, come

Digitized by Google

ONERA CAMERALIA.

Quoad Exactionē.

come in detta Provincia ſi riſcuotono li peſi Camerali, e d'altre taſſe, e collette da diverſi, & in diverſi tempi, e modi: per il che ben ſpeſſo in un'iſteſſo tempo ricevono ſpeſe, e gli convien pagare i viatici per doppj Commiſſarii, e Cavalcanti, che ſono ſpediti per l'eſazzione di detti peſi, e taſſe.

§.1. E volendo noi liberarle in qualche parte di queſte ſpeſe, e dalle moleſtie, che per ciò ricevano. Abbiamo deliberato, ridurre tutte l'eſazzioni ſudette di due in due, ò di quattro in quattro meſi, e concederle poi, & unirle al Teſoriero di detta Provincia per più facilità, e commodo di eſſe Communità.

Il Papa preſcrive il modo, e tempi d'eſigere i peſi Camerali.

§.2. Per tanto con la preſente di noſtro Moto proprio, certa ſcienza, e pienezza della noſtra poteſtà ordiniamo à voi, che con conſenzo di qnelli, che hanno ora le dette eſazzioni, reduciate, ſi come anco noi con queſta riduciamo li pagamenti di detti peſi Camerali, & altre taſſe, e collette, che ſi riſcnotano dalle dette Commnnità; per la noſtra Camera, ò d'ordine della Congregazione de Bon. Regimine di due in due, ò di quattro in quattro meſi, come à voi meglio piacerà, e quelle poi uniate, e concediate, ſicome anco noi d'adeſſo uniamo, e concediamo al detto Teſoriero del Patrimonio, con le ſolite proviſioni, & emolumenti.

§.3. E per tal'effetto vi commettiamo anco, che ne facciate qualſivoglia decreto, e ne diate gl'ordini neceſſarj, & opportuni, che noi d'adeſſo approviamo, e confermiamo quanto ſarà da voi fatto, & eſeguito, che tal'è mente, e volontà noſtra eſpreſſa.

Clauſole preſervative.

§.4. Volendo noi, e decretando, che la preſente vaglia, & abbia eſecuzione, e vigore, ancorche non s'ammetta in Camera, o ſi regiſtri nelli ſuoi libri.

Clauſole derogatorie.

§.5. Non oſtanti l'impoſizioni delle dette taſſe, e collette, & altri peſi ſopradetti, e loro conceſſioni; la Coſtit., ò Bolla di Pio IV. noſtro Pred. *De Regiſtrandis*, e qualſivoglia altre Coſtit., & Ordinaz. Apoſt. noſtre, e di qualſivoglia noſtri Pred., & anco della detta Congr. *De Bono Regimine*, e qualſivoglia uſo, ſtile, e conſuetudine; & ogn'altra coſa che faceſſe in contrario, alle quali, avendo il tenor di eſſe per eſpreſſo nella preſente à ſufficienza, per queſta ſolamente deroghiamo.

Data.

Data nel noſtro Palazzo Apoſtol. Vaticano li 7. di Marzo 1626.

Urbanus PP. VIII.

CLXXXIX. CONSTIT.

ALEXANDRI PP. VII.

CHIROGRAFO

In cui amplia le facoltà dell'Eminentiſſ. Prefetto della Sag. Congreg. del Buon Governo quanto all'eſigenza de' peſi Camerali addoſſati alle Communità dello Stato Eccleſiaſtico.

Similem ampliationem fecit etiam S. Pius V. in Conſtitut., Etſi ea; quam habet infra Conſtitut. 193.

Reverendiſſ. Cardin. Chigi noſtro Nipote ſopraintendente Generale del noſtro Stato Eccleſiaſtico.

Ed. an. Dom. 1654. die 24. Sept. & impr. in Coll. Cherub.

AVENDO la Santità di Paolo III., Clemente VIII., & altri Sommi Pontefici noſtri Predeceſſ. appoggiato alle Communità del noſtro Stato Eccleſiaſt. l'eſigenza del Suſſidio Triennale, Taſſe per le Galere, Porto d'Ancona, Foglietta, Gabella della Carne, Macinato, & altri Dazj, e Gabelle Camerali, le quali per avanti ſi eſiggevano per mezzo de' Miniſtri, & Appaltatori della noſtra Camera Apoſt. con il pagamento di certa annua riſpoſta, e ſurrogate le medeſime Communità nelle facoltà, e prerogative, che godevano detti Miniſtri, & Appaltatori Camerali, ſiccome Noi ultimamente appoggiaſſimo alle Communità della Provincia dell'Umbria, la Gabella delli due Giulj del macinato nella forma ſudetta; gl'Agenti delle Communità ci hanno fatto rappreſentare, che detta eſiggenza, riceve pregiudizio, e viene grandemente ritardata dalle liti, che s'introducono in diverſi Tribunali di queſta Corte da molti, che pretendono eſimerſi dal pagamento di dd. Gabelle, e Dazj, e di non ſoggiacere al Giudice Ordinario delle medeme Commuuità, ne tanpoco agl'Editti, che ad'iſtanza delle ſudette Communità, loro Miniſtri, & Appaltatori ſi publicano dalli Governatori, & altri Officiali de' Luoghi per maggior facilità dell'Eſiggenza.

Il Papa narra le difficoltà, che naſcono nell'eſigenza de' peſi Camerali appoggiati alle Communità per cauſa delle liti, che ſi movevano in diverſi Tribunali.

E deſiderando provedervi.

§.1. Onde volendo Noi provedere all'indennità delle Communità ſudette, e liberarle dalle ſpeſe, e danni, che caggionano le liti, & agevolare quanto più ſi può l'eſſazzione de' Dazj, e Gabelle ſopradette.

Ordina al Sign. Card. Prefetto, ch'avvochi tutte le cauſe ſud., e le rimetta al giudice delle Cōmunità, appellatione remota &c.

§.2. Di noſtro Moto proprio, certa ſcienza, e pienezza di Poteſtà avendo, qui per eſpreſſe tutte le Bolle, e Chirografi d'Impoſizioni di detti Dazj, e di aſſegnazione fatta alle ſudette Communità, & ogn'altra coſa neceſſaria, ordiniamo à Voi, che ad ogni iſtanza di dette Communità, loro Miniſtri, & Appaltatori di detti Dazj, e Gabelle, dobbiate le cauſe de pagamenti de' medemi Dazj, e Gabelle, d'oſſervanza degl'Editti, Capitoli, & altri ordini concernenti eſſi Dazj, e fraudi, che ſi comettono avvocare dal Tribunale del Noſtro Cardinal Camerlengo, dall'Auditore della noſtra Camera Apoſtolica, e Teſoriere della medema, Preſidenza delle Dogane, Camera Apoſtolica, & ogn'altro Tribunale di Roma, benche foſſero introdotte, e cominciate à conoſcere, ò s'introduceſſero con il conſenſo delle parti, e queſte rimettere alli Giudici ordinarj delle medeme Commnnità, o commettere à chi più vi parerà con ordine di ſpedirle ſommariamente, e procedere all'eſſecuzione, ſenza attendere appellazione interpoſta, e qualſivoglia inibizione delli ſopranominati, o altri, purchè non ſia ſpedita in vigore di commiſſione ſegnata di noſtra propria mano.

E che debba, in caſo di preteſo gravame eſſo ſentirle in grado di ricorſo, ſola facti veritate inſpecta.

§.3. Et in caſo, che alcuno ſi pretendeſſe gravato da detti Giudici, dobbiate ſentirlo in grado di ricorſo, e con il parere della Congrega-

gregazione da Noi deputata per ſollievo delle Communità, e Sudditi noſtri, dar quegl'ordini, che per giuſtizia ſtimarete opportuni ſpeditamente ſenza tela giudiziaria, *& ſola facti veritate inſpecta*.

Dandoli per tal effetto tutte le facoltà neceſſarie.

§.4. Dandovi perciò ogni facoltà neceſſaria, & opportuna, di ordinare, avvocare, commettere, e procedere per l'intiera, e totale eſſecuzione delle coſe ſopradette.

Clauſole preſervative.

§.5. Volendo, che il preſente Chirogr., e quanto in eſſecuzione di eſſo ſi farà, vaglia, & abbia il ſuo pieno vigore, & effetto, ancorche non ſi ammetta, e regiſtri in Camera, e non poſſa opporſi mai d'orrezzione, ò ſurrezzione, e difetto della noſtra intenzione, ne di nullità per qualſivoglia capo, ancorche non ſiano ſtate chiamate, ò ſentite qualſivogliano perſone, che vi aveſſero, o pretendeſſero di avere intereſſe.

Clauſola ſublata, e decreto irritante.

§.6. E che coſì, e non altrimenti debba giudicarſi da qualſivoglia Giudice Ordinario, e Delegato, Congregazione, e Collegio, anche de'Cardinali Legati de Latere, e dalla noſtra Camera, e Ruota, togliendogli la facoltà di giudicare, & interpetrare altrimenti: Decretando irrito, e nullo quello, che in contrario ſi faceſſe in qualſivoglia modo.

Clauſole derogatorie.

§.7. Non oſtante le Bolle di Pio IV. noſtro Predeceſs. *De regiſtrandis*, la Regola noſtra *De jure quæſito non tollendo*, e qualſivoglia privilegio, Indulto, e Statuto, anco giurato, e confermato dalla Sede Apoſt., Uſo, Stile, e Conſuetudine, & altre coſe, che faceſſero in contrario, alle quali tutte, avendo il loro tenore qui per eſpreſſo à ſufficienza, per queſta volta ſola deroghiamo.

Data.

Dato nel noſtro Palazzo Apoſt. di Monte Cavallo queſto dì 24. Sett. 1659.

Alexander PP. VII.

Onera Cameralia quoad exemptionem.

CXC. CONSTITUTIO CLEMENTIS PP. XI.

CHIROGRAFO

Con cui dichiara, e proroga ad un altro Triennio l'eſenzione da'Peſi Camerali, altre volte già conceſſa alle Città di Norcia, e Caſcia, e loro Contadi per cauſa de'Terremoti.

Similes exemptiones conceſſerunt alii quoq; Præd. Pont., nimirum Clem. X. die 16. Jul. 1672., ut in protoc. inſtr. tunc unius Secr. Cam. fol. 232. Alex. VIII. Undecim caſtris Provinciæ Romandiolæ die 6. Maii 1690. ex act. hodie Franciſchini Sec. Cam. lib. Sig. pag. 64., necnon Innoc. XII. Communitatib. Urbis Veteris, & Balneoregii die 13. Julii 1695. eod. lib. Sig. pag. 83.

Ed. an. Dom. 1710. die 10. Maii.

Reverendiſs. Cardinal Imperiali Prefetto della Congregazione del Buon Governo.

ONERA CAMERALIA.

Quoad Exemptionem.

Narrativa.

ESSENDO terminata à tutto Decemb. 1707. la grazia dell'eſenzione de'peſi Camerali fatta da Noi in riguardo de'paſſati Terremoti alle Communità di Norcia, e Caſcia, e loro Contadi, qnale eccetto il macinato, e frutti de'Monti, proviſioni del Teſoriero di Spoleto, di Monſignor Prefetto, de'Governatori, & Ageuti, & altre taſſe Communitative da Norcia fù goduta in annui ſcudi ſei mila, ſei cento trentaſette, e baj. 75. e da Caſcia in annui ſcudi tremila cento trentaſei, e baj. 65., & avendoci le dette Commuuità ſupplicato per la proroga di tale eſenzione, ſtante la continuazione della loro povertà, e miſerie, e per la neceſſità di reſarcire le mura Caſtellane diroccate dal detto Terremoto, Noi per dimoſtrare ſempre più la paterna noſtra carità verſo li noſtri Sudditi, inerendo alla reſoluzione fatta nella Congregazione particolare il dì 30. Agoſto dell'anno 1708. con Chirografo ſegnato li 6. Marzo dell'anno paſſato 1709. ſoſpendendo riſpetto alla noſtra Camera li predetti peſi Camerali per altri tre anni cominciati il primo Gennaro 1708., e da finire come ſegue, vi ordinammo, che faceſte eſigere dal noſtro Teſoriero di Spoleto la ſomma di ſcudi ſei mila ſeicento tre per detti tre anni da tenerſi in depoſito appreſſo il medeſimo Teſoriere per poi erogarla con voſtro Ordine uella quantità, e ſomme, che giudicarete congrue, e neceſſarie sì in reſarcimento di dette mura Caſtellane di Norcia, e Caſcia, come anche in ſollievo delle Communità ſudette, famiglie, e perſone particolari di eſſe, come ſtimarete più conveniente à voſtro arbitrio: Mà perche in detto noſtro Chirografo, fù per mero errore eſpreſſa la ſomma di ſcudi ſei mila ſeicento tre rata de'peſi toccante la Communità di Norcia, e ſuo Contado, quando veramente deve eſſere di ſcudi ſeimila novecento cinquantotto, e baj. 13. giuſta il confronto fattone ſopra gl'inſerti peſi aggraziati dell'anno 1703. deſcritti nella Tabella originale eſiſtente in Computiſtaria delle Communità del noſtro Stato Eccleſiaſtico, cioè ſuſſidio triennale, e quarto aggiunto ſc. 3987. 50. Cenſo Apoſtolico ſc. 534. 66. Porcina ſc. 542. 30. Galere ſc. 309. 97. eſtinzione da quattrini ſc. 78. 48., Porto di Ancona ſc. 83. 50., danno dato ſc. 48. 14., Archivio ſc. 162. 20., augumento del Porto di Ancona, detto Targona ſc. 64. 10., ſaline di Cervia a'Teſorieri della Marca ſc. 48. 50., Foglietta ſc. 375., Taſſa de'Segretarj Apoſtolici ſc. 22. 60., Utenſilj de'Corſi ſc. 185. 40., Governatore dell'armi e Utenſilj ſc. 86. 40. Taſſa fiſſa delle ſtrade 34. 40., come anche per errore in detto Chirografo fù laſciato eſprimere l'altra rata degl'infraſcritti peſi Camerali aggraziati, e deſcritti come ſopra di ſcudi tre mila duecento ſettanta ſpettanti à Caſcia, cioè ſuſſidio triennale, e quarto aggiunto ſc. 1650., Cenſo Apoſtolico ſc. 414., Porto di Ancona ſc. 34. 54., Cavalli morti ſcudi 120., Segretarj Apoſtolici ſc. 77. 50., Galere ſc. 163. 49., Archivio ſc. 111., danno dato ſc. 72. 21., Foglietta ſc. 90., Officiali delle

Cauſa del preſente Chirografo.

Il Papa inerendo alla riſoluzione della S. Congr. conceſſe l'eſenzione alle Communità di Norcia, e Caſcia per le ſōme qui eſpreſſe.

Peſi Camerali deſcritti nella Tabella di Norcia.

Peſi Camerali deſcritti nella Tabella di Caſcia.

Onera Cameralia.

Quoad Exemptionum revocationem.

li delle milizie ſc.120.20., Utenſilj de'Soldati in luogo de'Corſi ſc.76.56., Porcina ſalata ſcudi 224.40.,Darſena di Civitavecchia ſc.26.54., ſaline di Cervia ſc.13. 90., Utenſilj al Maſtro di Campo ſc.42. 92., Taſſa di Porta Pia ſc.24. 75. Perciò con il preſente Chirografo dichiariamo eſſere ſtata, & eſſere la mente, e volontà noſtra, che ſtando ferma l'eſenzione goduta da Norcia, e Caſcia nel quinquennio paſſato, come ſopra; la ſoſpenſione de i detti peſi Camerali riſpetto alla noſtra Camera per li detti altri tre anni, e l'eſenzione reſpettivamente de'medeſimi peſi da farſi per il ſudetto tempo dal noſtro Teſoriero di Spoleto ſiano, e s'intendano ordinate, e debbano avere il ſuo pieno effetto tanto per annui ſcudi ſei mila novecento cinquantotto, e baj.13. toccanti à Norcia, quanto per gl'altri ſcudi due mila ducento ſettanta annui ſpettanti à Caſcia ad effetto di ritenerli in depoſito appreſſo detto Teſoriere, ovvero per quelle rate, e ſomme, che di tempo in tempo facendoſi l'eſazione dal Teſoriere, vi parerà farle depoſitare nel Monte della Pietà di Norcia, per poi tanto le ſomme depoſitate appreſso il Teſoriere, quanto quelle ſi depoſiteranno nel detto Monte di Pietà, erogarle con ordine voſtro, & à voſtro arbitrio nel modo, e forma eſpreſſi nell'antecedente noſtro Chirografo: & anco riſpetto à Norcia ſi poſsa erogare la ſomma, che ſtimarete conveniente in reſarcire la Torre dell'Orologio; Volendo, e decretando, che il preſente noſtro Chirografo ammeſso, e regiſtrato in Camera abbia il ſuo pieno effetto, & eſecuzione con la noſtra ſemplice ſottoſcrizzione, non oſtante la Conſtituzione di Paolo II., Paolo IV. *De rebus Eccleſiæ, & Cameræ non alienandis*, e quali ſi vogliano altre Coſtituzioni, & Ordinazioni Apoſtoliche noſtre, e de'noſtri Predeceſſori, Leggi, Statuti, e Riforme, Uſi, Stili, Conſuetudini, & ogn'altra coſa, che faceſse, ò poteſse fare in contrario, alle quali tutte, avendone il tenore qui per eſpreſso, e di parola in parola inſerto, per queſta ſol volta, & all'effetto ſudetto amplamente deroghiamo.

Il Papa con il preſente proroga d.Eſenzione, e dichiara, che debba ſuffragare per la ſomma qui eſpreſſa.

Clauſole preſervative, e derogatorie.

Data.

Dato dal noſtro Palazzo Apoſtolico Vaticano queſto dì 10. Maggio 1710.

Clemens PP. XI.

Sanctiſ. Dominus Noſter Clemens PP. XII. Communitatibus Nurciæ, Caſciæ, & Carroceti, ex cauſa damnorum paſſorum occaſione Terræmotus ſimile indultum Exemptionis ab oneribus Cameralibus conceſſit, mediantibus tribus diſtinctis Chirogr. Exped. per Acta Franciſchini Secr. Cam. die 24. Januarii currentis anni 1731., quæ hic non habet.

Conſtit. Revocatoriæ Exemptionum ab oneribus Cameralibus, & Communitativis, aliiſque gratiis.

CXCI. CONSTITUTIO PAULI PP. III.

Revocatio omnium exemptionum à ſolutione Subſidii Triennalis.

Similes, ſed ampliores Conſtit. Exemptionum revocatorias ediderunt quamplures alii Succeſs. Pont., nempe Jul. III. Conſt. Licet, ut in ſeq. Paul. IV. in Conſt. Cupientes bul. no. la 20. to. 1., S. Pius V. Conſt. Etſi ea; & quoad Provinciam Marchiæ in Conſt. Sedes, quas Conſt. hab. infra la 193. & 194.; Sixtus V. Conſt. Inter varius, la 2. bul. no. tom. 2., Paul. V. Conſt. In maximis bul. no. la 11. tom. 3., Clem. VIII. Conſt. Superni; bul. no. la 30. tom. 4., Innocent. X. Conſt. Etſi ea bul. no. la 30. to. 4., Alex. VII. Conſt. In ſublimi bul. no. la 7. to. 6., Clem. IX. Conſt. Paterna, quam habes infra Conſt. 195., Clem. X. Conſt. In graviſſimis. Bul. no. la 21. to. 6., ac omnium aliarum ampliorem Innocentius XII., quam hab. infra Conſt. 196.

Sed attende ampliſſimam SS.mi Dom. Noſt. Clement. PP. XII. mox expediendam, quam vel in fine hujus, vel in alio volumine referam.

PAUL. Epiſc. Ser. Ser. DEI, Ad perp. rei mem.

Ex Debito Paſtoralis Officii, ad ea, ut debemus, libenter intendimus &c.

Omittitur hic tenor hujus Conſt., quia aptiori loco repoſita fuit ſupra inter alias Subſidii Triennalis Conſt. 115. pag. 205.

CXCII. CONSTITUTIO JULII PP. III.

Suſpenſio omnium exemptionum à ſolutione Subſidii, & Cenſuum R. C. Apoſt. debitor., necnon quarumcunque proviſionum, ſive largitionum ſuper ejuſdem Cam. proventibus quibuſcunque perſonis aſſignatarum.

Concord. habes in præceden.

Ed. an. Dom. 1551. die 23. Febr. in bull. vet. la 21. pagin. 521. to. 1.

JULIUS PAPA III.

Motu proprio &c.

Licet Nos à noſtræ ad ſummi Apoſtolat. Apicem aſſumptionis die citra, ad importunam petitionem, ſeu alias etiam forſan Motu ſimili, diverſas proviſiones, & aſſignationes variis perſonis ſuper Cameræ Apoſtolicæ introitibus, necnon remiſſiones, & relaxationes quaſdam, ac Vectigalium, & regalium

Papa narrat feciſſe diverſas aſſignationes, & remiſſiones proventuum Cameræ &c.

lium noſtrorum conceſſiones, forſan etiam in præjudicium eorum, qui cum Camera noſtra Apoſtolica contraxerunt, nonnullis Civitatib., ac Communitatibus, ſub certis modo, & forma, diverſiſque reſpectibus conceſſerimus, & quod illæ ſuum ſortirentur effectum, ac perſiſterent, noſtræ intentionis ſemper fuerit: tamen quia poſtea Cameram Apoſtolicam, & illius introitus, ob peſſimas præteritorum temporum conditiones, valde exhauſtos, & diminutos, æreque gravatos alieno, & hanc ob rem nedum ad ſatisfaciendum Creditoribus, verùm ad Noſtram, domuſque, & familiæ noſtræ quotidianam ſuſtentationem vix ſuppetere comperimus.

§. 1. Nos aliunde, quàm ex Cameræ introitibus hujuſmodi modum non habentes, quo noſtris, & Sedis Apoſtolicæ urgentibus neceſſitatibus, his præcipuè temporibus occurrere, Noſque, & ipſam noſtram familiam alere poſſimus, aliiſque juſtis cauſis animum noſtrum moventibus, ad infraſcriptum proviſionis ſubſidium, contra mentis noſtræ inſtitutum neceſſariò devenire cogimur.

Modò dd. gratias factas favore quorumcumque revocat, exceptis Cardinalibus.

§. 2. Omnes itaque, & ſingulas proviſiones, aſſignationes, largitiones, remiſſiones, relaxationes, & alias gratias cujuſcunque quantitatis, qualitatiſque ſint, ac exemptiones quaſcunque in dictæ Cameræ, & illius proventuum quorumcunque, ac ſubſidii, & cenſuum in vigilia Feſti Principis Apoſtolorum ſolvi ſolitorum, damnum, & præjudicium, tam per fel. rec. Paulum III., quàm alios Romanos Pontifices Prædeceſſ. noſtros, quàm etiam per Nos quibuſcunque Communitatibus, & perſonis cujuſcunque gradus, ſtatus, & conditionis, etiamſi familiares noſtri exiſtant (exceptis tamen Cardinalibus) etiam in recompenſam jurium ceſſorum, vel oblatorum, ac remunerationem laborum, & obſequiorum Sedi Apoſtolicæ impenſorum, & ex quacunque oneroſa, vel alia cauſa ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam quod ſuſpendi, & revocari nequeant, etiam Motu proprio, & alias quomodolibet ſuper Cameræ introitibus, ac ſubſidio, & Cenſibus prædictis, ac aliis quibuſcunque bonis, & rebus factas, & conceſſas, & inde ſecuta quæcunque ad noſtrum beneplacitum ſuſpendimus, ac ſuſpenſas eſſe decernimus.

Ac Theſaurariis, &c. inhibet, ne exemptiones hujuſmodi admittant.

§. 3. Diſtrictius inhibentes quibuſvis Appaltatoribus, Theſaurariis, Vice-Teſaurariis, Depoſitariis, Commiſſariis, Exactoribus, & cæteris Agentibus dictæ Cameræ, & aliis, ad quos ſpectat, & pertinet, ut dicto durante beneplacito, proviſiones, conceſſiones, aſſignationes, & largitiones de cætero minimè ſolvant, ac exemptiones hujuſmodi non admittant, niſi quæ de manu Dil. Fil. noſtri Guidonis Aſcanii Titul. Sanct. Euſtachii Diaconi Cardinalis moderni, & pro tempore exiſtentis Camerarii noſtri, ac dictæ Cameræ Theſaurarii Generalis conjunctim ſignatæ fuerint.

Et ſi ſecus ſecerint eorum damno cedat.

§. 4. Si ſecus ſolverint, vel admiſerint, ſolutiones ipſas, & exemptiones, in eorum Computis non admitti volumus, atque mandamus.

§. 5. Præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque, præſentis Motus proprii ſolam Signaturam ſufficere, vel lit. deſuper in forma brevis expediri poſſe decernimus.

ONERA CAMERALIA.

Quoad Exemptionum revocationem.

Placet Motu proprio I.

Sequitur admiſſio in Cam., illiuſque regiſtratio, & publicatio An. 1551.

CXCIII. CONSTITUT.

S. PII PP. V.

Revocatio quarumcunque exemptionum, præterquam ex cauſa verè oneroſa, conceſſarum ſuper ſolutione Subſidii Triennalis, Quatreni Carnis, Taxarum equorum, & aliarum impoſitionum Cameralium. Et facultates S.R.E. Camerarii circa hujuſmodi impoſitionum exactionem, ac Taxarum moderationem.

Ed. an. Dom. 1566. die 8. Iunii in bull. vet. la 9. pag. 932. tom. 2. in antiqu. anni 1579. la 11. pag. 15. in bullario an. 1559 par. 2. Et materno idiomate in Collect. Choel.

Concord. hab. ſup. Conſt. 191.

PIUS PP. V.

Ad fut. rei mem.

Exordium.

ETSI EA ſit mentis noſtræ erga Subditos noſtros pietas, ut eos ab oneribus omnibus liberos videre cupiamus, tamen, & propter temporum difficultates, & multiplices de proventibus Cameræ Apoſtolicæ per Prædec. noſtros factas alienationes, exhauſtumq; ærarium, ea premimur neceſſitate ad ſuſtinenda Sedis Apoſt. onera, ut ſine Subditor. auxilio ea omnino ſufferre nequeamus.

§. 1. Cumque firmiſſimum Nobis ſit propoſitum ab omnibus impoſitionibus abſtinere, cogimur ſaltem uſquequò, divina favente clementia, ab imminentibus, graviſſimiſque neceſſitatibus ſublevemur, curare, ut hactenus impoſitæ fideliter, diligenterque exigantur.

Revocat exemptiones, ex quavis cauſa conceſſas, excepto titulo verè oneroſo.

§. 2. Itaque ex his rationabilibus cauſis, & etiam ne alter alterius onera, quod minimè æquum eſſe videtur, perferre cogatur, ſed onus quiſque ſuum facilius, ac commodius ſuſtinere valeat, opportunè providere volentes, & aliorum Prædeceſſ. noſtrorum veſtigiis inhærentes, omnes, & quaſcunq; exemptiones, conceſſiones, gratias, & immunitates ſuper ſolutione Subſidii Trien., Quatreni Carnis, Taxarum equorum, ac aliarum exactionum, & impoſitionum Cameralium, tam à quibuſvis Prædeceſſ. noſtris, quàm etiàm à Nobis ipſis, ſub quibuſvis verborum formis, & clauſulis quomodolibet (præterquam ex cauſa verè oneroſa, ſcilicet effectualis, & congruæ exburſationis pecuniarum) emanatas caſſamus, revocamus, irritamus, viribuſque caruiſſe, & carere, quoad conceſſa per Prædeceſſ. à die eorum reſpectivè obitus; quo verò per Nos à data præſentium decernimus, & declaramus, gratiaſque hujuſmodi nulli penitus, nec in petitorio, nec in poſſeſſorio ſuffragari poſſe ſtatuimus.

Ac omnes teneri ad onera decernit.

§. 3. Omneſque, & ſingulas Communitates

Onera Cameralia.

Quoad Exemptionum revocationem.

tes, & Univerſitates, Civitatum, Terrarum, & locorum ſtatus noſtri Eccleſiaſtici, ac etiam quoſcunque Feudatarios, Cenſuarios, Dominos locorum, & Barones quocunque nomine nuncupatos, & quacunque dignitate, & auctoritate, etiam Cardinalatus honore, aut Ducali dignitate fulgentes, ac Comites, qui caſtra, & jurisdictiones infra limites Ditionis Eccleſiæ poſſident, etiam quod nihil ratione Caſtrorum, & jurisdictionis hujuſmodi Sedi Apoſtolicæ annuatim, ſeu aliàs perſolvant, ad ſolutionem Subſidii Quatreni Carnis, Taxarum equorum, & aliarum impoſitionum præfatarum teneri, & obligatos eſſe volumus, atque mandamus, nullis eis, & eorum cuilibet exemptionibus, & gratiis, ut præfertur, niſi ex cauſa verè tantùm oneroſa præfata, penitus ſuffragantibus.

Confirmatio Conſt. Apoſt. ſuper revocatione hujuſmodi exēptionum edicarū.

§.4. Omneſque Conſtitutiones à quibuſcunque Rom. Pontif. Prædeceſs. noſtris ſuper præmiſſorum revocatione quomodolibet factas, & quibuſvis formis emanatas, confirmamus, approbamus, & eis perpetuæ firmatis robur adiicimus, & quatenus opus ſit, illas innovamus.

Decretum irritans, & clauſula ſublata.

§.5. Sicque per quoſcunque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam dictæ Cameræ Clericos, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S.R.E. Card. diffiniri, ſententiari, & judicari debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & ſententiandi facultate, & auctoritate, irritum quoque, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Camerarii facultates circa exactionem impoſitionū, & moderationem taxarū.

§.6. Quo circa dil. fil. Vitellotio S.Mariæ in Via-Lata Diac. Card. Vitellio S.R.E. Camerario tenore præſentium committimus, & mandamus, ut præter ampliſſimam, & ordinariam ſui Officii Camerariatus jurisdictionem, omnes, & quoſcunque ex cauſis prædictis Cameræ Apoſtolicæ debitores cujuſvis ſint ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis, etiam ſi Cardinalatus honore, aut Ducali dignitate præfulgeant, per cenſuras Eccleſiaſticas, & pœnas pecuniarias, etiam privationis Feudorum, & inhabilitatis ad illa, & alias ſibi beneviſas, aliaque juris, & facti remedia opportuna, ad realem, & actualem ſolutionem cujuſvis ſummæ, tam hactenus debitæ, quàm in futurum debendæ, tam per ſeipſum, quàm alium, ſeu alios ab eo deputan. juxta Taxas hactenus impoſitas cogat, & compellat, & pro faciliori exactione, & ſatisfactione conſequenda plenariam eidem Vitellotio Cardinali Camerario concedimus facultatem, liberumque arbitrium ſuper hactenus debitis componendi, ac quaſcunque compoſitiones faciendi, & etiam in toto, vel in parte, prout ſibi videbitur, remittendi, præſertim erga eos, qui ſe diligentes in ſolutione præſtiterunt: Taxas, ſi quæ exceſſivæ apparuerint, vel propter Communitatum locorum paupertatem, impoſſibilitatem, ſeu aliam quamcunque juſtam cauſam ſibi beneviſam moderandi, & reducendi, alienationes dictor., & aliorum proventuum præfatæ Cameræ minus legitimo pretio factas reſcinden., dubia, ſi quę emerſerint, declarandi, & quoſcunque opus fuerit citandi, & monendi, etiam ad perſonaliter comparendum, etiam per edictum publicum conſtito ſummariè, & extrajudicialiter de non tuto acceſſu, & quoſvis inobedientes, & rebelles, in cenſuras, & pœnas comminatas incidiſſe, & incurriſſe declarandi, aggravandi, reaggravandi, interdicendi, auxilium brachii ſæcularis invocandi, & relaxandi, à cenſuris abſolvendi, & quoties opus fuerit, remittendi, aliaque omnia, & ſingula faciendi, quæ pro effectuali ſatisfactione conſequenda, & Cam. noſt. ſublevatione ſibi neceſſaria viſa fuerint, ſeu aliàs quomodolibet opportuna.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.7. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis: necnon conceſſionibus, & exemptionibus ſub quibuſvis verborum formis, & quovis colore conceſſis, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcunque.

Dat.

Datum Romæ apud S.Petrum, die 8. Junii 1566. Pont. An. I.

Cæ: Glorierius.

CXCIV. CONSTITUT.

S. PII PP. V.

Ed. an. Dom. 1566. die 28. Iunii in bull. vet. lo 11. pag. 934. to. 2., in antiqu. ant. 1579. lo 27. pag. 21., Et matern. idiom. in Coll. Cherl.

Exempti omnes in Provinc. Marchiæ contribuere debeant Subſidiis, & impoſitionibus.

Concord. hab. ſup. Conſt. 191.

PIUS PP. V.

Ad perp. rei mem.

Exordium.

SEDES Apoſtolica, quæ conſuevit ſe liberalem exhibere, plerumque nonnulla rationabiliter conſulatione præhabita ordinat, quæque aliàs per occupationem, & importunam petentium inſtantiam contra juris diſpoſitionem, aut populorum ſibi ſubditorum commoditates concedit, eorundem ſubditorum ſuadente utilitate poſtmodum conſultius, ac rationabilius revocat, declarat, in meliuſve commutat, ac in ſtatum redigit rationis: maximè cum rerum, & temporum qualitate penſata, id in Domino conſpicit ſalubriter expedire.

Cauſa hujus Conſtit.

§.1. Cum itaque pro urgentibus d. Sedis, ac Prædeceſs. noſtrorum Roman. Pontificum neceſſitatibus, ac illorum, & forſan noſtra ſubventione in Provincia Marchiæ. & ſingulis Civitatibus, Terris, Caſtris, & locis ipſius quemadmodum etiam in aliis locis S.R.E. ſubjectis forſan factum extitit, nonnulla ſubſidia, impoſitiones, ſeu onera, videlicet cenſus, taleæ, fictus, cuſtodiæ, ſubſidium, tam triennale, quàm ſubſidium ordinarium, & charitativum, impoſitionem equorum, tam vivorum, quàm mortuorum nuncupatorum, quatreni Carnis, portus Anconitani, tertiariar. unius ſcuti, & medii reſpectivè pro centenario, ac donativi, & aliarum rerum ſub diverſis cauſis, & nominibus, necnon certis modo, & forma tunc expreſſis, ac etiam certis nominibus, certiſque temporibus perſolvenda tam per Nos, & Prædeceſs. noſtros, & Sedem præfa-

præfatam, ſeu Cameram noſtram Apoſtolic., vel dicta auctoritate per omnes, & ſingulas Civitates, Terras, loca, Caſtra, illorumque Commuuitates ex cauſis prædictis, ac pro occurrentibus neceſſitatibus, & negocus, ac ipſorum hominum ſubventione imponi neceſſe fuerit, & ſub diverſis, ſeu eiſdem nominibus, formis, & cauſis nominandis in poſterum per Nos, vel Sedem, aut Cameram prædictam, ſeu Succeſſores noſtros, ac quarumcunque Civitatum, Terrarum, & locorum, & Caſtrorum exigi conveniat, ac ſæpeuumero (ſicuti gravi eum querela alias audivimus fieri) contingat, ut qui in dictis Civitatibus, Terris, & locis, eorumque Territorus, Comitatibus, & diſtrictibus plus poſſident, ſeu majores facultates babent, etiam extranei, & forenſes, & Civitatis noſtræ Maceratæ, ipſiuſque Provinciæ Curiales, Officiales, & Notarü etiam actu exercentes; Necnon Clerici, & utriuſque ſexus cujuſvis Ordinis Religioſi, bona patrimonialia, aut quomodolibet per eos acquiſita bona immobilia poſſidentes, prætextu quarundam immunitatum, ſeu exemptionum ipſis Apoſtolica auctoritate forſan conceſſar., ſeu ob alias cauſas per eos prætenſas, hujuſmodi oneribus pro eorum rata pro dictis bonis patrimonialibus contribuere, & ſubſidia, impoſitiones, & onera prædicla perſolvere recuſent, etiam dictas Communitates, illorumque homines quamplurimis, & diverſis litibus, & inhibitionibus, aliiſque diverſis modis coram diverſis Tribunalibus, & Judicibus tam in Romana Curia, quàm extra eam ſuper præmiſſis involvendo, & defatigando, in grave cæterorum præjudicium, ac notabile damnum, ut executionibus, & executorum mercedibus, ac Commiſſariorum viaticis, necnon repræſaliis, aliiſque variis incommodis, damnis, & expenſis Univerſitates, & homines, necnon Civitates, Terræ, & loca dictæ Provinciæ quotidie vexentur, & quod pejus eſt, pro renitentibus ſolvere, & ſatisfacere, ut plurimum cogantur, in graviſſimum tam ipſorum Communitatum, & bominum, quàm Cam. noſtræ præjudicium, maximè cum, vel huic impoſitiones, & onera prædicta per dictas Communitates, & homines, maxima cum tarditate, difficultate, & dilationibus ſolvantur.

Revocatio exemptionũ, ſubſidior., & impoſitionum Provinc. Marchiæ quibuſcumq; conceſſarum, exceptis perſonalibus.

§.2. Nos æquum eſſe cenſentes, ut qui Territorii, & bonorum commodum ſentiunt, illorum quoque ſentiant incommodum; Motu proprio ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſt. poteſtatis plenitudine omnes, & ſingulas, ſi quæ ſunt, & prætendi poſſunt, exemptiones, privilegia, gratias, immunitates à quibuſvis Subſidiis, oneribus, & aliis impoſitionibus prędictis, & quibuſvis aliis perſonis, militibus, Officialibus prædictis, aut aliàs quomodolibet privilegiatis per Nos, & quoſcunque Roman. Pontifices, & Sedem prædictos, & ejus Legatos, hactenus etiam Motu proprio, aut aliàs quomodolibet ex quavis cauſas, etiam in recompenſam damnorum conceſſas, etiamſi tales exiſtant, de quibus hic expreſſa, & ſpecifica, ac de verbo ad verbum mentio fieri deberet, Apoſtolica auctoritate, quatenus opus ſit, revocamus, caſſamus, irritamus, & annullamus, nulliuſque roboris fore, & eſſe, neque cuiquam in aliquo ſuffragari poſſe, vel debere, aut potuiſſe, vel debuiſſe declaramus, præterquam quoad exemptiones perſonales tantum, quas ſalvas eſſe volumus.

ONERA CAMERALIA.

Quoad Exemptionum revocationem.

§.3. Necnon ad omue dubium, ac difficultates tollendas, ſtatuimus, ordinamus, decernimus, & declaramus, quod tàm Cives, & Nobiles, illuſtres Barones, ac Domicelli, necnon milites SS. Petri, & Pauli, Georgii de Lilio, Lauretanenſes, S. Jacobi de Spata, & Pii, vel alio nomine nominati, ſeu nominandi d. Provinciæ, ac ſingularum illius Civitatum, Terrarum, locorum, ſeu aliunde oriundi, ac d. Provinciæ incolæ, quàm extranei forenſes, & Curiæ generalis d. Provinciæ, & Civitatis Maceratæ Curiales, etiam actu exercentes, bona ſtabilia, ſeu mobilia, vel ſe moventia in d. Provincia, & ſingulis illius Civitatibus, Terris, Locis, & Caſtris, illorumque Territoriis, diſtrictibus, Comitatibus habentes, tenentes, poſſidentes, cujuſcunque dignitatis, qualitatis, gradus, ordinis, & præeminentiæ fuerint, & quacunque nobilitate præfulgeant, bona prædicta, eorum animalia cujuſcunque generis, qualitatis, quantitatis fuerint, & alia quæcunque per præfatos, & eorum quemlibet habita, tenta, & poſseſsa, in libris, ſeu cataſtis nuncupatis, omnium, & ſingularum Civitatum, Terrarum, & locorum d. Provinciæ, ad hoc ut ipſi pro dictis bonis mobilibus, ſtabilibus, ſe moventibus, in ſolutione onerum, & impoſitionum præfatarum pro rata ipſos tangente in poſterum decurrenda, à Nobis, vel Succeſsoribus noſtris, ſeu Sede, vel Camera prædicta, vel aliis à Nobis, vel Præd., & Succeſs. noſtris, ac Sede, & Camera præfatis auctoritatem, vel facultatem habentibus hactenus impoſitorum, & in poſterum imponendorum per æs, & libram, aut aliàs juxtà diſtributionem, ordinem, & modum per dictas Communitates, & earum quamlibet factam, & fiendam, moderandam, & ampliandam contribuere habeant, cum effectu contribuant.

Ac mandat omnes in Provincia Marchiæ teneri ad omnia onera impoſit., & imponen. tàm pro bonis deſcriptis in Cataſtis, quàm pro ſemoventibus.

§.4. Ac cataſtari, & allibrari, deſcribi, ſeu annotari, & affidari facere teneantur.

Ac deſcribere teneantur omnia bona, & animalia.

§.5. Et quod illos, qui prætextu exemptionum ſuarum ad ſolutionem cenſus talearum, ficti, cuſtodiæ, ſubſidii Triennalis, quatreni carnis, ſubſidii charitativi ordinarii, taxæ equorum mortuorum, & vivorum, ut ſupra nuncupat. portus Anconitani, tertiariarum unius ſcuti, & medii reſpectivè pro centenario, & donativi, & aliorum onerum Cameralium, collectarum, ac præbendæ, & ponderis molendini, focularum, paſcuorum, herbatici pecudum, & aliorum animalium, gabellarum, & vectigalium, aliarumque ſimilium, vel diſſimilium impoſitionum per Nos, & Sedem præfatam, ac Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, Commiſsarios, aut alios à Nobis, vel Prædeceſs., ſeu Succeſs. noſtris, ac Sede, & Camera præfatis (ut præmittitur) auctoritatem habentibus, in quibuſvis rebus, & ex quavis cauſa, tàm Cameræ Apoſt., quàm etiam ſingularum Civitatum, terrarum, & locorum d. Provinciæ publicam utilitatem, &

Non obſtante quæcumque prætenſa exceptione.

com-

ONERA CAMERALIA.

Quoad Exemptionum revocationem.

commoditatem concernente, etiam pro aliquo pietatis Monte ad pauperum ſubventionem, vel loco pio, ſeu pia cauſa, auctoritate prædicta impoſitorum, & exigi ordinatorum, ac in poſterum exigendorum, & ut ſupra imponendorum, ſe non teneri prætendunt, omnes, & ſingulos præfatos, etiam illuſtres Domicellos, nobiles, barones, & milites præfatos, ac quoſcunque alios, exemptionum hujuſmodi, vel quod ad fidem converſi, vel quod Familiares alicujus Cardinalis, Theſaurarii, vel cariatores ſalariæ ſint, vel aliàs quomodolibet (præterquam propter numerum duodecim filiorum) prætendentes, ne onus eorum aliis accreſcat, ad eorundem onerum, ac ſubſidiorum, ſeu impoſitionum ſolutionem in futurum cogi, & compelli debere, præterquam quoad onera perſonalia tantùm, & illis dumtaxàt exceptis, pecunia numerata, vel aliqua æquivalenti recompenſa data à Sede, & Camera præfatis, exemptionem ipſarum particularitèr obtinuerit.

Exceptis oneribus perſonalibus, ac exẽptis ob numerũ XII. filior., & ex tit. oneroſo.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

§.6. Sicque per quoſcunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, vel eorum Vicelegatos, ac Palatii Apoſt. cauſarum Auditores, vel quoſvis alios Judices quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet aliàs judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & diffiniri debere, & ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Officiales Cõmunit. omnes cogere ad accataſtandum, & ſolvendum decernit.

§.7. Necnon Confalonieriis, Antianis, & Prioribus Eccleſiarum, Civitatum, Terrarum, & locorum Territorii, diſtrictuum, & Civitatum earundem pro tempore exiſtentibus, ac Communitatibus, & hominibus præfatis, quod bona hujuſmodi annotare, & deſcribere, ac cataſtare, ſeu allibrari, necnon extraneos, foreuſes, cives, & incolas dd. Civitatum, Terrarum, & locorum, territoriorum, diſtrictuum, & Comitatuum eorundem, ac Clericos, & alias perſonas Eccleſiaſt., dictoſque milites, & alios ſupranominatos, necnon Eccleſias, Monaſteria, & alia pia loca præfata, ratione bonorum, ut ſupra translatorum, pro ipſorum rata ad omnium, & ſingulorum onerum prædictorum ſolutionem, toties quoties opus fuerit cogere, & compellere liberè, & licitè valeant, plenam, & liberam Apoſtol. auctoritate tenore præſentium concedimus facultatem.

Clauſulę præſervativæ.

§.8. Decernentes has præſentes literas ad probandam plenè intentionem noſtram hujuſmodi, ubique ſufficere, nec ad id alterius probationis adminiculum requiri debere.

Executores deputat, & facultates explicat.

§.9. Mandantes modernis, & pro tempore exiſtentibus noſtro, & S.R.E. Camerario, Præſidentibus, Clericis Cam. Apoſtol., Theſaurario, & Auditoribus Generalibus, ac Gubernatoribus, Legatis, Vicelegatis d. noſtræ Provinciæ, necnon quarumcunq; Civitatum, Terrarum, Locorum, & Caſtrorum Gubernatoribus, Vicariis, Poteſtatibus, cæteriſque Officialibus, & Miniſtris, quatenus per ſe, vel alium, ſeu alios eorum nomine deputatos, vel deputandos, Univerſitatibus, & hominibus d. Provinciæ, ac ſingularum ejuſdem Provinciæ Civitatum, Terrarum, & Locorum, Communitatibus in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, omnibus juris, & facti remediis magis opportunis, ac etiam manu regia, omni mora, appellatione, & exceptione remotis, faciant, præcipiant, & mandent præmiſſa omnia, & ſingula firmitèr, & inviolabilitèr obſervari, ac literis deſuper in forma Brevis conficiendis, per quaſcunque noſtras, & quorumcunque noſtrorum Succeſſ. literas, cum quibuſvis clauſulis, etiam derogatoriarum, derogatoriis, necnon irritantibus, & aliis decretis emanatas, & emanandas, ad quorumvis inſtantiam, & ex quacunque cauſa, etiam probabili, derogari, aut derogatum cenſeri non poſſe, decernant, & declarent, neque permittant eoſdem Univerſitates, & homines per quoſcunque quomododolibet gratificatos, & qualificatos moleſtari, perturbari, ſeu inquietari, cum facultatum poteſtate eiſdem Legato, Vicelegato, Gubernatori, ſeu eorum Locumtenenti pleniſſimè collata, per ſe, vel alium, ſeu alios, vel eorum alterum brevitèr, & ſummariè, & ſine ſtrepitu, & figura judicii, ſola facti veritate inſpecta, omnes, & quaſcunque differentias, & conteutiones, ſi quas præmiſſorum occaſione quomodolibet oriri contigerit, audiendi, cognoſcendi, decidendi, fineque debito terminandi, ſecundùm præſentes, & non aliàs: Contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas, & pecuniarias pœnas auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Necnon etiam ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.10. Præmiſſis, ac Conſtit., & Ordinat. Apoſt., necnon Bonifacii VIII. de una, & Concilii generalis de duabus, dummodo non ultra tres dietas, ac quibuſvis immunitatibus, exemptionibus, aliiſque præmiſſis, ac aliqua poſſeſſione, vel forſan uſurpatione de non ſolvendo, & contribuendo. necnon noſtra de non tollendo jure quæſito, ac aliis Cancellariæ Apoſtol. regulis, privilegiis quoque, indultis, & Lit. Apoſt. præfatis Militibus, Officialibus, Curialibus, ac quibuſvis aliis perſonis, etiam actu Officia ſua exercentibus, Eccleſiaſt., & aliis privilegiatis perſonis, in genere, vel in ſpecie ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, etiam per viam legis, ſententiæ, ſtatuti, ſive contractus, pacti, & tranſactionis, etiam tempore Rev. Mignanelli, tunc d. Provinciæ Gubernatoris, & Vicelegati factorum, & initorum, irritantibuſque, & aliis decretis quarumcunque exemptionum prætextu, etiam ſi illæ tales, & ejus generis ſint, de quibus expreſſa, & ſpecifica, ac de verbo ad verbum mentio, ſive inſertio fieri deberet, ac ſub quibuſcunque verborum formis, & tenoribus, etiam in forma Brevis, vel ſub plumbo tàm per Nos, quàm Præd. noſtros, ac Sedem, ac ejuſdem Legatos, etiam Motu proprio, ac aliàs quomodolibet in contrarium conceſſis, approbatis, & innovatis, necnon quacunque inhi-

Digitized by Google

inhibitione d. Provinciæ, illiuſque Communitatibus, & Locorum Miniſtris, & deputatis de, & ſuper præmiſſis omnibus ſpecialitèr loquente, ac etiam quacunque lite, & cauſa quantumvis inſtructa, ac cauſam, & cauſas hujuſmodi, ac lites omnes ſuper præmiſſis quomodolibet motas, vel movendas ad Nos auctoritate Apoſt., & ex certa ſcientia advocantes, illaſque ex nunc penitus extinguentes, & annullantes, ac pro extinctis, & annullatis haberi volentes, etiam ſi per appellationem, & in quavis inſtantia, coram quibuſvis, etiam Camerario noſtro, ac Cameræ Apoſt. Clericis, & Præſidenti, vel Sacro Rotæ auditorio pendentes, cæteriſque in contrarium facien., non obſtan. quibuſcunque, ſtatum, & merita cauſæ, & cauſarum, ſi quæ ſint, necnon privilegiorum, indultorum, immunitatum, conceſſionum, gratiarum, aliorumque præfatorum, & hic de neceſſitate exprimendorum tenores, & compendia, ac ſi de verbo ad verbum, & non per clauſulas generales idem importantes, nominaque, & cognomina judicum, & collitigantium pro plenè, & ſufficientèr expreſſis habentes, illis Motu, ſcientia, & poteſtate præmiſſis, derogamus ſpecialitèr, & expreſsè, aut ſi aliquibus communitèr, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Lit. Apoſt. non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Dat.

Datum Romæ apud S. Petrum die 28. Junii 1567., Pontif. Noſtri An. I.

CXCV. CONSTITUTIO

CLEMENTIS PP. IX.

Revocatio exemptionum à Vectigalibus, aliiſque publicis oneribus, etiam Communitativis.

Ed. an. Dom. 1665. die 20. Dec. in bull. nov. fol. 17. 10. 6

Concordan. habes ſupra Conſt. 191.

CLEMENS PP. IX.

Ad perp. rei mem.

Cauſa hujus Conſtit.

PATERNA, quam de noſtris, & Apoſtol. Sedis in temporalibus Subditis gerimus, cura Nos urget, ut in graviſſimis rerum difficultatibus, quibus Camera noſtra Apoſtol., ac Communitates, & Univerſitates Civitatum, Terrarum, & Locorum noſtræ, & d. Sedis ditionis temporalis propter alia onera, antehàc impoſita premuntur, aliquod eis levamen, ſublatis immunitatibus, atque exemptionibus ab onerum publicorum ſupportatione per nonnullos Rom. Pont. Præd. noſtros, & Sedem prædictam, ac forſan illius de latere Legatos, alioſque ejuſdem Sedis, & Cameræ Officiales, & Miniſtros ad importunas ſupplicantium preces, & aliàs quomodolibet conceſſis, quæ dum aliquibus, iiſdemque, ut plurimùm locupletioribus favent in cæterorum, & quidem plerumque pauperiorum detrimentum vergunt, eorumque inopiam pergravant, adferre ſatagamus, ſicut publicæ utilitati, atque æquitati, & Juſtitiæ rationi conſentaneum eſſe, in Domino arbitramur.

ONERA CAMBRALIA.

Quoad Exemptionum revocationem.

§. 1. Itaque Cameræ, ac Communitatum, & Univerſitatum, Subditorumque noſtrorum prædict. indemnitati, & levamento, quantùm Nobis ex alto conceditur, æquè principalitèr conſulere cupientes, ac fel. rec. Sixti V., Pauli etiam V., Urbani VIII., Innocentii X., & Alexandri VII., aliorumque Rom. Pontific. Præd. noſtrorum, qui Conſt. ſimilium exemptionum, & immunitatum revocatorias ediderunt, veſtigiis inhærentes, necnon quarumcunque Conceſſionum, immunitatum, & exemptionum hujuſmodi, litterarumque Apoſtol. ſub plumbo, ac in ſimili forma Brevis cedularum Motus proprii, & Chirographorum cujuſvis Rom. Pont. Præd. noſtri manu ſignatorum, ac aliarum litterarum, & ſcripturarum deſuper quomodolibet emanatarum tenores, etiam veriores, & datas, ac occaſiones, & alia etiam ſpeciali, ac individua expreſſione digna præſentibus pro plenè, & ſufficientèr expreſſis, & verbatim inſertis reſpectivè haben. Motu proprio, non ad cujuſquam Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtol. poteſtatis plenitudine hac noſtra perpetuò valitura Conſtitutione omnes, & quaſcumque exemptiones, & immunitates à ſolutione ſubſidii Triennalis, necnon quarti illi adjuncti, quatrenorum Carnis, taxarum equorum, talearum, Cenſuum, Archivii, foglietttæ, Triremium, Utenſilium, Dohanarum, Gabellarum, Taxæ portus Anconæ, quatrenorum, tractarum, Pedagiorum, Vectigalium, Collectarum, exactionum, & quorumlibet onerum, & munerum perſonalium, realium, & mixtorum, ordinariorum, & extraordinariorum, ſolitorum, & inſolitorum Cameralium quorumcumque, ac etiam eorum, quæ per Communitates, & Univerſitates directè, vel indirectè pro eorumdem onerum Cameralium ſolutione, publicorumque munerum ſupportatione, ac pro viis, & pontibus conſtruendis, inſtaurandis, muniendis, & manutenendis, aliiſque indigentiis, & uſibus quibuſcumque, tàm Cameræ, Communitatum, & Univerſitatum prædictarum, ſeu aliis indicta, & impoſita, ac exigi ſolita ſunt, necnon ab obligatione recipiendi, & hoſpitandi Milites, & Sedis prædictæ Officiales, Barigellos, Executores, alioſque Juſtitiæ Miniſtros, eiſque Utenſilia, & alia neceſſaria ſubminiſtrandi per Romanos Pontif. Præd. Noſtros, ac eamdem Sedem Apoſt., & quoſvis Sedis, & Cameræ prædict. Officiales, & Miniſtros quacumque authoritate, & poteſtate fungentes, etiam S.R.E. Card., etiam de Latere Legatos, Camerarios, cæteroſque etiam ſpeciali nota, & expreſſione dignos, ac ſpecialem ad id facultatem habentes, quibuſvis Communitatibus, Univerſitatibus, Civitatibus, Terris, Oppidis, & locis, Ditionis temporalis S. Eccleſiæ prædictis, ac etiam quibuſcumque Feudatariis, Cenſuariis, Dominis locorum, familiis nobilibus, Baronibus, Comitibus, Marchionibus, Ducibus, Principibus, ac aliis cujuſvis ſtatus, gradus, conditionis, & præeminentiæ exiſten., ac quavis dignitate, & authoritate præditis, etiam

Papa revocat omnes exemptiones, tam ab oneribus Cameralibus, quam Cõmunitativis a quibusvis indultas.

Car-

Onera Cameralia.

Quoad Exemptionum revocationem.

Cardinalatus honore fulgen., qui Caſtra, & juriſdictiones dict. Ditionis temporalis S. R. E. poſſident, etiam qui nihil ratione Caſtrorum, & juriſdictionum hujuſmodi Sedi prædictæ annuatim, ſeu aliàs perſolverint, & tàm incolis, quàm extraneis, & forenſibus, bona ſtabilia, ſeu mobilia, vel ſe moventia habentibus, & tenentibus, ſeu poſſidentibus, omniumque ſupradict. Colonis, & laboratoribus, etiam in recompenſam damnor. paſſorum, expenſarum, vel meritorum, ſeu illor. intuitu, & contemplatione, ac ex alia quacumq; quantumvis favorabili, & urgentiſſima, & de neceſſitate ſpecialitèr exprimenda cauſa, ſub quibuſcunq; verborum formis, & expreſſionibus, etiamſi in appaltuum, & locationum Cameralium instrumentis promiſſum, & cautum ſit, eas obſervari debere, ac quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine paribus, etiam conciſtorialitèr, & alias quomodocunque, & qualitercunque in genere, vel in ſpecie ad vitam, vel ad tempus, ſive in perpetuum conceſſas, datas, ac pluries, & iteratis vicibus, confirmatas, approbatas, revalidatas, & innovatas, & inde etiam Judicis auctoritate ſequuta, quęcunque. Necnon quaſvis literas, etiam Apoſt. ſub plumbo, vel in ſimili forma Brevis, Motus proprii, Cedulas, Chirogapha, & Scripturas hujuſmodi ex nunc perpetuò revocamus, caſſamus, tollimus, abrogamus, irritamus, abolemus, viribuſque, & effectu penitus, ac omnino evacuas eſſe declaramus.

Et ex quavis cauſa, & quomodolibet cōceſſas.

Itaut dd. Exēptiones non ſint amplius allegabiles, ac ſi non emanaſſent.

§.2. Nec ulli prorſus in petitorio, aut poſſeſſorio etiam Summariiſſimo, contra præſentium literarum tenorem, & diſpoſitionem ſuffragari poſſe, ſed prædictos omnes, & ſingulos exemptos ad omnium, & ſingulorum onerum prædictorum ſolutionem, & ſupportationem, pro rata eos tangente, in poſterum realiter, & cum effectu teneri, in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi dictæ exemptiones, & immunitates, eis nullatenus couceſſæ fuiſſent, nec literæ, ac cedulæ Motus proprii, Chirographa, & ſcripturæ hujuſmodi unquam emanaſſent, motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine prædictis decernimus, ſtatuimus, & declaramus.

Indulta regularibus conceſſa, ad terminos juris reducit.

§.3. Præterea omnia, & quæcunque privilegia, & indulta perſonis Eccleſiaſticis, tam Sæcularibus, quàm cujuſvis Ordinis, Congregationis, & Inſtituti, ac Societatis Jeſu Regularibus ſuper ſimilibus immunitatibus, & exemptionibus per quoſcunque Roman. Pontiſices Prædeceſs. noſtros conceſſa, ad limites juris communis Motu, ſcientia, deliberatione, poteſtatis plenitudine, & tenore prædictis reducimus. Illa verò quæ nonnullis Collegiis in Alma Urbe noſtra exiſten. per Dil. Filios Clericos Regulares dict. Societatis Jeſu, ſive alios quoſcunque adminiſtrari conſuetis, ſimiliter à Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris conceſſa fuerunt, quoad victum, & veſtitum dumtaxat, non autem, ut Vulgò dicitur *à Fondaco*, *e Magazzeno*, prout ante hac obſervatum fuit, ſuffragari volumus, & decernimus.

Et illa conceſſa nonnullis Collegiis in Urbe declarat.

§.4. Ac demùm ſimilia privilegia, & Indulta Nepotibus, & aliis conſanguineis, vel affinibus quorumcunque Roman. Pontificum Prædeceſs. noſtrorum pro tempore viventium, ab illis reſpectivè conceſſa, itidem revocamus, & abolemus, ac revocata, & abolita eſſe, ac cenſeri debere volumus, & ſtatuimus; declarantes illa nemini eorundem Nepotum, ſive conſanguineorum, vel affinium à die noſtræ ad ſummi Apoſtolatus apicem aſſumptionis ſuffragari poſſe, & debere, ſeu potuiſſe, ac debuiſſe.

Privilegia nepotibus Prædeceſſorum data revocat.

§.5. Per præmiſſa autem non intendimus revocare exemptiones, & immunitates, quibuſcunque perſonis Eccleſiaſticis, tam Sæcularibus, quàm Regularibus de jure competen., neque Theſaurariis, Appaltatoribus, & Conductoribus bonorum, introituum, & jurium dictæ Cameræ noſtræ ab ipſa Camera, ſeu aliis illius nomine in Appaltuum, & Locationum inſtrumentis, & illorum ratione ex contractu, tituloque verè oneroſo conceſſas. Ac inſuper à revocatione, & aliis ſupradictis excipimus, & exceptas eſſe volumus, & declaramus immunitates, & exemptiones quibuſvis Univerſitatibus, & perſonis conceſſas in vim contractus, & cauſa verè oneroſa, videlicet congruæ, & effectivæ pecuniarum ſolutionis, & non aliàs eidem Cameræ Apoſtolicæ, vel ipſis Communitatibus legitimè factæ, vel ex aliis rationabilibus Cauſis per Nos cognoſcendis, & approbandis, ac etiam declarandis, quas omnes cauſas oneroſas, non niſi legitimas, ac licitas, & honeſtas, prout de jure, approbare intendimus.

Immunitates de jure, & ex tit. verè oneroſo, & Appaltatoribus Cam. conceſſas pręſervat.

§.6. Et propterea quicunque illas obtinent, eas in dicta Camera, citato Dilecto Filio ipſius Cameræ Commiſſario Generali, verificare, & in ipſa Camera examinare, & admitti facere teneantur, etiamſi conceſſiones earundem immunitatum, & exemptionum, ac lit., cedulæ, Motus proprii, Chirographa, & aliæ ſcripturæ deſuper emanatæ, & emanata aliàs in Camera prædicta admiſſæ, & admiſſa, ac in illa, ejuſque libris regiſtratæ, & regiſtrata fuerint, & ſint; quatenus tamen Cauſæ oneroſæ hujuſmodi pro verè oneroſis, & legitimis, ut ſupra, in eadem Camera veriſicatæ, & approbatæ, ac prævia judiciali diſcuſſione non ſint legitimè habitæ; quo caſu ad indicationem tantùm, non autem ad aliam verificationem eoſdem obtinentes teneri volumus, interim verò quandiù non fuerint verificatæ, minimè ſuffragari, & præſentis revocationis effectum retardare non poſſe, declaramus.

Quas tamen verificatas eſſe, vel verificari debere decernit.

§.7. Præterea noſtræ intentionis non eſt ſub revocationibus, & aliis ſupradictis comprehendere immunitates, & exemptiones ejuſdem S.R.E. Card. ratione dignitatis Cardinalatus, necnon Cameræ prædictæ Clericis Præſidentibus, aliiſque Cameralibus, qui in eadem Camera ſederunt, & ſedent concedi, ſeu admitti ſolitas, nec illas, quibus Prælati, & Officiales Romanæ Curiæ, ac Prælati Domeſtici, Cubicularii Secreti, ac Secretarii, & alii Familiares, & continui Commenſales noſtri, & Romani Pontificis pro tempore viventis in rotulo deſcripti gaudent, & gaudere conſueverunt, neque illas ob numerum 12. filiorum

Necnō Exemptiones Card., Cameralium, Familiarium Papæ, & ob num. 12. filior. præſervat.

à Præ-

Quos tamen ad terminos Conſt. Pii IV. reducit.

à Prædeceſſor. noſtris, & aliis ſupra expreſsis, eonceſſis, quas tamen ad terminos conſtitutionis rec. me. Pii IV. Prædeceis. pariter noſt., & aliarum Conſtitutionum Apoſtoliearum ſuper ſimilium exemptionum declaratione, editarum, & ad illas tantùm, & pro tempore, & perſonis, ac eo modo, & forma, quibus de jure communi illis competunt, ac aliàs juxta ipſius juris communis, ac ſupradictarum, & aliarum Conſtitutionum Apoſtolicarum diſpoſitionem reducimus, neque aliter, quàm, ut præfertur, ſive in poſſeſſorio, ſive in petitorio ſuffragari volumus, & decernimus.

Mandat per Officiales diſtrictè obſervari.

§.8. Cæterum Appaltatoribus, Theſaurariis, Depoſitariis, Commiſſariis, Executorib., & cæteris Agentibus, & Miniſtris dictæ Cam., ae Communitatum, & Univerſitatum prædictarum earundem, ſerie præſentium, diſtrictius inhibemus, ne contra ipſar. præſentium diſpoſitionem immunitates, & exemptiones, niſi, ut ſupra exceptas, ac eas, quas ex cauſa verè oueroſa conceſſas in Cam. prædicta, ut præfertur, admitti contigerit, ullatenus admittant, & ſi ſecus fecerint id nemini eorum in ſuis eomputis, ſeu rationibus per eandem Cam. admitti volumus, ſed eorum damno ceſſuros eſſe declaramus.

Lites ſuper hujuſmodi exemptionibus ad ſe advocat, & perpetuò extinguit.

§.9. Poſtremò lites quaslibet occaſione Privilegiorum, ac Indultorum, necnon immunitatum, & exemptionum hujuſmodi quomodolibet ſuſcitatas, & in quibuſvis Tribunalibus pendentes (illarum omnium, & ſingularum ſtatum, & merita, nominaque, & cognomina Judicum, & Collitigantium quorumvis, etiam ſpeciali mentione dignorum, & alia etiam de neceſſitate ſpecialitèr exprimenda, præſentibus pro plenè, & ſufficientèr expreſſis habentes) à quibuſcunque Tribunalibus hujuſmodi ad Nos earundem ſerie præſentium avocamus, illaſque penitus, & omninò perpetuò ſupprimimus, & extinguimus, & pro ſuppreſſis, & extinctis haberi volumus, & declaramus, ac partibus perpetuum deſuper ſilentium imponimus.

Clauſulę prę̄ſervativæ.

§.10. Decernentes præſentes noſtras lit. ae omnia, & ſingula in illis contenta, etiam ex eo, quod quieunque in præmiſſis, ſive eorum aliqui intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, illis non conſenſerint, aut ad ea vocati, & auditi, ſeu cauſæ, propter quas ipſæ præſentes emanarunt adductæ, verificatæ, ſeu aliàs ſufficientèr, aut etiam ullatenus juſtificatæ non fuerint, aut ex alia quavis, quantumlibet legitima, pia, juridica, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, occaſione, & capite, etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quorumvis intereſſe habentium conſenſus, aut alio quovis, quantumvis magno, & ſubſtantiali, ac inexeogitato defectu notari, impugnari, invalidari, reſtringi, retractari, in jus, vel controverſiam revocari, ſuſpendi, limitari, aut ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illos aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aut quodcunque Juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut impetrato, ſeu aliàs etiam motu ſimili conceſſo, quempiam in Judicio, vel extra illud, uti, ſeu ſe juvare poſſe, neque eaſdem præſentes, ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium Conſtitutiouum, ac revocationum, & ordinationum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus, pro tempore quomodolibet factis comprehendi, aut comprehenſas cenſeri, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas, ac etiam ſub poſteriori data, quatenus opus ſit, de novo conceſſas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ae ab omnibus, ad quos ſpectat, & quandocunque ſpectabit inviolabilitèr obſervari.

Onera Camaralia.

Quoad Exemptionum revocationem

Clauſula ſublata, & Decretum irritans.

§.11. Sicque in præmiſſis per quoſcunque Judices, & Commiſſarios, etiam cauſarum Palatii Apoſtol. Auditores, ac ejuſdem S.R.E. Card., etiam de Latere Legatos, & quoſvis Sedis, & Cam. prędictarum Officiales, & Miniſtros, & alios quoſcunque quavis auctoritate, & poteſtate fungentes nunc, & pro tempore exiſtentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctorit., ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari.

Executorum deputatio, & facultates.

§.12. Quocirca Dil. Fil. Noſtris, ac S.R.E. prædicto Camerario, ſeu Pro-Camerario, necnon Vice-Camerario, Theſaurario, ac Clericis, Præſidentibus, Commiſſario, & aliis Cameræ prædictæ Officialibus, ad quos ſpectat, præcipimus, & mandamus, ut præſentem noſtram Conſtitutionem, & in ea contenta quęcunque, in omnibus, & ſingulis firmitèr, & inviolabilitèr obſervent, & faciant ab aliis obſervari.

Clauſulæ derogatoriæ amplisſimæ.

§.13. Non obſtan. ſupradictarum litium pendentia, aliiſque omnibus, & ſingulis præmiſſis, necnon noſtra, & Caneellariæ Apoſtolicæ Regula *De non tollendo jure quæſito*, ac quatenus opus ſit prædict. Pii Prædeceſs. de gratiis qualecunqe intereſſe dictæ Cam. concernentibus in eadem Camera præſentandis, & regiſtrandis, itant præſentes in ea præſentari, aut regiſtrari nunquam neceſſe ſit, aliiſque Apoſtolieis, ac in Univerſalibus, Provincialibuſque Conciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, Conceſſionibus, Immunitatibus, Exemptionibus, Chirographis, Cedulis, Motuum propriorum, & aliis Scripturis, & Literis, etiam Apoſtolieis prædictis, & quibuſvis aliis, etiam, ut præfertur, qualificatis, ac ſpeciali nota, & mentione dignis, etiamſi nominatim eſſent exprimendi, ſub quibuſcunque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam Derogatoriarum Derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis,

Onera Cameralia.

Quoad Exemptionum revocationem.

ac irritantibus, & aliis Decretis, etiam inexcogitabilib., & neceſſariò exprimendis, etiam contractus jurati cum Cam. noſtra Apoſtolic. initi, & Camerali obligatione vallati, & quovis alio robore, & cautela firmatis, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmiſſorum concesſis, confirmatis, & pluries innovatis, quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi in eis caveatur expreſsè, quod nullo unquam tempore ſub ſimilium, vel diſſimilium exemptionum, & immunitatum revocationibus, abrogationibus, annullationibus, aut aliis quibuſlibet contrariis diſpoſitionibus, & Conſtitutionibus pro tempore edendis, comprehendantur, ſed ſemper ab illis excepta, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, eumque validiſſimum ſtatum reſtituta, repoſita, reintegrata, ac etiam ſub poſteriori data per quaſcunque perſonas eligenda de novo conceſſa ſint, & eſſe cenſeantur, necnon pro ſufficienti eorum derogatione de illis, eorunque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio facienda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, formas, & occaſiones præſentibus pro plenè, & ſufficientèr expreſſis, inſertis, & ſervatis reſpectivè habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, ac derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Publicari mādat.

§.14. Ut autem eædem præſentes literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, & auctoritate Apoſtolica decernimus illas ad valvas publicas Principis Apoſtolor., & Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Curſoribus noſtris publicari, ac earum exempla ibidem affixa relinqui, quæ ſic publicatæ, omnes, & ſingulos, quos concernunt, perinde afficiant, & arctent, ac ſi illorum unicuique perſonalitèr notificatæ, & intimatæ fuiſſent, utque earundem præſentium tranſumptis, ſeu exemplis etiàm impreſſis manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Fides Tranſumptorum.

Dat.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 20. Decembris 1667. Pontificatus noſtri Anno I.

Clemens PP. IX.

Hanc Clementis IX. Conſtitut. innovavit Clemens X. eodem prorsùs tenore verborum adhibito, ideoque illam conſultò omiſſi: hab. tamen impreſſam in bul. nov. la 21. tom.6., ut notavi ſupra in concord. ad Conſt.191. pag.314.

CXCVI. CONSTITUTIO
INNOCENTII PP. XII.

Revocatio exemptionum à vectigalibus, & oneribus tàm Cameralibus, quàm publicis, etiam Communitativis.

Concord. habes ſupra Conſt.191.

Ed.an. Dom. 1691. die 5. Nov. in ejus bullar. la 5. pag.14.

INNOCENTIUS PP. XII.

Ad futur. rei memor.

Exordium.

Subditorum commodum eſt motivum providendi.

CIRCUMSPECTA Rom. Pontificis omnium Chriſtifidelium Patris, & Paſtoris providentia, ſicut ſpiritualibus Dominici gregis, ſibi divinitùs commiſſi, utilitatibus jugi vigilantia conſulere ſtudet, ita & temporalibus ſuorum, & Apoſtol. Sedis, etiam quoad temporalia Subditorum commodis paterno ſtudio providere ſatagit, prout æquitatis, & juſtitiæ ratio ſuadet, reique publicæ ſalus expoſcere comperitur.

Exemptiones aliquorum, aggravant nō exemptos.

§.1. Cum itaq; (ſicut Nobis innotuit) per quaſdam immunitates, & exemptiones à vectigalium, aliorumque onerum publicorum ſolutione, & ſupportatione, quæ à nonnullis Rom. Pontif. Præd. noſtris, & Sede præfata, illiuſque forſan de Latere Legatis, ac aliis ejuſdem Sedis, & Cameræ noſtræ Apoſt. Officialibus, & Miniſtris, ad importunas ſupplicantium preces, ſeu aliàs quomodolibet conceſſæ reperiuntur, Camera præd., ac Communitates, & Univerſitates Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & locorum temporalis S.R.E. Ditionis in graviſſimis, quibus propter tot ſumptus ante hac in cauſam publicam factos, multaque onera propterea impoſita, premuntur anguſtiis, maximam reddituum, & proventuum ſuorum diminutionem patiantur, & plurimi Subditi noſtri, ac præcipuè pauperiores, in quos ejus, quod cæteris, iiſque, ut plurimum locupletioribus, per immunitates, & exemptiones hujuſmodi remittitur, onus derivari neceſſe eſt, ingenti damno afficiantur.

Ideò Pont. hic exēplo Præd. revocat exēptiones om. nes ab Vectigalibus, & oneribus tàm Cameralibus, quàm Communitativis.

§.2. Hinc eſt, quod Nos Cam., ac Communitatum, & Univerſitatum, Subditorumque noſtrorum prædictorum indemnitati, & levamento, quantum cum Domino poſſumus, æquè principalitèr conſulere cupientes, ac fel. rec. Sixti V., Pauli etiam V., Urb. VIII., Innoc, X., Alex. VII., Clem.IX., Clem.X., Innoc.XI., & Alex.VIII., aliorumque Rom. Pont. Prædec. noſtrorum, qui Conſtitutiones ſimilium exemptionum, & immunitatum revocatorias ediderunt, veſtigiis inhærentes, necnon quarumcumque conceſſionum, immunitatum, & exemptionum hujuſmodi, literarumque Apoſtol. ſub plumbo, ac in ſimili forma Brevis, cedularum Motus proprii, & Chirographorum cujuſvis Rom. Pont. Præd. noſtri manu ſubſcriptorum, ac aliarum literar., & ſcripturarum, deſuper quomodolibet emanatarum, pluriesq; etiam confirmatarum tenores, etiam veriores, & datas, ac occaſiones, & alia etiam ſpeciali, ac individua expreſſione digna, præſentibus pro plenè, & ſufficientèr expreſſis, & verbatim inſertis reſpectivè habentes: Motu proprio non ad cujuſquam Nobis ſuper hoc oblatæ

latæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſt. poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuò valitura Conſtit. omnes, & quaſcumque exemptiones, & immunitates à ſolutione ſubſidii triennalis, necnon quarti illi adjuncti, taxarum equorum, talearum, Cenſuum, Archivii, fogliettæ, triremium, Utenſilium, Dohanarum, gabellarum quarumcumque, taxæ

Species onerum, à quibus conceſſæ fuerant exemptiones narrat.

Portus Anconæ, quatrenorum, tractarum, pedagiorum, vectigalium, collectarum, & quorumlibet aliorum onerum, & munerum perſonalium, realium, & mixtorum, ordinariorum, & extraordinariorum, ſolitorum, & inſolitorum Cameralium quorumcunque, ac etiam eorum, quæ per Communitates, & Univerſitates directè, vel indirectè pro eorumdem onerum Cameralium ſolutione, publicorum que munerrim ſupportatione, ac pro viis, & pontibus conſtruendis, inſtaurandis, muniendis, & manutenendis, aliiſque indigentiis, & uſibus quibuſcumque, tàm Cameræ, quàm Communitatum, & Univerſitatum prædictarum, ſeu aliàs indicta, & impoſita, ac exigi ſolita ſunt, necnon ab obligatione recipiendi, & hoſpitandi milites, & Sedis prædictæ Officiales, Barigellos, Executores, alioſque juſtitiæ Miniſtros, eiſque Utenſilia, & alia neceſſaria ſubminiſtrandi per Rom. Pontifices Præd. noſtros, ac eamdem Sedem Apoſt., & quoſvis Sedis, & Cameræ prædictarum Officiales, & Miniſtros quacumque auctoritate, & poteſtate fungentes, etiam S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, etiam Camerarios; cæteroſque, etiam ſpeciali nota, & expreſſione dignos, ac ſpecialem ad id facultatem habentes, quibuſvis Communitatibus, Univerſitatibus, Civitatibus, Terris, Oppidis, & locis Ditionis temporalis S.R.E. prædictæ, ac etiam quibuſcumque Feudatariis, Cenſuariis, Dominis locorum, Familiis Nobilibus, Baronibus, Comitibus, Marchionibus, Ducibus, Principibus, & aliis cujuſvis ſtatus, gradus, conditionis, & præeminentiæ exiſtentibus, ac quavis dignitate, etiam Eccleſiaſtica, & auctoritate præditis, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, qui Caſtra, & juriſdictiones intra limites d. Ditionis temporalis S.R.E. poſſident, etiam qui nihil ratione Caſtrorum, & Juriſdictionum hujuſmodi Sedi prædict. annuatim, ſeù aliàs perſolvunt, & tàm Incolis, quàm extraneis, & forenſibus bona ſtabilia, ſeu mobilia, vel ſemoventia habentibus, & tenentibus, ſeu poſſidentibus, omniumque ſu-

Ex quavis, & quomodolibet conceſſar.

pradictorum Colonis, & laboratoribus, etiam in recompenſam laborum, damnorum paſſorum, expenſarum, vel meritorum, ſeu illorum intuitu, & contemplatione, ac ex alia quacumqne, quantumvis favorabili, ac urgentiſſima, & de neceſſitate ſpecialitèr exprimenda cauſa, ſub qnibuſcumque verborum formis, & expreſſionibus, etiamſi in appaltuum, & locationum Cameral. inſtrumentis, quantumvis auctoritate Apoſtol. confirmatis, promiſſum, & cantum ſit eas obſervari debere, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam Motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine paribus, etiam conſiſtorialitèr, & aliàs quomodocumque, & qualitercumque, in genere, vel in ſpecie, ad vitam, vel ad tempus, ſive in perpetuum conceſſas, & datas, ac pluries, & iteratis vicibus confirmatas, & approbatas, revalidatas, & innovatas, & inde etiam Judicis auctoritate ſecuta, quæcumque, necnon quaſvis literas etiam Apoſt. ſub plumbo, vel in ſimili forma Brevis, Motus proprii cedulas, Chirographa, & Scripturas hujuſmodi ex nunc perpetuò revocamus, caſſamus, tollimus, abrogamus, irritamus, abolemus, viribuſque, & effectu penitus, & omninò evacuamus, & revocata, caſſata, ſublata, & abrogata, irrita, abolita, & annullata, viribuſque, & effectu penitus, & omninò vacuas eſſe, nec ulli prorſus in petitorio, aut poſſeſſorio, etiam ſummariiſſimo, contra præſentium literarum tenorem, & diſpoſitionem ſuffragari poſſe, ſed prædictos omnes, & ſingulos exemptos ad omnium, & ſingulorum onerum prædictorum ſolutionem, & ſupportationem pro rata eos taugente, in poſterùm realitèr, & cum effectu teneri in omnibus, & per omnia perinde acſi dd. exemptiones, & immunitates eis nullatenus conceſſæ fuiſſent, nec literæ, ac cedulæ Motus proprii, Chirographa, & ſcripturæ hujuſmodi unquam emanaſſent motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine prædictis decernimus, ſtatuimus, & declaramus.

Onera Cameralia.

Quoad Exemptionum revocationem.

Eccleſiaſticorum privilegia reducit ad limites juris.

§.3. Præterea omnia, & quæcumque privilegia, & Indulta perſonis Eccleſiaſticis tàm Sæcularibus, quàm cujuſvis ordinis, Congregationis, & Inſtituti, ac Societatis etiam Jeſu, Regularibus ſuper ſimilibus immunitatibus, & exemptionibus, per quoſcumque Romanos Pontifices Præd. noſtros conceſſa, ad limites Juris communis motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine, & tenore prædictis reducimus.

Conceſſa Collegiis Urbis reſtringit ad victum, & veſtitum.

§.4. Illa verò, quæ nonnullis Collegiis in alma Urbe noſtra exiſtentibus per dilect. filios Clericos Regulares dictæ Societatis Jeſu, ſive alios quoſcumque adminiſtrari conſuetis, ſimilitèr à Rom. Pontific. Præd. noſtris conceſſa fuerunt, quoad victum, & veſtitum dumtaxat, non autem, ut vulgò dicitur (*à fondaco, e magazzeno*) prout ante hac obſervatum fuit, ſuffragari volumus, & decernimus.

Abolet conceſſa Nepotibus, & Conjunctis Pontificum, & effectum hujuſmodi retrotrahit ad diē ſuæ Aſſumptionis.

§.5. Ac demum ſimilia privilegia, & indulta Nepotibus, & aliis Conſanguineis, vel Affinibus quorumcumque Rom. Pontif. Præd. noſtrorum pro tempore viventium ab illis reſpective conceſſa, itidem revocamus, & abolemus, ac revocata, & abolita eſſe, ac cenſeri debere volumus, & ſtatuimus. Declarantes illa nemini eorumdem Nepotum, ſive Conſanguineorum, vel Affinium à die noſtræ ad Summi Apoſtolatus apicem aſſumptionis ſuffragari poſſe, & debere, ſeu potuiſſe, ac debuiſſe.

Præſervat exemptiones certis perſonis de jure competentes, vel ex contractu oneroſo, cum Camera in Appaltibus conceſſ.

§.6. Per præmiſſa autem non intendimus revocare exemptiones, & immunitates quibuſcumque perſonis Eccleſiaſticis tàm Sæcularibus, quàm Regularibus de jure competentes, neque Theſaurariis, Appaltatoribus, & Conductoribus bonorum, introituum, & jurium dictæ Cameræ noſtræ ab ipſa Camera,

ONERA CAMERALIA.

vel aliis illius nomine in appaltuum, & locationum inſtrumentis, & illorum ratione ex contractu, tituloque verè oneroſo conceſſas.

Quoad Exemptionum revocationem.

Necnon exemptiones conceſſæ Cómunitatibus ex cótractu oneroſo, & ex cauſis declarandis.

§.7. Ac inſuper à revocationibus, & aliis ſupradictis excipimus, & exceptas eſſe volumus, & declaramus immunitates, & exemptiones quibuſvis Univerſitatibus, & perſonis datas, & conceſſas in vim contractus ex cauſa verè oneroſa, videlicet congruæ, & effectualis pecuniarum ſolutionis, & non aliàs eidem Cameræ Apoſtolicæ, vel ipſis Communitatibus legitimæ factæ, vel ex aliis rationabilibus cauſis per Nos cognoſcendis, & approbandis, ut infra, ac etiam declarandis; quas omnes cauſas oneroſas nonniſi legitimas, ac licitas, & honeſtas, prout de jure, approbare intendimus.

Formam reportandi declaratoriam exemptionis præſcribit.

§.8. Et propterea quicumque illas obtinent, eas in d. Camera citato dil. fil. ipſius Cameræ Commiſſario generali verificare, & in ipſa Camera examinari, & admitti facere teneantur, etiamſi conceſſiones earumdem immunitatum, & exemptionum, ac literæ, Cedulæ, Motus proprii, Chirographa, & aliæ Scripturæ deſuper emanatæ, & emanata, aliàs in Camera prædicta admiſſæ, & admiſſa, ac in illa, ejuſque libris regiſtratæ, & regiſtrata fuerint, & ſint: quatenus tamen cauſæ oneroſæ hujuſmodi pro verè oneroſis, & legitimis, ut ſupra, aliàs in eadem Camera verificatæ, & approbatæ, ac prævia judiciali diſcuſſione non ſint legitimæ habitæ, quo caſu ad indicationem tantùm, non autem ad aliam verificationem eoſdem obtinentes teneri volumus, interim verò, quandiù non fuerint verificatæ, minimè ſuffragari, & præſentis revocationis effectum retardare non poſſe declaramus.

Excipit Cardinales, Clericos Cam., & Familiares Papæ.

§.9. Præterea noſtræ intentionis non eſt ſub revocationibus, & aliis ſupradictis comprehendere immunitates, & exemptiones eiſdem S.R.E. Cardinal. ratione dignitatis Cardinalatus, necnon Cameræ prædict. Clericis præſident. aliiſque Cameralibus, qui in eadem Camera ſederunt, & ſedent, concedi, ſeu admitti ſolitas, nec illas, quibus Prælati, & Officiales Romanæ Curiæ, ac Prælati domeſtici, Cubicularii ſecreti, ac Secretarii, & alii Familiares, & continui commenſales noſtri, & Rom. Pont. pro tempore viventis, in rotulo deſcripti gaudent, & gaudere conſueverunt, neque illas ob numerum duodecim filiorum à præd. noſtris, & aliis, ſupra expreſſis conceſſas, quas tamen ad terminos Conſt. rec. me. Pii PP.IV. Præd. paritèr noſtri, quæ incipit, *Licèt fel. rec. Paulus &c.* cujus tenorem præſentibus pro plenè, & ſufficientèr expreſſo, ac de verbo ad verbum inſerto haberi, illamque exactè, & adamuſſim juxtà illius ſeriem, tenorem, & diſpoſitionem in omnibus, & per omnia ſervari debere volumus, & aliarum Conſtit. Apoſt. ſuper ſimilium exemptionum declaratione editarum, & ad illas tantùm, & pro tempore, & perſonis, ac eo modo, & forma, quibus de jure communi illis competunt, & aliàs juxtà ipſius juris communis, ac ſupradictarum, & aliarum Conſtitut. Apoſtol. diſpoſitionem reducimus; neque alitèr, quàm, ut præfertur, ſive in poſſeſſorio, ſive in petitorio ſuffragari volumus, & decernimus.

Necnon exêptos ob num. 12. filior.

Quas tamen Exemptiones ad terminos Conſt. Pii IV. reducit.

Injungit Miniſtris obſervantiam.

§.10. Cæterum Appaltatoribus, Theſaurariis, Depoſitariis, Commiſſariis, Executoribus, & cæteris Agentibus, & Miniſtris dictæ Cameræ, ac Communitatum, & Univerſitatum prædictarum earumdem ſerie præſentium diſtrictiùs inhibemus, ne contra ipſarum præſentium diſpoſitionem immunitates, & exemptiones, niſi, ut ſupra, exceptas, ac eas, quas ex cauſa verè oneroſa conceſſas in Camera prædicta, ut præfertur, admitti contigerit, ullatenus admittant, & ſi ſecus fecerint, id nemini eorum in ſuis computis, ſeu rationibus per eamdem Cameram admitti volumus, ſed eorum damno ceſſurum eſſe declaramus.

Lites ſuper præmiſſis advocat, & extinguit.

§.11. Poſtremò lites quaslibet occaſione privilegiorum, ac Indultorum, necnon immunitatum, & exemptionum hujuſmodi quomodolibet ſuſcitatas, & in quibuſvis Tribunalibus pendentes (illarum omnium, & ſingularum ſtatum, & merita, nominaque, & Cognomina Judicum, & Collitigantium quorumvis, etiam ſpeciali mentione dignorum, & alia etiam de neceſſitate ſpecialitèr exprimenda, præſentibus pro plenè, & ſufficientèr expreſſis habentes) à quibuſcumque Tribunalibus hujuſmodi ad Nos earumdem ſerie præſentium, avocamus, illaſque penitus, & omninò perpetuò ſupprimimus, & extinguimus, & pro ſuppreſſis, & extinctis haberi volumus, & declaramus, ac partibus perpetuum deſuper ſilentium imponimus.

Clauſulæ præſervativæ.

§.12. Decernentes præſentes literas, ac omnia, & ſingula in illis contenta, etiam ex eo quod quicumque in præmiſſis, ſive eorum aliqui intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes illis non conſenſerint, ac ad ea vocati, & auditi, ſeu cauſæ, propter quas ipſæ præſentes emanarunt adductæ, verificatæ, ſeu aliàs ſufficientèr, aut etiam ullatenus juſtificatæ non fuerint, aut ex alia quavis quantumlibet legitima, pia, juridica, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, occaſione, & capite, etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quorumvis intereſſe habentium conſenſus, aut alio quovis, quantumvis magno, ſubſtantiali, ac inexcogitato defectu, notari, impugnari, invalidari, reſtringi, retractari, in jus, vel controverſiam revocari, ſuſpendi, limitari, aut ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut impetrato, ſeu etiam Motu ſimili conceſſo, quempiam in Judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare poſſe, neque eaſdem præſentes ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium Conſtit., ac revocationum, & ordinationum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus, pro tempore quomodolibet factis, comprehendi, aut comprehenſas cenſeri, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas, ac etiam ſub poſteriori data, quatenus opus ſit, de novo conceſſas, perpe-

tuo-

tuoquè validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus,ad quos ſpectat, & quandocumque ſpectabit inviolabilitèr obſervari.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

§.13. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, etiam Cauſarum Palatii Apoſt. Auditores, ac ejuſdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & quoſvis Sedis, & Cameræ prædictarum Officiales, & Miniſtros, & alios quoſcumque quavis auctoritate, & poteſtate fungentes, nunc, & pro tempore exiſtentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis alitèr judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum. & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari.

Executorum deputatio.

§.14. Quocirca dil. fil. noſtro, ac S.R.E. prædictæ Camerario, ſeu Pro-Camerario, necnon Vice-Camerario, Theſaurario, ac Clericis Præſidentibus, Commiſſario, & aliis Cameræ prædictæ Officialibus, ad quos ſpectat, præcipimus, & mandamus, ut præſentem noſtram Conſtitution., & in ea contenta quæcunque in omnibus, & ſingulis firmitèr, & inviolabilitèr obſervent, & faciant ab aliis obſervari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.15. Non obſtan.ſupradictar. litium pendentia, aliiſque omnibus, & ſingulis præmiſſis, necnon noſtra, & Cancellariæ Apoſt. Regula *De jure quæſito non tollendo*, ac quatenus opus ſit, prædicti Pii Prædec. de gratiis qualecunque intereſſe d. Cam. concernentibus, in eadem Camer. præſentandis, & regiſtrandis, itaut præſentes in ea præſentari, aut regiſtrari nunquam neceſſe ſit,aliiſque Apoſt., ac in univerſalibus, provincialibuſque Concilis editis, generalibus, vel ſpecialibus Conſt., & Ordin., necnon quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſt., vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Conſuetud., etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, Conceſſionibus, Immunitatib., Exemptionib., Chirograph., Cedulis Motuum proprior., & aliis Scripturis, & Lit. etiam Apoſt. prædictis, & quibuſvis aliis etiam, ut præfertur, qualificatis, & ſpeciali nota, & mentione dignis, etiamſi nominatim eſſent exprimendi, ſub quibuſcunque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis Clauſulis, ac irritantibus, & aliis Decretis, etiam inexcogitabilibus, & neceſſariò exprimendis,etiam contractus jurati cum Cam.noſtra Apoſt. initi, & Camerali obligatione vallati, & quovis alio robore, & cautela firmatis, editis, ſeu factis, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, & pluries innovatis: Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi in eis caveatur expreſsè, quod nullo unquam tempore, ſub ſimilium, vel diſſimilium exemptionum, & immunitatum revocationibus, abrogationibus, annullationibus, & aliis quibuſlibet contrariis diſpoſitionibus, & Conſtit. pro tempore edendis comprehendantur, ſed ſemper ab illis excepta, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, eumque validiſſium ſtatum reſtituta, repoſita, & reintegrata, ac etiam ſub poſteriori data per quaſcunque perſonas eligendas de novo conceſſa ſint, & eſſe cenſeantur, necnon pro ſufficienti eorum derogatione, de illis, eorunque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per Clauſulas Generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio facienda, aut alià exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, formas, & occaſiones præſentibus, pro plenè, & ſufficientè expreſſis, inſertis, ac ſervatis, reſpectivè habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialitèr, & expreſsè derogamus,ac derogatum eſſe volumus,cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Publicari mandat.

§.16. Ut autem eædem præſentes literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, & auctoritate Apoſtolica decernimus, illas ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolor., & Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Curſoribus noſtris publicari, ac illarum exempla ibidem affixa relinqui, quæ ſic publicatæ omnes, & ſingulos, quos concernunt, perinde afficiant, & arctent, acſi illorum unicuique perſonaliter notificatæ, & intimatæ fuiſſent.

Tranſumptorum fides.

§.17. Utque earundem præſentium tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in Eccl. dignitate conſtitutæ munitis, eadem fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S.M.Majorem die 5. Novembris 1691. Pont. An. I. Dat.

Perquirendi loca immunia Facultas.

Perquirendi loca immunia Facultas.

CXCVII. CONSTITUT.

VEN. SERVI DEI

INNOCENTII PP. XI.

CHIROGRAFO

Con cui ſi concedono all'Eminentiſs. Sig. Cardinal Prefetto della Sagra Congregazione del Buon Governo le facoltà di perquirere, e di far viſitare (coll'aſſiſtenza di Perſona Eccleſiaſt.) i luoghi immuni per rinvenir le Fraudi.

Plura Chirographa deputationum Judicum cum ſimili facultate perquirendi Loca Immunia habes penes acta Antamori Secr. Cam. hodie Franciſchini, & ſignantèr unum d. Ven. Ser. Dei expedit. die 27. Novembr. 1682. & reg. pag. 66. & alterum S. Me. Clem. XI. expedit. favore Jo: Angeli Belloni Appaltatoris Generalis Tabacci pro perquiſitionibus faciendis in Civitate Peruſiæ ſub die 15. Julii 1715., reg. in lib. diverſ. d. an. pag. 97.

Ed. an. Dom. 1682. die 27. Nov. ex act. Antamori hodie Franciſchini Secret. Cam. in lib. Sig. pag. 66.

Reve.

REFORMATIO IMMODERATOR. SUMPTUUM

Reverendiſs. Card. Alderano Cibo Prefetto della Sagr. Congr. del Buon Governo.

Cauſa del preſente Chirografo.

VOlendo, che opportunamente ſi proveda alle fraudi, che ſi commettono in pregiudizio dell' Impoſizioni, Gabelle, & altri dritti Camerali amminiſtrati, e ſpettanti alle Communità del noſtro Stato Eccleſiaſtico.

Il Papa concede al Sign. Card. Prefet. della S. C. del B. G. la facoltà di far ricercare i luoghi immuni (con l'aſſiſtẽza di perſona Eccleſ.) per rinvenir le fraudi.

§.1. Diamo piena, & ampla facoltà à voi, che per rinvenire le dette fraudi, che ſi commettono in pregiudizio delle Gabelle, & Appalti ſudetti, poſſiate non ſolo fare perquiſizioni in qualunque luoghi, nelli quali ſi trovaſſero robbe in fraude dell'Impoſizioni ſudette, mà poſſiate ancora far viſitare (coll'aſſiſtenza però di qualche perſona Eccleſiaſtica, e non altrimenti) Molini, e tutti i luoghi immuni, tanto de Secolari, quanto de Regolari, & altri qualſivoglia privilegiati, benchè per comprenderli aveſſero biſogno di ſpeciale, & individua menzione, ed in quelli fare tutte le diligenze, & azzioni, che per l'effetto di rinvenire le dd. fraudi ſi ſtimaſſero neceſſarie, & opportune ſenz'altra licenza degl'Ordinarj, Superiori, Giudici, e Protettori de'ſudetti luoghi, da viſitarſi, come ſopra.

E di deputare, e ſuddelegar altri per tal effetto.

§.2. E di deputare, e ſuddelegare per l'effetto medeſimo una, ò più Perſone Eccleſiaſtiche in ogni luogo, e dove vi parrà eſſer di biſogno, poiche tale è mente, e volontà noſtra eſpreſſa.

Clauſole preſervative.

§.3. Volendo, e decretando, che il preſente noſtro Chirografo ammeſſo, e regiſtrato in Camera, ſecondo che ſi diſpone dalla Bolla di Pio IV. *De regiſtrandis*, ſia valido, & eſeguibile colla ſola noſtra ſottoſcrizzione.

Clauſ. derogatorie.

§.4. Non oſtanti qualſivoglia Coſtit., & Ordinaz. Apoſt. noſtre, e de'noſtri Predeceſ., Concilj, Leggi, tanto Civili, quanto Canoniche, Statuti, Privilegj, Stili, Conſuetudini, e tutte, e ſingole altre coſe, le quali faceſſero, ò poteſſero fare in contrario, alle quali tutte, avendo il loro tenore qui per eſpreſſo, e di parola in parola inſerto, per queſta volta ſola, e per l'effetto ſud. eſpreſſamente deroghiamo.

Data.

Dato dal noſtro Palazzo Apoſt. di Monte Cavallo. Queſto dì 27. Novembre 1682.

Innocentius PP. XI.

Reformatio Immoderator. ſumptuum.

CXCVIII. CONSTITUT.

SIXTI PP. V.

Reformatio immoderator. ſumptuum, qui in Urbe fieri conſueverunt circa Veſtes, Dotes, Ornamenta, Indumenta, & Convivia.

Pro moderatione luxus in Statu Eccleſ. de Ordine SS. D. N. Clemen. PP. XII. Edictum publicavit ſub die 30. Octobris 1730. Emin. Card. Camer., cujus tenorem referam in alio volum.

SIXTUS PAPA V.

Ed. an. Dom. 1586. die 25. Dec. in ejus bullar. l. a 53. p. 1. pag. 184.

Motu proprio &c.

Exordium.

Cauſa hujus Conſtit.

CUM in unaquaque benè, & rectè inſtituta Republica, & Civitate ſoleat ſumptibus civium, & privatorum hominum moderatio aliqua adhiberi, idque non ſolùm redundet in utilitatem ſingularum perſonarum, & familiarum, ne hac de cauſa imminuto patrimonio, ſive re familiari abſumpta, ad paupertatem redigantur, & plurima exindè damna, & pericula proveniant, ſed etiam ad univerſam Rempublicam pertineat, cujus intereſt Cives habere locupletes, & ne privati, rebus ſuis malè utantur, præcipuè hoc ipſum obſervandum eſt in hac alma Urbe noſtra, ex qua tanquam ex communi omnium patria, frugalitatis, modeſtiæ, ac bonorum morum exempla ad exteros manare convenit, ut quæ tot donis, ac prærogativis excellit, eadem optimis inſtitutis, legibus, & conſuetudinibus ſit temperata; ſicuti jam inde à priſcis etiam florentis Reipublicæ ſæculis, mox Imperatorum, ac deinde poſterioribus Rom. Pont., præſertim fel. rec. Clem. VII., Pii IV., & Pii V. Prædec. noſtrorum temporibus; in eadem Urbe Roma complures leges, ac ſtatuta de ſumptibus immoderatis coercendis, ſalubriter edita fuerunt.

Clem. VII., & alii Pont. Conſtit. fecerunt pro moderandis ſumptibus.

Quæ tractu temporis inobſervata remanſerunt.

§.1. Quæ cum ſucceſſu temporum minimè fuerint obſervata, & hac etiam tempeſtate, tum in conſtituendis dotibus puellarum, quæ in matrimonium collocantur, tum in ſupervacaneis plerumque, & minimè decentibus ornamentis, tam circa mundum muliebrem, quàm circa indumenta etiam virorum, tum in conviviis, & aliis hujuſmodi rebus ſuperflui, ac pro modo facultatum exceſſivi ſumptus fiant.

Hic Pont. juſſit Conſervat. Pop. Rom., ut reformationes facerent, circa ſũptus, & illi hanc Reform. fecerunt, & Papæ dederunt.

§.2. Idcircò pro eo, quem gerimus erga eandem noſtram Civitatem, illiuſque populum paternæ dilectionis affectu, in primis Nobis cordi fuit, hujuſmodi abuſus, antequam latiùs ſerpant, de medio tollere, & exemplo noſtrorum hujuſmodi Prædec., ſimilibus remediis uti: Ideoque dil. fil. Cam. ejuſdem Urbis, ac Pop. Rom. Conſervatorib., & Magiſtratui commiſimus, & mandavimus, ut ad moderandos ſumptus hujuſmodi, opportunas conficerent reformationes; qui mandato noſtro parentes, unà cum Civibus aliquot ex unaquaque d. Urbis Regione ad id deputatis, eas præſentium temporum conditioni, & moribus accommodatas compoſuerunt, ac poſtea tam à Magiſtratu, quàm à deputatis prædict. ſubſcriptas, Nobis præſentarunt.

Qui Congr. ſuper eiſdem reviden. conſtituit, qui illas in melius redigerunt.

§.3. Nos verò cupientes rem ipſam accuratè, & debita circumſpectione abſolvi: Dil. filiis noſtris Julio Antonio S. Bartholomæi in Inſula S. Severinæ, necnon Scipioni S. Simeonis Lancellotto, ac Henrico S. Pudentianæ Cajetano, mox iſtis duobus, ultimo dictis abſentibus, Hippolyto S. Pancratii Aldobrandino, ac noviſſimè Antonio Mariæ Salviato S. Mariæ in Aquiro, tit. Presbyt. Card. nuncup., dedimus in mandatis, ut eaſdem reformationes diligenter reviderent, & examinarent: qui poſtmodum convocatis dicto Magiſtratu, quatuor Prælatis utriuſque Signaturæ no-

noſtræ Referendariis Rom., & ſeptem ex dictis per ſingulas regiones deputatis, ſæpius inſimul hac de cauſa reſpectivè congregati, eiſdem reformationibus diligentèr excuſſis, ac ſigillatim examinatis, alia emendarunt, alia explanaverunt, nonnulla addiderunt, eaſque in meliorem ordinem redactas, Nobis exhibuerunt.

Eædemque, reformat. in publ. Conſil. Pop. Rom. fuerunt lectæ.

§.4. Ac demum cum hujuſmodi reformationes in privato, publicoque conſilio ejuſdem Populi propoſitæ nuper, & perlectæ fuerint.

Confirmat modò idem Pont. dd. Reformationes.

§.5. Nos cupientes illas inviolatè obſervari; motu &c. ſimili, & ex certa noſtra ſcientia, reformationes ipſas, prout inferius deſcriptæ ſunt, cum omnibus, & quibuſcunque in eis contentis, auctoritate Apoſt. perpetuò approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, eaſque præſentis ſcripti patrocinio communimus; omneſque, & ſingulos juris, facti, & ſolemnitatum, etiam ſubſtantialium in eis forſan omiſſarum defectus, ſi qui intervenerint, ſupplemus, & pro illarum ſubſiſtentia firmiori, quæcunque in prædictis reformationibus continentur, de novo eadem auctoritate perpetuò ſtatuimus, & ordinamus, ac omnes, & quaſcunque perſonas utriuſque ſexus, cujuſvis ſtatus, gradus, conditionis, & præeminentiæ fuerint, in eadem Urbe habitantes, etiam advenas, & Curiales, ad earundem reformationum obſervationem teneri, & illis omnino obligari decernimus, & declaramus.

Et omnes ad illarum obſervantiam aſtringit.

Executores Reformationũ deputat, & juriſdictionem eiſdem concedit.

§.6. Necnon Dil. Fil. ejuſdem Urbis Gubernatori, & Senatori, ac Conſervatoribus prædictis nunc, & pro tempore exiſtentibus, in ſolidum diſtrictè præcipiendo mandamus, ut tam Gubernator, & Senator prædicti, & eorum quilibet, quàm etiam ipſi Conſervatores curent, & faciant reformationes hujuſmodi perpetuò, & inviolabilitèr obſervari, & ad illarum executionem, etiam quo ad pœnas fine ulla ſpe remiſſionis, procedi.

Contravenientes denunciari mandat.

§.7. Volentes nihilominus, ut cujuſvis Curiæ, aut Tribunalis dictæ Urbis executores, quaſcunque utriuſque ſexus perſonas, quas hujuſmodi reformationibus contravenire deprehenderint notare, ac dd. Judicibus deferre, & denunciare teneantur.

Clauſul. præſervativas appoſuit.

§.8. Necnon decernimus, quod hujuſmodi noſtri Motus proprii ſola ſignatura ſufficiat, iiſque etiam non regiſtratis, in judicio, & extra illud plenam fidem faciat, regula contraria non obſtante. Et quod inferius deſcriptis reformationibus, ac præſenti noſtro Motu proprio, ac diſpoſitioni etiam per Nos, & Succeſs. noſtros nunquam ſufficienter derogatum cenſeatur, niſi prius accedente expreſſo conſenſu eorundem Conſervatorum pro tempore exiſtentium. & ipſius Populi in Conſilio publico congregati, ac deinde in publica Signatura noſtra propoſita per aliquem Referendarium ſupplicatione, cum hujuſmodi noſtri Motus proprii inſertione, per ſupplicationem, aut alium Motum proprium, noſtra, ſeu Romani Pontificis pro tempore exiſtentis manu ſignatum, derogatio fuerit conceſſa.

Mandat imprimi, & regiſtrari in vol. ſtatutorum.

§.9. Et quod idem Motus proprius, unà cum dictis Reformationibus manu ſcriptus, ſive impreſſus reponatur, & perpetuò retineatur poſt libros Statutorum Urbis, inter aliàs ejuſdem Urbis, & Cameræ Populi Romani reformationes, privilegia, & indulta, quæ in eorum proprio volumine continentur.

REFORMATIO IMMODERATOR. SUMPTUUM

Tranſumptorum fides.

§.10. Quodque ejuſdem Motus proprii, & reformationum tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Gubernatoris, aut Senatoris, vel Conſervatorum prædictorum, vel alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſt. conſtitutæ munitis, eadem fides adhibeatur in judicio, & extra, quæ ipſis originalibus hujuſmodi adhiberetur, ſi forent exhibita, vel oſtenſa.

Forma, & effectus public. hujus Conſt. Quam publ. vide hìc in fine Reformationis.

§.11. Ac quod in Palatii Capitolini Conſervatorum eorundem, ac Audientiæ cauſar. Palatii Apoſt. valvis, & in acie Campi Floræ, dimiſſis inibi copiis, affixæ, omnes, & ſingulos ita afficiant, & arctent, acſi illis perſonalitèr intimatæ fuiſſent.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

§.12. Sicque in præmiſſis, & infraſcriptis omnibus, & ſingulis, per quoſcunque Judices, & Commiſſarios, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & diffiniri debere; Irritumque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate, ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.13. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, aliiſque dictæ Urbis reformationibus, Statutis, Conſuetud., etiam noviſſimè editis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, Indultis, & Lit. Apoſtolicis, eiſdem Conſervatoribus, & aliis Magiſtratibus, Populo, Civibus, & Incolis, aut cæteris perſonis in genere, vel in ſpecie, quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis: Quibus omnibus, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, cæteriſq; contrariis quibuſcunque.

Fiat Motu Proprio F.

Datum Romæ apud S. Marcum decimo Kal. Jan. An. II. Dat.

Sequitur tenor dictæ Reformationis.

Riforma del Veſtire, delle Doti, e d'altre ſpeſe da oſſervarſi in queſta Alma Città di Roma, da ciaſcuna perſona di qualſivoglia Stato, Grado, Condizione, ò preeminenza ſi ſia, fatta per ordine di Noſtro Signore dalla Congregazione de' Deputati da Sua Santità.

Modo da oſſervarſi nel Veſtir degl'Vomini.

Moderatio circa veſtes virorum.

IN PRIMIS non ſia lecito di portar nelle Berrette, ò Cappelli medaglie, ne gioje, ne perle, ne vere, ne falſe, ne puntali, ne roſette, ne altro ornamento d'oro, ò d'argento, ne buono, ne falſo, ne piume, ne pennacchi, ne ricami, ne ſmalti, eccetto un cordone di velo, ò di ſeta intorno.

Item

REFORMATIO IMMODERATOR. SUMPTUUM

Item non ſia lecito di portar Collane al' collo, ſe non à i Cavalieri di alcun'ordine militare, ò altri fatti da Principi, per portare la Croce, ò medaglia.

Item noo ſia lecito di portar Camiſcie lavorate d'oro, ò d'argento.

Item non ſia lecito di portar Giubbone con altra guarnizione, eccetto, che con imbottitura di ſeta ſemplice, diſteſa per traverſo, ò per lungo ſenz'altro lavoro, e ſi poſſa trinciare con taffettà ſotto.

Item non ſia lecito in ſajo, caſacca, colletto, ò ſimile ſorte di veſtimenti di panno, ò di drappo, mettere altra guarnizione, che una banda intorno alli buſti, maniche, e falde di drappo non proibito, larga al più un terzo di palmo per di fuori, ò dentro, ovvero un rivetto, ò paſſamano. ò frangetta, ò trina di ſeta mezzo dito larga intorno all'eſtremità, la qual banda non poſſa aver più di ſei imbottiture, e ſi poſſa compartire in tre liſte, ò rivetti, al più con due imbottiture per ciaſcuno, con le moſtre di ermeſino, ò taffettà, ne ſia lecito di portar bottoni, ne puntali d'oro, ne d'argento, oe di gioje, ne di perle vere, ne falſe, oe ſi poſſa foderare di altro drappo, che di taffettà ſcluetto, e non ſi poſſa mettere drappo ſopra drappo, eccetto, che taffettà, ò ermeſino oell' eſtremità.

Dichiarando, che li drappi proibiti s'intendaoo tutti quelli, ne'quali entri oro, ò argento buono, ò falſo, e tanto teſſuti, quanto non teſſuti.

Item non ſia lecito di portar nella cappa altra guarnizione, che una banda intorno di dentro, ò di fuori di drappo non proibito larga mezzo palmo al più, nella quale oon ſi poſſano fare più di ſei imbottiture, con un paſſamano, ò frangetta, ò trina intorno alla eſtremità, la qual banda poſſa compartirſi in due, ò tre liſte, ò rivetti con due imbottiture per ciaſcheduna, e la cappa, cappotto, tabarro, ò ferrajolo, non poſſano eſſere foderati d'altro, che di roverſo, ò taffettà, ò di pelli non proibite, le quali pelle proibite s'intendano zebellini, lupi cervieri, armellini, e martore, eccettuata la cappa, la quale poſſa eſſer foderata di velluto ſenz'altra guarnizione.

Item non ſia lecito uſare Calzoni, ò coſciali di drappi proibiti, ne in quelli oro, ò argeoto buono, ò falſo, ne ricamo, ò intaglio di ſorte alcuna, ne diſegno di ricamo; ma poſſano uſarli li Coſciali con trioci di drappo, non proibito, ſchietti ſenza ſorte di alcun'altro ornamento, che della fodera di tutto il Coſciale di raſo, dobletto, teletta, ermeſino, ò taffettà, e coſi li Coſciali di drappo non proibito, purche non ſia ſeta, ſopra ſeta.

Item nelle calzette di ſeta, ò ligacci, noo ſi poſſa portare oro, ò argento vero, ne falſo.

Item non ſia lecito nelle ſcarpe di velluto portare trapuntatura di ſeta di altro colore, che quello delle ſcarpe, ne farvi altra ſorte di ornamento.

Item le cinte delle ſpade non ſi poſſano portare, ſe non di corame, ò di velluto ſenza ricamo, e ſenza oro, ò argento vero, ò falſo; ne ſmalto, ma poſſano ben le fibbie eſſer indorate, ò inargentate, e ſimilmente le guarnizioni delle ſpade.

Item, perche non ſolo nel veſtir delle proprie perſone, ma aocora nelle livree de i Servidori, & ornamenti de'cavalli ſi eccede in molte ſpeſe, per queſto ſi proibiſce il veſtir Servidori, ſtaffieri, ò paggi di caſacca, ſajo, colletto, giubbone, cappotto, coſcrali, calzoni di qualſivoglia drappo di ſeta, ma ſe li poſſa permettere una banda di drappo, overo al più due bande di drappo, che non eccedano un terzo di palmo intorno alla cappa, cappotto, caſacca, ſajo, colletto, ò calzoni, con una trina, ò paſſamano ſchietto ſenz'altro ornamento. E ſi proibiſce in oltre, che non ſi poſſano veſtire di livrea più di quattro perſone, trà Servidori, e paggi.

Item non ſia lecito di portare gualdrappa, ò coperta di velluto, ne di panno, che ſia guarnita di velluto, eccetto, che d'una frangia, ò trina di ſeta nell'eſtremità.

Item oelle ſelle di velluto non ſi poſſa portare guarnimento d'oro, ò d'argento vero, ò falſo, nè ricamo, eccetto frange, trine, ò paſſamani di ſeta del medeſimo colore.

Item non poſſano portare finimenti di cavalli, ſe non di corame, ſenza fiocco di ſorte alcuna, ne manco miniati d'oro, ò d'argeoto, non proibendo, che le fibbie, borchie, briglie, ſproni, ò ſtaffe, poſſano eſſere indorate, ò inargentate.

Modo da oſſervarſi nel Veſtir delle Donne, e prima dell'Abito delle Spoſe.

Moderatio circa veſtes ſponſarum.

NON SIA lecito alle Spoſe di portare in teſta, ne ciuffi, ne fiori veri, ne artificioſi, oe ricci finti, oe piume, ne pennacchi, ne magnoſelle, ne altra ſimil portatura alta; mà debbano portar la tela, ò panno liſtato, che arrivi alla fronte al principio de i capelli, ancorche vadano in cocchio.

Item non poſſano portare altri ornamenti in teſta, che perle ad oncia, & una fronzetta di gioje, e perle, che non ecceda il valor di ottan ta ſcudi.

Item non poſſano portare pendenti da orecchia con gioje, eccetto, che con perle, ò d'oro ſmaltato.

Item non poſſano portare camiſcie, colletti, ne altre coſe lavorate d'oro, ò d'argento, eccetto li fazzoletti.

Item non poſſano portare guanti profumati, mà ſolamente lavati d'Acque odorifere.

Item non poſſano portare più d'uno, ovvero due anella nelle dita, che ambidue non paſſino il valore di 150. ſcudi.

Item non poſſano portare maniglie alle braccia ornate di perle, camei, ò qualſivoglia altra ſorte di gioje.

Item non poſſano portare cannacche, ne corone di profumo', ne d'altra ſorte al collo, ne traverſo le ſpalle, ne alcuna ſorte di banda, eccetto, che al collo un vezzo di perle di un filo ſolo, il cui prezzo non paſſi ſcudi trecento, ò ca-

Digitized by Google

ò catena d'oro ſenza gioje, che non ecceda il valore di 70. ſcudi.

Item non poſſano portare cintura con gioje, ò con perle, ne che la fattura ecceda 30. ſcudi.

Item nelle veſte, o zimarre di drappo non poſſano portare altra guarnizione d'oro, o d'argento vero, ò falſo, larga più di un dito, tanto nelli buſti, quanto nella eſtremità, ne poſſano eſſer veſte, ne zimarre trinciate, ne ricamate, e ſimilmente non poſſano portare pianelle con paſſamano d'oro, o d'argento vero, o falſo.

Item non poſſano farſi, ne portare più di una veſte d'oro, o d'argento ſemplice, ſchietto, non trinciata, ne ricamata, e ſenza guarnizione, eccetto, che di una piſtagna diſteſa, o trina larga mezzo dito al più nella eſtremità.

Item non poſſano portare la veſte con ſtraſcino, che paſſi un palmo.

Item non poſſano portare ſottane d'oro, o d'argento, ne dove ſia in qualſivoglia modo oro, ò argento vero, o falſo, o ſorte alcuna di guarnizione, eccetto una, o due liſte, o una trina di ſeta, larga al più mezzo dito al buſto, maniche, & eſtremità.

Item nelle veſte non poſſano portare roſette, bottoni, o puntali d'oro, ne d'argento, ne gioje, ne perle vere, o falſe, o ſmalto.

Item non poſſano portare veſte, zimarre, traverſe, panni da teſta, o qualſivoglia altra ſorte di rete, eccetto ſcuffie, colletti, e panni da ſpalle.

Item non poſſano portare berretta, mà ſolamente il cappello con un paſſamano, o trina d'oro, o d'argento intorno, ſenza piume, o ricamo, e ſenza puntali, roſette, medaglie, o gioje vere, o falſe.

Item non poſſano portare veli, o buratti traſparenti ſenz'altra veſte di ſotto.

Item non poſſano andare in maniche di camiſcie per Roma, ne à piedi, ne in cocchio.

Dichiarando, che l'eſſer Spoſa s'intenda per due anni dal giorno, che ſarà andata à Marito, e non più, per tutto il qual tempo poſſa portare li ſopradetti ornamenti, il quale paſſato ſia obligata di metterſi in panni.

Item, che tutto quello, che è proibito alle Spoſe, s'intenda ancora eſſer proibito alle Zitelle di qualſivoglia età, alle quali in oltre ſi proibiſcono ancora le gioje vere, o falſe, le veſte d'oro, o d'argento vero, o falſo, ricami, & intagli.

Dell'Abito delle Maritate, meſſe in panni.

Moderatio circa veſtes Mulierum conjugatarũ.

Vectigalium ob Exactorum iujurias, & extorſiones multa gravamina inferuntur Subditis Stat.Eccl. Conſt..124. §.5. pag217.

VECTIGALIA IN SPECIE.

Carnis. vid. a Conſt.133. cum pluribus ſeqq. p.234., & vid. *Carnis Vectigal*.
Cinciorum, Carniciorum, & Gallarum indixit Sixtus V., & ſuppreſſit Clemens VIII. Conſt.124. §.25. pag.220., & vid. *Cincii*.
Damnorum Datorum indixit Sixt. V. Conſtitut.147. pag.255. Illudq; ſuppreſſit Clem.VIII., ac Communitat. ſubrogavit in illorum exactione. Conſtitut.124. §.9., & §.20. pag.218., & ſeq., & vid. *Damna data*.
Frumenti, Bladorum, & Leguminum pro extractione. vid. Conſt.150. p.264., & vid. *Frumentum*.
Macinatus. vid. a Conſt.154. cum ſeqq. pag.268., & vid. *Macinatus Vectigal*.
Olei pro extractione. Conſt.151. §.1. pag.265., & vid. *Oleum*.
Super Pellibus Pilosis. vid. *Pelles Piloſæ*.
Recentiora Vectigalia a Sixt.V. indicta, ſuppreſſit Clemens VIII. Conſt.124. pag.217.
Rubæ, Guadi, & Ovor. extractionis Vectig. Conſt.124. §.3. pag.217., & vid. *Ruba*.
Saponis. Conſt.143. §.6. pag.251.
Sigilli ponderum, & menſurarum a Sixt.V. indict. in Conſt.124. §.2. pag.217.
Vini, & Vini minutatim vendendi, vid. *Vini Vectigal*.
Uvæ ſuper qualibet Salma impoſitum extinxit Benedict. XIII. Conſt.164. §.3. p.278. vid. *Uva*.

VENDITIO.

Venditio facta in præjudicium fidæ eſt oulla. Conſtit.9. §.10. pag.14.
Venditio Locorum Juriſdictonalium, eorumque Territoriorum io forenſes prohibuit Urb.VIII. Conſtit.14. §.6., & 8. pag.19.

VENDITORES.

Venditores Candelarum. vid. *Candelæ*.
Fructuum. vid. *Fructus*.
Olei. vid. *Oleum*.
Piscium. vid. *Piſces*.

VERBA IN PARTICULARI.

A Fondaco, E Magazzeno, vid. io Conſt.195. §.3. p.320., & Conſt.196. §.4. pag.323.
Anchoragio. Conſt.170. in concord., & §.6. pag.286.
Foglietta. Taxa Fogliettæ ſolven. a Barchis vino onuſtis iu ingreſſu Oris Tyberis. vid. Conſt.170. §.6. pag.287.
Foglietta, ſive Vini mioutatim vendendi Vectigal. vid. Conſt.183. pag.304.
Sale a Oro. Mons nuncupatus. vid. Conſtit.185. in narrativa. pag.309.

VESTES.

Circa *Veſtes* Virorum, Sponſarum, Mulierum Conjugata-

Digitized by Google

jugatarum, & Viduarum Pragmaticam, ſive Reformationem immoderator. ſumptuum edidit Sixt. V. Conſt. 198. p. 326. vid. poſt eamd.

VIA FLAMINIA.

Viæ Flaminiæ reaptationem Clem. XI. commiſit Em. Card. Imperiali Præf. S. Congregat. Bo. Regim. Conſt. 181. in princip. p. 302., & Conſtit. 182. in princip. pag. 302.

Et pro hujuſmodi reaptatione indixit taxam ſc. 25. mil. d. Conſt. 181. pag. 302.

Ac illam repartiri mandavit omnibus Communit. Stat. Eccl. ibid. §. 2.

Quodq; ad illius contributionem omnes, etiam privilegiatiſsimi concurrerent, decrevit. ibid.

Attribuitque d. Emo occaſione Viſitationis facultatem faciendi repartimentum. d. Conſtit. 181. §. 2. pag. 302.

Pro manutentione ejuſdem *Viæ Flaminiæ* Congregatio Particularis reſolvit, omnes poſſeſſores bonorum eidem Viæ adjacentium teneri ad expurgationem fovearum. Conſtitut. 182. in princip. pag. 302.

Dictamque reſolutionem approbavit, & confirmavit Clem. XI. ibid. §. 1. pag. 303.

Mandavitque Præſidi Viarum, ut hac in re privativè procederet. ibid.

Cum facultate cogendi ad contributionem quoſcumque etiam privilegiatiſſimos tam Sæculares, quàm Eccleſiaſt., Card., Cler. Cam., XI. Cong., Equites Hieroſolymitanos, ac Patres Societat. Jeſu. d. Conſt. 182. §. 1. pag. 303.

Necnon procedendi *Manu Regia*, & appellatione remota. ibid. §. 2.

Omnia tamen agendi cum intelligentia d. Cardin. Imperialis. ibid.

VIÆ PUBLICÆ.

Viæ ex inundationibus, & aliis accidentibus dirutæ non fuerunt comprehenſæ in Appaltu Generali Viar. Conſt. 179. §. 7. pag. 300.

Viarum, & Pontium, per quas, & quos tranſit Tirata Barcharum ab Hoſtia ad Urbem refectio, ad quem pertineat. Conſt. 170. §. 15. p. 288.

Viarum Publicarum pro conſtructione, & reſtauratione Commiſſarium deputavit Sixt. V. Conſtitut. 36. pag. 58.

V I Æ
QUOAD REGIMEN.

Pro Viis publ. curandis Congreg. S. R. E. Cardd. inſtituit Sixt. V. Conſt. 35. pag. 58.

Viarum publ. ſuper reſtauratione, ac conſervatione Commiſſarium deputavit Sixt. V. Conſt. 36. p. 58.

VIARUM TAXÆ.

Vid. etiam *Via Flaminia*.

Ad Taxæ Viarum contributionem omnes, etiam Privilegiatiſsimos, & Clericos Cameræ, & Camerales teneri reſolvit Congreg. Particularis. in Conſtit. 179. §. 1. pag. 299.

Dictamq; reſolutionē approbavit V. S. D. Inn. XI. ib.

Appaltum generalem *Viarum* diſtrictus Urbis fieri ad longum tempus inter cætera reſolvit Congr. Viarum. d. Conſt. 179. §. 4. pag. 299.

Dictumque modum approbavit idem V. S. D. Innocent. XI. ibid.

Eundemque Appaltum dari juſſit certis modo, & forma Eq: Fontanæ, & Ferellio pro annis 25. d. Conſt. 179. §. 6. pag. 300.

Ab eodem excipiendo *Vias* ex inundationibus, vel aliis ex accidentibus dirutas. §. 7. ibid.

Necnon Pontes, ſub quibus Tyber, & Tyberonus pertranſeunt. ibid.

Attribuitque dd. Appaltatoribus facultatem repartiendi taxam ſuper omnibus Civitatibus, & locis, ac poſſeſſoribus Caſalium, & Bonorum. d. Conſtit. 179. §. 8. pag. 300.

Omneſque exemptos teneri ad illius ſolutionem, ac etiam Cardinales, Patentatos S. Officii, XI. Congreg., Patres Societatis Jeſu, Milites Hieroſolymitanos, Fabricam S. Petri, & quoſcumque alios, etiam privilegiatiſſimos, etiam ex tit. oneroſo, decrevit. §. 9. ibid.

Non excluſis nec *Clericis Cam.*, aliiſque Cameralibus, & ipſa Camera Apoſt. ibid.

Cum facultate procedendi *manu Regia*, & more Camerali, ac non obſtante quavis inhibitione. §. 10. ibid.

Etiam per biennium poſt finitum appaltum. ibidem §. 11. pag. 301.

Ac appellatione remota. ibid. §. 11. pag. 301.

Facultatemque ſubappaltandi aliis, eiſdem appaltatoribus attribuit. ibid.

Quoad expurgationem fovearum *Viis* adjacentium modum præſcripſit. dicta Conſtitution. 179. §. 12. pag. 301.

A *Viarum* Taxis exemptiones quaſcumque revocavit Innoc. XII. Conſt. 180. §. 16. pag. 301., Conſtit. 196. §. 2. pag. 322., & Conſt. 195. §. 1. p. 319.

Ac à decretis pro ſolutione taxarum *Viarum*, etiam contra adminiſtratores factis, appellationem, & recurſum in ſuſpenſivo prohibuit. d. Conſtit. 180. §. 17. pag. 301.

Dictæ tamen taxæ ſolutionem triennio præſcriptam remanere decrevit. ibidem §. 18. pag. 302.

Quod declaravit. ibid.

V I A R U M
TRIBUNAL, PRÆSES, ET MAGISTRATUS.

Tribunali Præſidis, & Magiſtratus Viarum Juriſdictionem confirmavit, reformavit, ac conceſſit, reſpectivè Innoc. XII. Conſt. 203. in concord. p. 337.

Præſidis Viarum Facultates quoad expurgationem, & conſervationem fovearum adjacentium *Viis Conſularibus* extra diſtrictum Urbis etiam con. Eccleſiaſt. extendit ad triennium Clem. XI. ibid.

Ac ad alium triennium prorogavit. Conſ. 204. p. 337.

Ac ad alia duo triennia prorogavit Bened. XIII., ea tamen adjecta lege, ut executio ordinum, quoad Eccleſiaſt. committeretur locorum Ordinariis. Conſt. 205. §. 2. pag. 338.

Denique ad aliud triennium prorogavit SS. D. N. Clem. XII., derogando quoad executionem Ordinum cont. Eccleſiaſt. Chirogr. Bened. XIII. Conſt. 206. §. 1., & 3. pag. 339.

Præſidi Viarum Data fuit facultas privativè procedendi pro reaptatione Viæ Flaminiæ cum ſuperintendentia Em. Imperialis. Conſt. 182. §. 1. p. 303.

Ac *manu Regia*, & appellatione remota. §. 2. ibid.

VIGESIMA.

Vigeſimæ Unius Subſidium ſuper hebræis indixit Paulus III. Conſtitut. 117. §. 2. pag. 209. reliqua vid. *Subſidia in ſpecie*.

V I N U M.

Vinum Exterum in Civitatem Corneti introducere, & vendere Statut. prohibens confirmavit Pius II. Conſt. 207. pag. 339.

VINI VECTIGAL.

Vini Vectigalis Exemptionem privilegiatis ob numerum

rum 12. filiorum in Urbe reſtituit Benedict.XIII. Conſt.164. §.4. pag.278.
Eandemque exemptionem reſtituit habitantibus in Urbe pro vino recollecto in propriis bonis, pro uſu eorum familiæ. ibid.
Quas exemptiones declaravit. ibid.
Vini Minutatim vendendi Vectigal, vulgo *Foglietta*, indixerant in Urbe, Bononia, & aliis fortè locis Rom. Pontifices. in Conſt.183.§.3. pag.304.
Super *Vino* minutatim vendendo, ſive in domibus, ſive in Tabernis Vectigal unius quatreni pro quolibet *Foglietta* indixit in toto Statu Eccl. (Urbe, & Bononia tantùm exceptis) Sixt. V. Conſtitution.183. pag.304.
Dictumque Vectigal locavit pro ſcut.70100. Contut.184. §.3. pag.305.
Et cum d. annuo aſſignamento Montem Sixtum Vacabilem 5.mil.locorum cum emolumentis decem ſcut. pro quolibet loco erexit. §.4. ibid.
Sed dein. d. Vectigal extinxit idem Sixt. dict. Conſtit.184. §.9. pag.306.
Ac circa d. Montem Sixtum cum aſſignamento d. appaltus erecto, ac illius Creditoribus, providit. §.10., & ſeqq. ibid.
Summamque annuam ſcut. 34. mil. à Provinciis Status Eccleſiaſtici contribuendam in locum d. Vectigalis indixit.Conſt.184. §.13. pag.307.
Illiuſque repartitionem inter Provincias faciendam præſcripſit. ibid.
Tempuſque ſolutionis, & modum illam faciendi deſignavit. d. Conſt.184.§.14. pag.307.
Civitatibuſque, & locis facultatem attribuit dict. ſummam ſcut.34. mil., unicuique repartitam, exigendi à Cauponibus, & Tabernariis tantùm. §.18. ibid.
Vino Barchæ onuſtæ in ingreſſu oris Tyberis ſolvere debent taxam *Fogliettæ*. Conſt.170. §.6. p.287.

VISITATIO, ET VISITANDI JUS.

Viſitandi Omnes Communitates Status Eccleſ.,ac procedendi tàm judicialitèr, quàm extrajudicialitèr facultatem attribuit Emo Card. Imperiali Præf. S. Cong. Bo: Reg. deputato Clem.XI. Conſt.66. §.1. pag.109.
Necnon in actu Viſitationis alios Judices ſubdelegandi pro executione. ibid.
Ab ejus decretis factis in *Viſitatione* appellationem non dari decrevit. ibid.§.3. pag.110.
Reliqua vid. *Viſitatores*.

VISITATORES APOSTOLICI.

Viſitatores Apoſtolicos Pro exactione Subſidii Triennalis deputavit Paul.III., cum facultate etiam ineundi Compoſitiones, & Conventiones cum Communitatibus. Conſt.120.§.2. pag.214.
Dictæque Conventiones, & Compoſitiones approbatæ fuerunt per Succeſſores Pontifices. Conſtit.118. §.3. p.211., & Conſt.119. §.3. p.213.
R.P.D., nunc Emum Firrao deputavit Clemens XI. Viſitatorem Provinciæ Marchiæ Anconitanæ cum ampliſſimis facultatibus. Conſt.208. p.339.
R.P.D. Franciſcum de Pactis ad viſitanda quamplura loca Baronalia. Conſt.209. pag.341.
Ac R.P.D. Franciſcum Riccium pro viſitanda Civitate Albani. Conſt.210. pag.343.
A decretis factis à dd. Viſitatoribus Apoſtolicis non datur nec appellatio, nec recurſus, niſi in devolutivo ad S. Congr. B. R. d. Conſtitut.208. §.15. pag.341., Conſt.209. §.10. p.343., & Conſt.210. §.14. pag.344.
Nec attenduntur inhibitiones, quæ non ſint ſignatæ manu SSmi. ibid.

VITULI.

Vitulos Naſcituros in menſe Martii, Aprilis. & Maii, pro tertia parte ali mandavit Clemens VIII. Conſt.22. §.6. pag.40.

UMBRIA.

Umbriæ Provincia fuit expreſsè comprehenſa in impoſitione ſubſidii indicti pro munimine Urbis. Conſt.168. §.2. pag.285.
Umbriæ Provinciæ Communitates ſubrogatæ fuerunt in exactione etiam 2. julii Macinatus.Conſt.157. in Concord. pag.273., & Conſtitut.189. in narrativa. pag.312.

UNIVERSITAS.

Vid. *Communitas*.

URBANUS PP. VIII.

Quas Conſtitutiones, & quæ Chirographa ediderit: Quo nomine, & cognomine nuncupatus fuerit: quo, & quanto tempore ſederit. vid. in Indicibus ante Conſtitutiones.

URBINUM.

Urbini Status pro uno tantùm quadrante Vectigalis Carnis gravatus fuit.in Conſt.143.§.3. p.251.
Illumque extinxit V.S.D. Innoc.XI.§.5. ibid.
Urbini Status comprehenſus in impoſitione taxæ Triremium. Conſt.177. §.5. pag.295.
Ac Militum novæ levæ Ferrariæ. Conſtitut.187. §.4. pag.311.

URBS.

Vid. etiam *Roma*.
Urbi fuit excepta in impoſitione Vectigalis Vini minutatim vendendi, indicta a Sixto V. Conſtitut.183. pag.304.
Item in Vectigali Damnorum datorum.Conſt.147. §.11. pag.257.
Necnon in impoſitione primi julii Macinatus.Conſtit.154. §.1. pag.269.
Sed dein.primi, & ſecundi julii indictiones ad ejus diſtrictum fuerunt extenſæ. Conſtitut. 158. §.2. pag.274.
Reliqua. vid. *Macinatus Vectigal*.
Urbis Dohana. vid. *Dohana*.
Urbis Gubernium. vid. *Gubernium*.
Urbis Incolæ præferendi in cultura Agrorum territorii Urbis. Conſt.20. §.12. pag.36.
Urbis pro munimine indicta Subſidia.vid. *Munimen*.
Urbis in Statutis Sixt.V. regiſtrari mandavit Pragmaticam ab ipſo editam. Conſt.198.§.9. pag.327.
Urbis in oris maritimis Turres ædificandæ. vid. *Turris*.
In Urbe olim Rom.Pont.indixerunt Vectigal Vini minutatim venden.in Conſt.183. §.3. pag.304.
In Urbe habitantibus exemptionem pro vino recollecto in bonis propriis pro uſu Familiæ reſtituit Bened.XIII. Conſt.164. §.4. pag.278.
Quod declaravit. ibid.
Ad Urbem Blada deferentes. vid. *Agricultura*.

URBS VETUS.

Urbi Veteri Tenutas Clanarum, ad illas expurgandas conceſſit Sixt.V.Conſt.109. §.3. pag.194.
Montemque *Urbis Veteris* nuncupat. ad rationem ſex pro centenario favore d.Civitatis pro exſiccatione Clanar., illarumque evictione erexit. Conſtitut.109. §.7. pag.195.
Pluresque gratias, & privilegia Montis hujus Montiſtis,præſertim pro majori eor.ſecuritate,& cautela conceſſit. ibid. §.8., & ſeqq. pag.196.

U T E N S.

Utens ſcienter gratia incurrit pœnas comminatas in Conſt. Apoſt. *de Datis*, & *Promiſſis* pro gratia, vel juſtitia obtinenda. in Conſt. 19. §. 8. pag. 27.
Reliqua. vid. *Dantes*.

PRO UTENSILIBUS TAXÆ.

Pro Utenſilibus Birruariorum Gubernii Urbis Taxam annuorum ſcut. 2000. repartivit inter Communitates diſtrictus Urbis S. Cong. Bo. Reg. in Conſtit. 185. in princip. pag. 308.
Dictamque taxam approbavit SS. D. N. Clem. XII., illiuſq; obſervantiam præcepit. ibid. §. 1. p. 308.
Facultatemque illam minuendi, & reaugendi Em. Card. Imperiali Præf. attribuit. ibid. §. 2. p. 309.
Pro Utenſilibus Militum exterorum taxam indixit Clemens XI. Conſt. 152. §. 1. pag. 266.
Ac pro illius faciliori exactione attribuit Communitatibus facultatem imponendi quaſcumque Gabellas. ibid. §. 2.
Et ad illius ſolutionem teneri voluit, etiam exemptos, XI. Congregat. Monaſt., Patres Societatis Jeſu, Patentatos S. Inquiſitionis, Eq. Hieroſolymitanos, Clericos Cameræ, alioſque etiam privilegiatiſs. d. Conſt. 152. §. 3. pag. 266.
Taxam ſcutor. 142. mill. pro reintegratione Communitatum, quæ *Milites exteros hoſpitarunt* ſuper toto Statu Eccleſ. (exceptis Bononia, Ferraria, & Benevento) indixit Clem. XI. Conſtitut. 153. §. 1. pag. 267.
Et ad illius ſolutionem teneri voluit omnes, etiam privilegiatiſsimos. ibid. §. 5. pag. 268.
Ac pro faciliori exactione Communitatibus attribuit facultatem imponendi Collectas. §. 4. ibid.
Communitateſque pecuniam non habentes admitti juſſit ad Montem novum Communitatis. ibid. §. 2. pag. 267.
Pro Utenſilibus Militum novæ Levæ Taxam in toto Statu Eccl. in ſumm. ſcut. 70. mil. ad tempus indixit Alexand. VII. Conſt. 186. in concord., & in narrativa. pag. 309.
Illamque perpetuam reddidit Clem. IX. ibid.
Sed pro medietate illam extinxit Clem. X. ibid. in concord., & in narrat. pag. 309.
Aliamque medietatem reſidualem ſuppreſſit Ven. Ser. Dei Innocent. XI. Conſt. 186. §. 1. pag. 310. & in Conſt 143. § 1. pag. 251.
Pro Utenſilibus Militum novæ Levæ in Civitate Ferrariæ taxam in ſumma ſcutor. 61. mil., & 500. in toto Statu Eccleſiaſtic. indixit Clem. XI. Conſtit. 187. pag. 310.
Et ad illius ſolutionem, ac Collectarum pro illius ſatisfactione imponen. contribuere voluit omnes, etiam Privilegiatiſſimos. ibid. §. 7. pag. 311.
Ac pro illius exactione attribuit Communitatibus facultatem imponendi gabellas. §. 6. ibid.

U U A.

Vectigal bonenorum 25. pro qualibet Salma *Uvæ*, quæ per equos vehitur, & bonenor. 15. pro conducta per jumentos extinxit Bened. XIII. Conſtit. 164. §. 3. pag. 278.
Quod declaravit. ibid.

X

X E N I A.

IN *Xeniis* ſolitis dari Officialibus Romanæ Curiæ locum non habent Conſt. *De Datis*. & *Promiſſis*. Conſt. 19. §. 34. pag. 29.

F I N I S.

CONSTITUTIO

SANCTISS. DOM. NOSTRI.

CLEMENTIS PP. XII.

Poſt hujus Voluminis Impreſſionem Edita,

Qua Immunitates, & Exemptiones quibuſcumque, & quomodocumq;, etiam Ordinibus Regularibus, Societatis Jeſu, Ord. Prædicatorum, & Eremitarum S. Auguſtini, nuper conceſſæ in damnum Cameræ Apoſt. revocantur, vel ad terminos juris reducuntur, atque alia pro æquo, & congruo ſtabiliuntur.

Ed. an. Dom. 1732. die 23. Jan. poſt hujus vol. impr.

Concordantes Conſtitution. Exemptionum revocatorias retuli ſup. in Conſt. 171. pag. 314.

CLEM. Epiſ. Ser. Ser. DEI, Ad perp. rei mem.

Exordium.

§. 1. ROmanum Pontificem, videlicet Servum illum, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, non ſolùm ſpiritualium, ſed etiam temporalium ejuſdem familiæ indemnitati conſulere decet, ut ſublatis exemptionibus, indigentiæ injurioſis, paterna vigeat charitas, quæ parum æquam filiorum prædilectionem ignorans, ſingulis onus imponat, quod vires ſuſtinere valeant, ac tribuat, quod eorumdem merita exigunt. Quapropter innovans ea, quæ olim ab aliis Rom. Pontificib. Prædec. ſuis pro temporum qualitate ſançita fuerunt, alia decernit, & ſtatuit, quæ ſubinde pro diverſa rerum, temporum, ac perſonarum conditione, conſpicit in Dño ſalubriter expedire.

Exemptiones aliquibus conceſſæ pergravant non exemptos.

§. 2. Cum itaque, ſicut accepimus, per quaſdam immunitates, & exemptiones, à vectigalium, aliorumque onerum publicorum ſolutione, à nonnullis Rom. Pontificibus Prædeceſs. noſtris, & Sede Apoſt., illiuſque forſau de Latere Legatis, ac aliis ejuſdem Sedis, & Cam. noſtræ Apoſt. Officialibus, & Miniſtris ad importunas ſupplicantium preces, per viam *Motus proprii*, ſive aliàs quomodolibet conceſſæ reperiuntur, Cam. præd., ac Communitates, & Univerſitates Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & Locorum temporalis S.R.E. Ditionis in graviſſimis, quibus propter magnos ſumptus, ante hàc in cauſam publicam factos, multaque onera, propterea impoſita, premuntur anguſtiis, maximam redditunm, & proventuum ſuorum diminutionem patiantur, & plurimi Subditi noſtri, ac præcipuè pauperiores, in quos ejus, quod cæteris, iiſque, ut plurimùm locupletioribus, per immunitates, & exemptiones hujuſmodi remittitur, onus derivari neceſſe eſt, ingenti damno afficiantur.

Ideo S. Pont. ſubditos ſuos gravaminibus ſublevare ſtudens.

§. 3. Hinc Nos Cam., Communitatum, & Univerſitatum, Subditorumque noſtrorum prædictorum indemnitati, & levamini, quantùm cum Domino poſſumus, æque principalitèr conſulere cupientes, ac fel. rec. Sixti V., Pauli etiam V., Urbani VIII., Alex. VII., Clement. X., Alex. VIII., Innoc. XII., aliorumque Rom. Pontificum Prædeceſs. noſtrorum, qui Conſtitutiones ſimilium exemptionum, & immunitatum revocatorias ediderunt, veſtigiis inhærentes, necnon quarumcumque conceſſionum, immunitatum, & exemptionum hujuſmodi, literarumque Apoſt. ſub plumbo, ac in forma Brevis ſub Annulo Piſcatoris, cedularum *Motus proprii*, & Chirographorum, cujuſvis Rom. Pontificis Prædeceſs. noſtri manu ſubſcriptorum, ac aliarum literarum, & ſcripturarum deſuper quomodolibet editarum, plurieſque etiam confirmatarum, tenores, etiam veriores, & datas, ac occaſiones, & alia etiam ſpeciali, ac individua expreſſione dignas, præſentibus pro plenè, & ſufficientèr expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis, reſpectivè habentes, *Motu proprio*, non ad cujuſquam Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtol. poteſtatis plenitudine, hac noſtra, perpetuò valitura Conſtitutione, omnes, & quaſcumque exemptiones, ac immunitates à ſolutione Subſidii Triennalis, necnon Quarti, illi adjuncti, Taxarum equorum, Tallearum, Cenſuum, Archivii, Fogliettæ, Triremium, Utenſilium, Dohanarum quarumcumque Urbis, Taxæ Portus Anconæ, Quatrenorum, Tractarum, Pedagiorum, Vectigalium, Collectarum, Macinatus, tàm Urbis, quàm univerſi Status tertii Julii ſuperadditi, literarum Portus, & quorumlibet aliorum Onerum, & Munerum Perſonalium, Realium, & Mixtorum, ordinariorum, & extraordinariorum, ſolitorum, & inſolitorum Cameralium quorumcumque, ac etiam eorum, quæ per Communitates, Univerſitates directè, vel indirectè pro eorumdem Onerum Cameralium ſolutione, publicorumque Munerum ſupportatione, ac pro viis, & pontibus conſtruendis, inſtaurandis, muniendis, & manutenendis, aliiſque indigentiis, & uſibus quibuſcumque, tàm Cam., quàm Communitatum, & Univerſitatum prædictarum, ſeù aliàs, indicta, & impoſita, ac exigi ſolita ſunt, necnon ab obligatione recipiendi Milites, & Sedis prædictæ Officiales, Baroncellos, & Executores, alioſque Juſtitiæ miniſtros, eiſque utenſilia, & alia neceſſaria ſubminiſtrandi, per Rom. Pontifices Prædeceſs. noſtros, ac eamdem Sedem Apoſtolic., & quoſvis Sedis, & Cameræ prædict. Officiales, & Miniſtros, quacumque auctoritate, & poteſtate fungentes, etiam S.R.E. Cardin., etiam de latere Legatos, etiam Camerarios, cæteroſque, etiam ſpeciali nota, & expreſſione dignos, ac ſpecialem ad id facultatem habentes.

Immunitates quomodocumque, & quibuſcunq; cōceſſas ab oneribus, tam Cameralibus, quàm Communitativis revocat

§. 4. Quibusvis Communitatibus, Civitatibus, Terris, Oppidis, & Locis Ditionis temporalis præd. S.R.E., ac etiam quibuſcumque Feudatariis, Cenſuariis, Dominis Locorum, Familijs nobilibus, Baronibus, Comitibus, Marchionibus, Ducibus, Principibus, & aliis cujuſvis ſtatus, gradus, & conditionis, & præeminentiæ exiſtentibus, ac quavis dignitate, etiam Eccleſiaſtica, & auctoritate præditis, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, qui Caſtra, & Juriſdictioues intra limites d. Ditionis temporalis ejuſdem S.R.E. poſſident, etiam qui nihil ratione caſtrorum, & juriſdictionum hujuſmodi, Sedi prædict., ſeu aliàs perſolvunt,

Digitized by Google

& tàm incolis, quàm extraneis, & forenſibus bona ſtabilia, ſeù mobilia, vel ſemoventia habentibus, & tenentibus, ſeù poſſidentibus, omniumque ſupradictorum Colonis, & Laboratoribus, Factoribus, Miniſtris, & Famulis, etiam in recompenſam laborum, damnorum, expenſarum, vel meritorum, ſive illorum intuitu, & contemplatione, ac ex alia quacumque, quantumvis favorabili, aut urgentiſſima ſpecialitèr exprimenda cauſa, ſub quibuſcumque verborum formis, & expreſſionibus, etiamſi in Appaltuum, & Locationum Cameralium inſtrumentis, quantumvis auctoritate Apoſt. confirmatis, permiſſum, & cautum ſit, eas obſervari debere, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiàm motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine paribus, etiam conſiſtorialitèr, aliàs quomodocumq; & qualitercumque in genere, vel in ſpecie ad vitam, vel ad tempus, ſive in perpetuum conceſſas, & datas, ac pluriès, & iteratis vicibus confirmatas, & approbatas, revalidatas, & innovatas, & indè etiam, Judicis auctoritate ſecuta, quæcumq; necnon quaſcumque literas, etiam Apoſtolic. ſub plumbo, vel in prædicta forma Brevis *Motus proprii*, Cedulas, Chirographa, & Scripturas hujuſmodi, ex nunc perpetuò revocamus, tollimus, abrogamus, irritamus, abolemus, viribuſque, & effectu penitùs, & omninò vacuamus, & revocata, caſſata, ſublata, abrogata, irrita, abolita, annullata, viribuſque, & effectu vacua eſſe, nec ulli prorsùs in petitorio, aut poſſeſſorio, etiam ſummariiſſimo contra noſtrarum præſentium tenorem, & diſpoſitionem, ſuffragari poſſe; ſed prædictos omnes exemptos ad omnium, & ſingulorum onerum prædictorum ſolutionem, & ſupportationem pro rata eos tangente, impoſterum realitèr, & cum effectu teneri in omnibus, & per omnia, perindè, acſi hujuſmodi Exemptiones, & Immunitates eis, & eorum cuilibet nullatenus conceſſæ fuiſſent, nec literæ, ac cedulæ *Motus proprii*, Chirographa, & Scripturæ hujuſmodi nunquam emanaſſent, motu, ſcientia, deliberatione, poteſtatis plenitudine prædictis decernimus, ſtatuimus, & ordinamus.

Et ſignantèr indultas Ord. Regularib. Societ. Jeſu, ac FF. Ord. Prædicat.

§.5. Præterea omnia, & quæcumq; Privilegia, & Indulta perſonis, tàm Sæcularibus, quàm cujuſvis Ordinis, Congr., & Inſtituti, ac Societatis etiam Jeſu, Regularibus, etiam Ord. Prædicat., ſuper ſimilibus Immunitatibus, & Exemptionibus, per quoſcumq; Rom. Pontifices Prædec. noſtros conceſſa, ad limites juris communis, pro uſu proprio perſonarum Eccleſiaſticarum, illarumque victu, & veſtibus tantum, habito reſpectu ad numerum perſonarum, motu, ſcientia, deliberatione, & tenore paribus reducimus.

Ac Indulta Mendicantib. per Ben. XIII. conceſſa ad priſtinum ſtatum reducit.

§.6. Similia paritèr, & alia quæcumq; Privilegia, Indulta, ac Apoſtol. Conſtitutiones per Rom. Pontifices Præd. noſtros, hactenùs edita, & præcipuè per rec. mem. Benedict. PP. XIII. paritèr Prædeceſſ. noſtrum, favore Regular. Mendicant., bona ſtabilia, tàm in particulari, quàm in communi poſſidentium, & pecuniarum uſu retinentium, ad eum ſtatum, in quo Regulares ipſi ante Conſtitutiones ipſas, & præſertim Prædicatorum ante unam, quæ incipit *Pretioſus*, ſub datum Setiæ an. Incarnat. Dom. 1727. ad eorumdem, necnon Eremitarum S. Auguſtini, Ordinum, reſpectivè, Fratres, ante alteram, quæ incipit: *Libentèr*, ſub dat. eod. an. Incarnat. Dom. 1727. Kal. Jan., ad eorumdem Eremitarum, reſpectivè favorem, ab eodem Bened. reſpectivè editas Conſtitutiones, reperiebantur, reducimus, & reponimus: necnon quamdam ſubindè inter ejuſdem Ordinis Prædicator. Fr. prædictos, & Cam. Apoſt. deſuper vigore cujuſdam cedulæ *Motus proprii* ejuſdem Benedicti ipſius manu ſub die decima Menſis Dec. ann. Dom. 1728., ſignatæ initam concordiam, perindè acſi illa numquam inita fuiſſet, de medio tollimus, illamque penitùs, & omninò abrogamus.

Ac illa Mendicantium altiſſimam paupertatem profiten. ad terminos juris reducit.

§.7. Ea vero Indulta, Conſtitutiones Apoſtol., cæteraque conceſſa per quoſcumque Rom. Pontifices Præd. noſtros, Regularibus Mendicantibus, altiſſimam paupertatem verè profitentibus, nullaque bona ſtabilia, ac pecuniarum uſum, nec in particulari, nec in communi retinentibus, in eodem ſtatu Exemptionum, quibus antea gaudebant, juxta eoſdem terminos Juris communis obſervari volumus, atque mandamus.

Conceſſa Collegiis ad victum, & veſtitum reſtringit.

§.8. Illa vero, quæ nonnullis Collegiis in alma Urbe nobis exiſtentibus, per dil. Filios Clericos Regulares Soc. Jeſu, ſive alios quoſcumque adminiſtrari conſuetis, ſimilitèr à Romanis Pontificibus Præd. noſtris conceſſa fuerunt, & quibus ipſi hactenus gaviſi ſunt, quoad victum, & veſtitum dumtaxat, non autem, ut vulgo dicitur, à *Fundaco*, e *Magazeno*, prout ante hac obſervatum fuit, ſuffragari volumus, & decernimus.

Indulta Nepotibus, & Conſanguineis Summ. Pont. conceſſa revocat.

§.9. Ac demum ſimilia Privilegia, & Indulta nepotibus, & aliis conſanguineis, vel affinibus quorumcumque RR. Pontificum Præd. noſtrorum pro tempore viventium ab illis reſpectivè conceſſa, itidem revocamus, & abolemus, ac revocata, & abolita eſſe, ac cenſeri debere volumus, & ſtatuimus; declarantes illa nemini eorumdem Nepotum, ſive Conſanguineorum, vel Affinium, a die noſtræ ad Sum. Apoſtolatus apicem aſſumptionis, ſuffragari poſſe, & debere, ſeu potuiſſe, ac debuiſſe.

Exemptiones quibuſcumq; de jure competen. præſervat.

§.10. Per præmiſſa autem non intendimus revocare exemptiones, & immunitates quibuſcumque perſonis Eccleſiaſticis, tàm Sæcularibus, quàm Regularibus de jure competentes, neque Theſaurariis, Appaltatoribus, & Conductoribus Bonorum, Introituum, & jurium d. Cameræ noſtræ, ab ipſa Camera, vel ab aliis illius nomine in Appaltuum, & locationum Inſtrumentis, & illorum ratione ex contractu, tituloq; verè oneroſo conceſſas.

Nec non exemptiones in vim contractus verè oneroſi.

§.11. Inſuper à revocationibus, & aliis ſupradictis excipimus, & exemptas eſſe volumus, & declaramus Immunitates, & exemptiones quibuſvis Univerſitatibus, & perſonis datas, & conceſſas in vim Contractus ex cauſa verè oneroſa, videlicèt congruæ, & effectualis pecuniarum ſolutionis, & non aliàs eidem Cameræ Apoſt., vel ipſis Communitatibus

bus legitimè factæ, vel ex aliis rationabilibus cauſis, per Nos cognoſcendis, & approbandis, ut infra, ac etiam declarandis, quas etiam cauſas oneroſas, nonniſi legitimas, & licitas, ac honeſtas, prout de jure, approbare intendimus: & propterea quicumque illas obtinent, eas in d. Camera, citato dil. Filio ipſius Cameræ Commiſſario generali, verificare, & in ipſa Cam. examinari, & admitti facere teneantur, etiamſi Conceſſiones earumdem immunitatum, & exemptionum, ac Literæ, Cedulæ *Motus proprii*, Chirographa, & aliæ Scripturæ deſuper emanatæ, & emanata, aliàs in Camera præd. admiſſæ, & admiſſa, ac in illa, ejuſque libris regiſtratæ, & regiſtrata fuerint, & ſint, quatenùs tamen cauſæ oneroſæ hujuſmodi pro vere oneroſis, & legitimis, ut præfertur, aliàs in eadem Camera verificatæ, & approbatæ, ac prævia judiciali diſcuſſione, non ſint legitimè habitæ: quo caſu ad indicationem tantùm, non autem ad aliam verificationem eoſdem obtinentes, teneri volumus. Interim verò quandiù non fuerint verificatæ, minimè ſuffragari, & præſentis revocationis effectum retardare non poſſe, declaramus.

Ac indultas Cardin., Cler. Cam., Cameralibus, ac Familiarib. Pap.

§. 12. Præterea noſtræ intentionis non eſt ſub hujuſmodi revocationibus, aliiſque ſupradictis comprehendere immunitates, & exemptiones eiſdem S. R. E. Cardinalibus, ratione dignitatis Cardinalatus, & Cam. prædictæ Clericis Præſidentibus, aliiſque Cameralibus, qui in eadem Camera ſederunt, & ſedent, concedi, ſeu admitti ſolitas; nec illas, quibus Prælati, & Officiales Rom. Curiæ, ac Prælati domeſtici, Cubicularii ſecreti, ac Secretarii, & Familiares, & continui Commenſales noſtri, & R. Pontificis pro tempore exiſtentis, in Rotulo deſcripti, gaudent, & gaudere conſueverunt, durante vita ejuſdem R. Pontificis, eorumque ſervitio, neque illas ob numerum duodecim filiorum à Præd. noſtris, & aliis ſupra expreſſis, conceſſas, quas tamen ad terminos Conſtitutionis piæ mem. Pii PP. IV. Præd. pariter noſtri, quæ incipit: *Licèt fel. record. Paulus*, cujus tenore his præſentibus pro plenè, & ſufficientèr expreſſo, ac de verbo ad verbum inſerto, haberi, illamque exactè, & adamuſsim, juxta illius ſeriem, & tenorem, ac diſpoſitionem in omnibus, & per omnia ſervari debere volumus, & aliarum Conſtitutionum Apoſt., ſuper hujuſmodi exemptionum declaratione editarum, & ad illas tantùm, & pro tempore, & perſonis, ac eo modo, & forma, quibus de jure communi illis competunt, & aliàs juxtà ipſius juris communis, ac prædictarum, & aliarum Conſtitutionum Apoſt. diſpoſitionem reducimus, neque aliter, quàm, ut præfertur, ſive in poſſeſſorio, ſive in petitorio ſuffragari volumus, & decernimus.

Ac ob numer. 12. filiorum.

Quas tamen ad terminos Conſt. Pii IV. reducit.

Appaltatoribus Theſaurariis, Depoſitariis, & Commiſſariis mandat d.d. exemptiones non admittere.

§. 13. Cæterum Appaltatoribus, Theſaurariis, Depoſitariis, Commiſſariis, Executoribus, & cæteris Agentibus, Miniſtris Cameræ præd., ac Communitatum, & Univerſitatum prædictar., earumdem ſerie præſentium diſtrictè inhibemus, nè contra ipſarum præſentium diſpoſitionem immunitates, & exemptiones, niſi, ut præfertur, exceptas, ac eas, quas ex cauſa verè oneroſa conceſſas, in Camera prædicta, ut præfertur, admitti contigerit, ullatenùs admittant, ſique ſecus fecerint, id nemini eorum in ſuis computis, ſeu rationibus per eamdem Cameram admitti volumus, ſed eorum damno id ceſſurum eſſe declaramus.

Lites ſuper præmiſſis avocat, & extingut.

§. 14. Poſtremo lites quaſlibet occaſione Privilegiorum, & Indultorum, necnon Immunitatum, & Exemptionum hujuſmodi, quomodolibet motas, & in quibuſvis Tribunalibus pendentes, illarum omnium, & ſingularum ſtatum, & merita, nominaque, & cognomina Judicum, & collitigantium quorumvis, & ſpeciali mentione dignorum, & alia etiam de neceſſitate ſpecialiter exprimenda, eiſdem præſentibus pro plenè, & ſufficientèr expreſſis habentes, à quibuſcumque tribunalibus hujuſmodi ad Nos, earum ſerie præſentium, avocamus, illaſque penitùs, & omnino perpetuò ſupprimimus, & extinguimus, ac pro ſuppreſſis, & extinctis haberi volumus, & declaramus, ac Partibus perpetuum ſuper his ſilentium imponimus.

Clauſulę præſervativæ.

§. 15. Decernentes, eaſdem præſentes, ac omnia, & ſingula in illis contenta, etiam ex eo, quod quicumque in præmiſſis, ſivè eorum aliquo intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, illis non conſenſerint, ac ad ea vocati, & auditi, ſeu cauſæ, proptèr quas illæ emanarunt, adductæ, verificatæ, ſeù aliàs ſufficientèr, aut etiam ullatenus juſtificatæ non fuerint, aut ex alia quantumlibet legitima, pia, juridica, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, occaſione, & capite, etiam in corpore juris clauſa, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quorumvis intereſſe habentium conſenſus, aut alio quovis, quantumvis, magno, & ſubſtantiali, ac inexcogitato defectu, notari, impugnari, & invalidari, reſtringi, retractari, in jus, vel controverſiam revocari, ſuſpendi, limitari, aut ad terminos juris reduci, ſeu adversùs illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari; aut impetrato, ſeu etiam motu ſimili conceſſo quempiam in judicio, vel extra illud, uti, ſeu ſe juvare poſſe; neque eaſdem præſentes, ſub quibuſvis ſimiliũ, vel diſſimilium Conſtitutionum, ac revocationum, & ordinationum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus pro tempore quomodolibet factis comprehendi, aut comprehenſas cenſeri; ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas, ac ſub qua, cumque poſteriori data, quatenus opus ſit, de novo conceſſas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac omnibus, ad quos ſpectat, & quomodocumque ſpectabit, inviolabiliter obſervari.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

§. 16. Sicque, & non aliàs in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios & extraordinarios, ac Commiſſarios, etiam Cauſarum Pala-

Palatii Apoſtol. Anditores, & ejuſdem S.R.E. Card., etiam de Latere Legatos, & quoſvis earumdem Sedis, & Cameræ Officiales, & Miniſtros, ac alios quoſcumque quavis auctoritate, & poteſtate fungentes, nunc, & pro tempore exiſtentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, definiendi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, definiri, & interpretari debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executorum deputatio.

§.17. Quo circa dil. fil., noſtro, ac prædictæ S. R. E. Camerario, ſeu Pro-Camerario, necnon Vice-Camerario, Theſaurario, ac Clericis Præſiden., Commiſſario, & aliis d. Cameræ Officialibus, ad quos ſpectat, per Apoſt. ſcripta præcipimus, & mandamus, ut eaſdem præſentes, & in eis contenta quæcumque, in omnibus, & ſingulis firmiter, & inviolabiliter obſervent, & faciant ab aliis obſervari, Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, omni, & quacumque appellatione, recurſu, & reclamatione remotis, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Clauſulæ derogatoriæ ampliſſimæ.

§.18. Non obſtantibus prædictarum litium pendentia, necnon rec. me. Bonif. PP. VIII. de una, & in Concilio generali de duabus dietis, dummodò quis ultrà tres dietas extrà ſuam Civitatem, vel Diœceſim ad judicium, earumdem vigore præſentium, non trahatur; necnon una ad Ord. Prædicatorum, ac altera præd. Benedicti Præd. ad Fr. Eremitarum S. Auguſtini, reſpective, favorem Ordinis, Conſtitutionib. præd., necnon concordia cum prædicta Camera noſtra, deſuper, ut præfertur, celebrata, cæteriſque gratiis, & exemptionibus favore quarumcumque perſonarum à ſolutione onerum Cameralium, & aliorum quorumcumque, ſive temporalitèr, & ad vitam per eumdem Benedictum Præd. quomodolibet indultis, etiam per Chirographa, & Cedulas *Motus proprii* quomodolibet conceſſis, aliiſque omnibus, & ſingulis præmiſſis, necnon noſtra, & Cancellariæ Apoſt. Regula *de jure quæſito non tollendo*, ac quatenus opus ſit, præd. Pii Prædec. de gratiis, qualecumque intereſſe d. Cameræ concernentibus, in ead. Camera præſentandis, & regiſtrandis, itaut præſentes in ea præſentari, aut regiſtrari nunquam neceſſe ſit, aliiſq; Apoſt., ac in univerſalibus Provincialibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitut., & Ordinat., necnon Provinciarum, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Caſtrorum, & aliorum d. Status, tam mediatè, quam immediatè ſubjectorum locorum, ſtatutis, etiam confirmatione Apoſt., vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, conceſſionibus, exemptionibus, immunitatibus, licentiis, facultatibus, confirmationibus, Chirographis, Cedulis *Motuum propriorum*, & aliis Scripturis, & Literis etiam Apoſt., Legatis, Prolegatis, Gubernatoribus, Prætoribus, aliiſque Officialibus prædictis, ac quibuſvis aliis, etiam Communitatibus, Univerſitatibus, Monaſteriis, Hoſpitalibus, etiam S. Jo: Hieroſolymitani, aliiſque piis, & non piis locis, etiam ſpeciali nota, & mentione dignis, etiam motu, ſcientia, & poteſtate paribus, ac etiam Conſiſtorialiter, & de eorumdem Cardinalium conſilio, & conſenſu, ſub quibuſcumque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis Decretis, etiam in vim contractus jurati, & Camerali obligatione vallati, & quovis alio robore, & cautela firmati, in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, editis, factis, & pluries, ac iteratis vibus confirmatis, approbatis, & innovatis: quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi in illis caveretur expreſsè, quod nullo unquam tempore ſub ſimilium, vel diſſimilium facultatum, licentiarum, conceſſionum, privilegiorum & aliarum gratiarum prædictarum, revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis quibuſcumque contrariis diſpoſitionibus, pro tempore edendis, comprehendantur; ſed ſemper ab illis excepta, & quoties illa emanarent, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum, etiam ſub poſteriori data per eos, quibus conceſſa ſunt, eligenda, reſtituta, repoſita, & plenariè reintegrata, ac de novo conceſſa ſint, & eſſe cenſeantur; nec non pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſsio habenda, ant aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret; tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſsis habentes, harum ſerie ſpecialiter, & expreſsè, ac latiſsimè, & pleniſsimè derogamus, & derogatum eſſe etiam volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Præſervat alia privilegia Ordin. conceſſa per Ben. XIII.

§.19. Per præſentes autem non intendimus omnibus, & ſingulis aliis privilegiis, indultis, & conceſsionibus, ab eodem Benedicto Præd. Prædicatorum, & Eremitarum Sancti Auguſtini Ordinibus prædictis, & eorum cuilibet, reſpectivè, conceſsis, ac in una ad unius, & altera ejuſdem Benedicti Præd., Conſtitutionibus prædictis, ad alterius Ordinum prædictorum, reſpectivè, favorem, ut præfertur, editis quomodolibet contentis, & expreſſis in aliquo præjudicare.

Tranſumptis fidem dari jubet.

§.20. Volumus autem, & Apoſt. auctoritate decernimus, ut præſentium tranſumptis, etiam impreſsis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſt. conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sanctio pœnalis.

§.21. Nulli ergo &c. Si quis autem &c.

Dat.

Dat. Romæ apud S.M. Majorem an. Incarnat. Dom. milleſimo ſeptingenteſimo trigeſimo ſecundo Idibus Januarii Pontificatus noſtri anno ſecundo.

CHI-

CHIROGRAFO
DI N. S. CLEMENTE PP. XII.

Con cui ſi dà facoltà all'Emo Sig. Cardin. Imperiali Pref. della S. Cong. del Buon Governo di perquirere i luoghi immuni per rinvenir le fraudi.

Ed. an. Dom. 1732. die 14. Febr. poſt impreſ. Vol. admiſ., & regiſtr. in Cam. de Menſe Martii ejuſdem ann. per acta Franciſchini Sec. Cam. prout in lib. Signatur. ejuſd.

Similem facultatem conceſſit Emo Præf. S. C. V. S. Dei Innoc. XI., prout in Conſtit. 197. pag. 325.

Rmo Card. Giuſeppe Renato Imperiali Prefetto della Cong. del B. Governo.

Eſordio.

VOlendo, che opportunamente ſi proveda alle fraudi, che ſi commettono in pregiudizio dell'Impoſizioni, Gabelle, & altri dritti Camerali amminiſtrati, e ſpettanti alle Communità del noſtro Stato Eccleſiaſtico, diamo piena, & ampla facoltà a voi, che per rinvenire le dd. Fraudi, che ſi commettono in pregiudizio delle Gabelle, & Appalti ſudetti, poſſiate non ſolo fare perquiſizioni in qualunque luoghi, nelli quali ſi trovaſſero robbe in fraude dell'Impoſizioni ſuddette, ma poſſiate ancora far viſitare, coll'aſſiſtenza però di qualche Perſona Eccleſiaſtica, e non altrimenti, Molini, e tutti i luoghi immuni, tanto de'Regolari, quanto de'Secolari, & altri qualſivoglia Privilegiati, benche per comprenderli aveſſero biſogno di ſpeciale, & individua menzione, & in quelli fare tutte le diligenze, ed azioni, che per l'effetto di rinvenire le dette fraudi ſi ſtimaſſero neceſſarie, & opportune ſenz'altra licenza degl'Ordinarj, Superiori, Giudici, e Protettori de ſuddetti luoghi, da viſitarſi come ſopra, e per l'effetto medeſimo di deputare, e ſuddelegare una, ò più Perſone Eccleſiaſtiche in ogni luogo, e dove vi parrà eſſere di biſogno, poiche tale è mente, e volontà noſtra eſpreſſa.

Il Papa dà facoltà al Sign. Card. Imperiali di poter perquirere i luoghi immuni.

Clauſole derogatorie.

Volendo, e decretando, che il preſente noſtro Chirografo ammeſſo, e regiſtrato in Camera ſecondo, che ſi diſpone dalla Bolla di Pio IV. de regiſtrandis, ſia valido, ed eſequibile colla noſtra ſola ſottoſcrizione, non oſtante qualſivoglia Coſtituzioni, & ordinazioni Apoſtoliche noſtre, e de'noſtri Predeceſſori, Concilj, Leggi tanto Civili, quanto Canoniche, Statuti, Privilegj, ſtili, conſuetudini, e tutte, e ſingole altre coſe, le quali faceſſero, ò poteſſero fare in contrario, alle quali tutte, avendo il loro tenore qui per eſpreſſo, e di parola in parola inſerto, per queſta volta ſolamente per l'effetto ſuddetto eſpreſſamente deroghiamo.

Data.

Dato dal noſtro Palazzo Apoſtolico di Monte Cavallo queſto dì 14. Febraro 1732.

Clemens PP. XII.

VA1
1531243

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

165.
11.
11.